# Queſtiones pulcerrime acutiſſimi philoſophi magiſtri Johānis verſoris in veterē artē areſtotelis vna cum textu eiuſdem feliciter incipiūt.




VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

# Circa inicium logice

Queritur vtꝝ logica ſit ſciētia ſpecialis ab alijs diſtincta Arguit̃ p̄rio ꝙ non ſit ſciētia ſic. Nullꝰ modꝰ ſciendi eſt ſciētia. ſed logica eſt modus ſciēdi. ergo logica nō eſt ſciētia. Conſeqñtia tenet in ferio. Maioꝛ patet qꝛ modꝰ rei nō eſt ipſa res Minoꝛ ꝓbat̃. quia logica eſt de argumētatōe ꝑ quā habet̃ omnis ſciētia. ⁊ ſic logica eſt quidā modꝰ quo oīs ſciētia acq̄rit̃. ⁊ hoc dicit ph̃s in q̄rto metaphiſice ꝙ abſurdū eſt ſimul q̄rere ſciētiā et modū ſciēdi. ꝑ modū ſciēdi intelligēs logicā. Scd̃o arguit̃ logica eſt ars ergo logica nō eſt ſciētia Tenet cō ſequētia ꝑ locū a diſꝑatis quia ars et ſciētia ſunt habitus intellectuales diſtincti ſexto ethicoꝝ. Tertio arguit̃ ꝙ logica non ſit ſpecialis ſciētia qꝛ eſt de argumētatōe. ſed argumētatio eſt inſtrumētū quo q̄libet ſcia acq̄ritur et ꝑ ꝯñs logica eſt oīb ſciētijs cōis In oppoſitū arguitur. qꝛ logica eſt de argumētatōe. ſꝫ argumētatio eſt ens rōis ab oīb alijs entib diſtinctū hñs ꝓpria p̄ncipia ꝑtes ⁊ ꝓprietates de ipa demōſtrabiles. ḡ ſeq̄tur ꝙ logica ē ſcia ſpēalis ⁊ diſticta ab oīb alijs ſciētijs

Sciendū p̄mo. ꝙ q̄uis ſint multe ſcīe quaꝝ q̄libet hꝫ ſpecialē modū ꝓcedēdi q̄ differt a mō ꝓcedēdi alterꝰ ſcīe. et vnaq̄q̄ ſcia differat ab alia Eſt tñ cōis modus vnꝰ oīb ſciētijs q̄ q̄s ꝑ inueſtigatōez deuenit ex noticia noti ad noticiā ignoti. ⁊ h̄ fit ꝑ actū rōis. qui vocat̃ argumētatio ſiue rōcinatio q̄ q̄de argumētatio ē ꝓceſſus rōnis de noticia noti ad noticiā ignoti.

Sciendū ſcd̃o. ꝙ q̄uis iſte modꝰ deueniendi ex noticia noti ad noticiā ignoti ꝑ argumētatōem ſit oī ſcīe cōis. ſi tñ iſte modꝰ ꝯſideret̃ ſm̄ ſe ⁊ nō vt imiſcet̃ alijs ſcientijs. ſic ē ens ſpeciale de q̄ p̄t eē ſcia ⁊ p̄t eē ſubiectū in ſcia ſpeciali. Et hoc eſt qd̄ cōiter dꝛ ꝙ argumētatio p̄t duplr̃ ꝯſiderari. Unoᵒ in cōi ſm̄ ſimplicē eius rōem. et iſto mō ē vnū ens rōis hñs ſpecialē ⁊ diſtinctā rōem ab oī ente tā reali q̄ȝ rōnali. Et de argumētatōne hoc mō ꝯſiderata ē ſcia ſpēalis q̄ logica vocat̃. Scd̃oᵒ p̄t argumētatō ꝯſiderari in ꝑticulari ꝓ aliq̄ ꝑticulari argumētatōe q̄ vtimur ad acq̄ſitōem cuiuſlibet ſcīe. Et hoc mō nō eſt ſubiectū alicuiꝰ ſcīe. ſed eſt inſtrumentū quo ratio vtitur ad ſciam acq̄rendum.

Sciendū tercio. ꝙ aliq̄ ars ſiue ſcia bñ ē ſpecialis cuiꝰ tñ vſus cōis ē pluribꝰ ſciētijs Iſtud declarat venerabil̃ dñs Albertꝰ ꝑ exēplū de mallio ꝯfuſe ꝯſiderato q̄ ē inſtrumentū cōe ad oē opꝰ fabrile ſꝫ tñ ē vna ſpecialis ars fabricādi ipm malliū. ⁊ eiꝰ vſus oīb artibus fabrilib adhibet̃. ⁊ ſilr̃ intelligēdū ē illud quod dictum eſt de argumentatōne.

Sciendū q̄rto. ꝙ ꝯformit̃ ad p̄dictā diſtinctionē de argumētatōe fit diſtinctio ſilr̃ de logica. qꝛ logica p̄t duplr̃ ꝯſiderari. Unoᵒ vt docēs. ⁊ ſic ē ſcia docens q̄d ſit argumētatio q̄ eiꝰ ꝑtes ⁊ q̄ ꝓprietates de ipſa argumētatōe ⁊ eiꝰ ꝑtib demōſtrabiles. Alio mō cōſiderat̃ logica vt vtēs. ⁊ hoc mō nō ē ſcia. ſꝫ ē q̄dā modus deueniendi de magis noto ꝑ argumētatōez ad noticiā ignoti. Et definit Albertꝰ logicā docentē ſic. Logica ē q̄ a fantaſijs q̄ apparent et nō ſunt animū liberat errores damnat falſitates oſtendit ⁊ veꝝ lumē in oī ope ꝯtēplatōis p̄bet. Et a Boetio ſic definit̃ logica ē rō diſcernēdi veꝝ a falſo. Sꝫ doctoꝛ ſanctꝰ ſic eā definit logica eſt rōnalis ſcia directiua actuū rōis. Sꝫ logica vtēs eſt habilitas vel ꝓmptitudo arguendi acquiſita ex frequenti vſu argumentatōnis.

Cōcluſio p̄ma. docēs logica ē ſcia ſpecialis. Prima ꝑs pꝫ videlicet ꝙ ſit ſcia. qꝛ ē de argumētatōne tāq̄ȝ de ſubiecto q̄ ē ens ſpeciale rōnis diſtinctū ab alijs entib realib ⁊ rōnabilib hñs ꝓpria p̄ncipia. ⁊ cauſas et ꝓprietates. ⁊ ꝑtes ꝑ hmōi p̄ncipia ⁊ cauſas de argumentatōe ⁊ ſuis ꝑtib demōſtrabiles. Scd̃a ꝑs pꝫ. qꝛ argumētatio in ſe ꝯſiderata ē ens ſpēale ab oīb alijs diſtinctū. ḡ bñ ſeq̄tur ꝙ logica q̄ ē de argumētatōe ſit ſcia ſpecial̃ ab oīb alijs diſtincta. Cōſequētia pꝫ ꝑ ph̃m in tercio de aīa dicentē Secant̃ eñ ſcientie quemadmodū res de quibus ſunt.

Cōcluſio ſcd̃a. logica vtens nō eſt ſcia ſpecialis. Primū pꝫ. qꝛ vſus ſcīe nō ē ſcia. Scd̃m pꝫ. qꝛ vſus arguēdi omib alijs ſcientijs adhibet̃

Dubitat̃ p̄mo. cū de argumētatōe nō poſſit haberi ſcia niſi ꝑ argumētatōnem vñ a p̄oꝛi ineſt nobis modꝰ ſciēdi. qꝛ nob̄ ineſt neceſſario an̄ logicā. Ad dubiū reſpōdet Auicēna ꝙ modꝰ ſciēdi q̄ ē ꝑ argumētatōnem oīb hoīb inē ꝑ h̄ ꝙ intellectuales ſunt. Ex h̄ eñ ꝙ hō intellectualis eſt. ē ſuſceptiuꝰ diſcipline ⁊ formaꝝ intelligibiliū. Et qꝛ intellectꝰ eiꝰ debil̃ ē cū ſit ſtramentū intelligētie iō cōponit vnā formā intelligibilē cū alia et diuidit vnā ab alia. Cōponēdo āt ⁊ diuidēdo admirat̃ de his q̄ apprehēdit Et qꝛ admirat̃ ſuſpēdit̃ animꝰ eiꝰ ⁊ cōꝑat rē cognitā ad incognitā. ⁊ ſic deuenit ꝑ hanc cōꝑatōem ex noticia rei cognite ad noticiā rei incognite. ⁊ talis ꝓceſſus argumētatio ē. Et ſic pꝫ q̄liter modus ſciēdi inē nob̄ a natura ipfecte tñ. ſꝫ ꝑficit̃ ꝑ artem vſuꝫ. ⁊ exercitiū. Et iō dꝛ Tuliꝰ ꝙ a natura inſunt nobis q̄dā ſeminaria ad q̄ ſi deuenire poſſemꝰ nos vtiq̄ȝ ad beatū finē ꝑducerēt. Et victoꝛinꝰ ait. Q̄ȝ natura facit abilē. ars facilem. vſus vero potentem.

Dubitat̃. quid ſit ammiratio. Dōm ſm̄ venerabilē dñm Albtū ꝙ ē agonia mētꝫ ſuſpēſio coꝛdis ꝓueniens ex ſtupoꝛe magni ꝓdigij in ſenſu apparētis cū deſiderio inueniendi cauſam. Et admirabile eſt cuius cauſa eſt occulta inuentio q̄ȝ rara

Dubitat̃. Quid ſit rō q̄ argumētatio dꝛ in libro diuiſionū. Rñdet yſaac ꝙ rō ē aīe intellectual̃ virtꝰ faciēs currere cām in cauſatū. vocās generalr̃ illd̄ cām qd̄ ē notiꝰ altero ſiue ſimplr̃ ſiue q̄ ad nos ꝑ cuiꝰ cogni/



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tionē venit rō in cognitōem alteri⁹ applicādo ⁊ cōparādo noticiā illi⁹ qđ notū eſt ad illud qđ eſt ignotū Et ſic applicādo dr̄ facere currere cauſam in cauſatū.

Dubitat̄. vtꝝ rō hoc modo accepta ⁊ intellectus ſint vna potētia aīe ſm rē aut differāt. Rn̄r ꝙ ſtꝫ vna potētia ſm rē ⁊ drn̄t ſm rōem. qꝛ potētia intellectiua aīe ſimpliciter appꝛehendēs pncipia indemōſtrabilia ſpeculās dr̄. Eadē ꝟo potētia diſcurrens de noticia cogniti ad noticiā ignoti dr̄ rō. Et aduertēdū ē ꝙ iſti⁹ potētie ſunt tres opatōes. Pꝛima ē ſimpliciū appꝛehēſio ꝑ quā foꝛmat definitōes. Scđa ē cōpoſitio et diuiſio ꝑ quā foꝛmat enūciatōes. Tercia ē diſcurſus de vno in aliud ꝑ quē foꝛmat argumentatōnes Et logica dirigit hmōi potētiā in iſtis opatōnibꝫ. qꝛ docet recte definire et recte cōponere et diuidere et recte diſcurrere. Cōſiderat etiā logic⁹ ſcđas intētōes vt ſunt definitio. argumētatio. cōpoſitio ⁊ diuiſio. q̄ ꝑ iſtas tres opatōes foꝛmant̄. Et hac duplici de cā logica rōnalis dr̄ Et magꝫ ꝓpꝛie denominat̄ a lexis ꝙ eſt rō q̄ꝫ a logos ꝙ eſt ſermo

Ad rōes añ oppoſitū. Ad pmā dr̄ ꝙ mod⁹ ſciendi accipit̄ duplr̄. vno° ꝓ ip̄a argumētatōne ſm ꝙ vſus ei⁹ cōis ē oībꝫ ſcientijs ⁊ eis imiſcet̄. ⁊ iſto mō nō eſt ſcia neqꝫ de mō ſciendi ē ſcia. Alio° p̄t accipi mod⁹ ſciendi ꝓ ip̄a argumētatōne in ſe et abſolute ꝯſiderata put ē ens ſpēale qđ p̄t eē ſubiectū in aliq̄ ſcia mō expꝛeſſo in coꝛꝑe queſtionis ⁊ iſto mō mod⁹ ſciēdi nō ē ſcia. ſꝫ de mō ſciendi ē ſcia q̄ logica dr̄. Poteſt etiā mod⁹ ſciendi accipi nō ꝓ argumētatōe in ſe neqꝫ etiā ꝓ argumētatōe ꝑ vſum ei⁹ imixta alijs ſcientijs. ſꝫ ꝓ doctrina ſiue ſcia q̄ docet̄ ⁊ ſcit̄ ⁊ q̄ argumētatio dr̄. Et iſto mō logica bn̄ diceret̄ mod⁹ ſciendi. ⁊ ſic accipiēdo modū ſciendi. mod⁹ ſciendi bn̄ ē ſcia. Ad ſcđam dr̄ ꝙ ars duplr̄ accipit̄. vno° vt ē recta rō reꝝ factibiliū a nobis. ⁊ hoc mō diſtinguit̄ a ſcia. nec iſto mō logica dr̄ ars Alio° dr̄ collectio multoꝝ p̄ceptoꝝ in vnū finē tendētiū. ⁊ h̄ mō oīs ſcia p̄t dici ars. qꝛ in om̄i ſcia ſcia colligunt̄ multe cōcluſiones tendētes in cognitōem ſui ſubiecti. ⁊ hoc mō ars ſcia dici p̄t. Ad aliā pꝫ ſolutio ex dictis

Querit̄ ſcđo. vtꝝ logica debeat dici ps phie Arguit̄ ꝙ nō Pꝛimo autoꝛitate phi ſexto metaphiſice ponētꝫ tm̄ tres ꝑtes phie. ſ. phyſicā mathematicā ⁊ metaphiſicā. g̊ ⁊c̄. Scđo arguit̄. definitio ē mediū demōſtratōis facientꝫ ſcire. g̊ tot ſunt ꝑtes phie ⁊ nō plures q̊t modis definitōes variant̄. ſꝫ definitōes nō variant̄ niſi triplr̄. Quia vl̄ definitio rei ꝯcipit motū ⁊ materiā ſenſibilē. ⁊ ſic ē defini° phyſica. Vel abſtrahit a motu et materia ſenſibili lꝫ nō a materia intelligibili. ⁊ ſic ē definitio mathematica. Vel abſtrahit penit⁹ a motu ⁊ materia tā ſenſibili q̄ꝫ intelligibili. qꝛ talis res bn̄ p̄t eē ſine materia ⁊ ſic ē definitio metaphiſica. ⁊ non pn̄t pluribꝫ modis reꝝ definitōes variari. g̊ logica nō eſt ps phie.

Tercio. nulli⁹ rei modus cū re cui⁹ ē mod⁹ venit in ſui generis diuiſionē. ſꝫ logica ē mod⁹ phie. g̊ nō venit in diuiſionē phie taq̄ꝫ ps ei⁹ In oppo^m Arguit̄ pꝛimo. qꝛ phia ſm gen⁹ ſuū ē cōꝓhēſio oīm q̊rūcunqꝫ entiū ſm ꝙ poſſibile ē hoī talia entia cōꝓhēdere ſm rōeꝫ et intellectū. ſꝫ logica ē cōꝓhēſio alicui⁹ entis. q⁹ ē de ſecūdis intētōibꝫ adiūctis pmis. g̊ ps phie. Scđo apud phos ſcꝫ ypoteticos phia diuidit̄ pma ſui diuiſiōe. in phyſicā generalr̄ dictā ethicā generalr̄ dictā ⁊ rōnalē ſiue ſermocinalē generalr̄ dictā. Phyſica ꝟo generalr̄ dicta ſm oēs ypotheticos cōꝓhēdit naturalē phiam mathematicā ⁊ metaphiſicā. Ethica ꝟo generalr̄ dicta continet ſub ſe monaſticā economicā ⁊ politicā. Rōnalis āt generalr̄ dicta cōꝓhendit oēm modū deueniēdi de noto ad ignoti noticiā qđ qꝛ ꝑ multa genera ꝓponū fit. g̊ phi ypoteretici dixerūt logicā eē ꝑtē phie Tercio. illđ neceſſario ē de intentōe phie ſine q̊ null⁹ p̄t deuenire i cognitōem aliquā. ſꝫ null⁹ ignoꝛās logicā alicui⁹ ignoti ꝑfectā p̄t acq̄rere cognitōem. g̊ logica ē de intētōne phie et pars eius.

Sciendū pmo. ꝙ iſta ꝯtentio an ſcꝫ logica ſit ps phie vel nō nulla ē. qꝛ ꝯtēdētes nō referunt ſuas intētōes ad idē. Dicētes eīꝫ logicā n̄ eē ꝑtē phie ſtricte phiam accipiūt ꝓ ſola phia reali ⁊ ꝯtēplatiua q̄ ē cōpꝛehenſio entis real̄ realr̄ a natura cauſati. Dicētes āt logicā eē ꝑtē phie phiam accipiūt cōiter ſcꝫ ꝓ oī appꝛehēſione veritatꝫ entis q̄litercūqꝫ ꝯſiderati ſiue in ſeipo ſiue in nobis cognoſcentibꝫ aut operantibus. Et ꝓ intellectu huius vltimi dicti.

Sciēdū ſcđo. ꝙ oē ens vel ē a natura cauſatum vel a nob̄. Si ſcđm h̄ ē duplr̄. qꝛ vel ē a nob̄ cauſatū pꝛactice vt ſunt factibilia ⁊ agibilia. Factibilia q̄dē de q̄bꝫ ſunt artes mechanice. et agibilia de q̄bꝫ ſunt ſcie moꝛales. Vel ē cauſatū a nob̄ ꝑ opatōem itellect⁹ ſpeculatiui q̄rētis ſciam vt ſcđe itentōes de q̄bꝫ ſunt rōnales ſeu ſmocinales ſcie Sꝫ de pmis entibꝫ ſcꝫ a natura cauſatꝫ ē ſcia real̄ ꝯtēplatiua q̄ diuidit̄ in tres ꝑtes ſm triplicē modū definiēdi ſupi⁹ expꝛeſſum. De ſcđis aūt entibꝫ ſcꝫ ab oꝑe noſtro pꝛactico ſiue a volūtate cauſatꝫ ſtꝫ artes mechanice aut moꝛales vt dictū ē. Sꝫ de alijs entibꝫ ſcꝫ de ſcđis intētōibꝫ ſunt ſcie rōnales ſiue ſmocinales Et ſic phia cōiter dicta cōꝓhēdit cognitōeꝫ oīm iſtoꝝ entiū. Sed phia ſtricte accepta ſub ſe cōꝓhendit realem ſcientiam cōtemplatiuam.

Sciendū tercio. ꝙ ſicut in phia reali ⁊ ꝯtēplatiua ſm diuerſum modū definiēdi accipit̄ diuerſitas ꝑtiū phie. ſic in rōnali phia ſm diuerſos modos rōcinādi ꝑtes ei⁹ diſtinguunt̄. Si eīꝫ rōcinatio ꝓcedat ex ſignis facientibꝫ oꝛnatū ſiue p̄ſumptionē. vel ꝑſuaſionem ſic ē rethoꝛica. Si ꝟo ꝓcedat ex fictis faciētibꝫ abhoīnationem vl̄ delectatōem. ſic eſt poetria. Si vero ꝓcedat ex pꝛobabilibus applicabilibꝫ multis ſic eſt dyalectica. Si ex cauſis eſſentialibꝫ ⁊ ꝓpꝛijs ꝓcedat. ſic ē demōſtratiua. Si ꝟo ex his q̄ vident̄ ⁊ nō ſunt. ſic eſt ſophiſtica Si ꝟo ex cautelis cōpellētibꝫ rn̄dentē dicere ea q̄ nouit ſic ē tēptatiua. Et ſic ſm diuerſos modos ratiocinādi facile eſt diſtinguere ꝑtes phie rōnalis

Cōcluſio logica nō ē ps phie ſtricte accepte ſꝫ ē ps phie generalr̄ dicte Pꝛimā ꝑtē ꝯcluſionis ꝓbāt rōes añ oppoſitū. Scđam ꝑtem ꝓbant rōnes adducte poſt oppoſitum.

Dubitat̄. vtꝝ eadē ſint pncipia eſſendi ⁊ cognoſcēdi. Rn̄r breuit̄ ad dubiū ꝙ ſunt eadē ſm rē. ſed ſm rōem drn̄t. qꝛ ſm eē qđ hn̄t in rebꝫ extra aīam ſunt pncipia eſſendi. ſm eē āt qđ hn̄t in itellectu ſunt pncipia intelligēdi ſeu cognoſcēdi. Et intelligit̄ de pncipijs cognoſcēdi a pꝛi. Quia aliq̄ ſunt bn̄ pncipia cognoſcēdi a poſteriori. q̄ tm̄ nō ſunt pncipia eſſendi niſi ſm q̄d. cuiuſmodi ſunt accn̄tia ꝓpꝛia vt habet̄ in ꝓhemio de aīa. Accidētia magnā ꝑtē ꝯferūt ad cognoſcēdū qđ q̄d eſt



Et eſt aduertendū ꝙ res hn̄t triplex eē vnū hn̄t in ſuis pncipijs ⁊ cauſis. Aliud in ſuis ſingularibꝫ ⁊ ſuppoſitis. Reliquū ꝟo hn̄t in intellectu. ⁊ ſm iſta diuerſa eſſe ꝯueniunt eis diuerſa accn̄tia vt pꝫ cuilibet intuenti.

Dubitat̄. quō differūt ſciens ſapiēs ⁊ phus Rn̄r ꝙ ſic differūt. qꝛ aliq̄s dr̄ ſciens q̄ cognoſcit veritatē alicuius ꝯcluſionis neceſſarie ꝑ ei⁹ ꝓpꝛia pncipia et cauſas Sꝫ dr̄ ſapiens ꝑ hoc ꝙ illud ſcitū efficit̄ ſibi ſapidū qđ ꝯtingit q̄n ſcit reſoluere tale ſcitū vſqꝫ ad pncipia ſimplr̄ pma. Vn̄ dr̄ ſapientia q̄ſi ſapida ſcia. Sꝫ dr̄ phs ꝑ h̄ ꝙ tale ſapidū ſcitū ꝯuertit in amoꝛē. Dicitur eīꝫ phs a philos qđ ē amoꝛ. ⁊ ſophos qđ ē ſapia quaſi amatoꝛ ſapientie. Sꝫ qꝛ nomē ſapiētis videt̄ eē nomen nimie arrogantie. iō antiq̄ nō voluerūt dici ſapientes ſꝫ phi. Et ex iſti⁹ dubij rn̄ſione ſatꝫ pꝫ ſolꝰ alteri⁹ dubij q̄ cōiter q̄rit̄ q̄liter differunt ſcientia ſapientia et phia.

Dubitat̄. q̄re mathematica dr̄ ſcia diſciplinalis. Rn̄r ꝙ cā ē facilitas cōpꝛehēſionis ei⁹ Entia eīꝫ mathematicalia. vt cōꝓhendant̄ nō egent experientia in cōpꝛehendente. iō iuuenibꝫ maxime ꝓpoꝛtionata eſt mathematica Et iuuenes antiq̄t⁹ dediti ad phiam in mathematicis pmo inſtruebant̄ nominat̄ etiam mathematica ſepi⁹ a pho demōſtratiua eo ꝙ in mathematicꝫ certiſſime fiūt demōſtratōes. Et g̊ plato q̄ dixit anime rōnali ſciētias eē ꝯcreatas ꝓbauit poſitōeꝫ ſuā ꝑ exemplum mathematicale. Quia ꝓpoſuit iuueni vni q̄ nūq̄ꝫ fuit inſtruct⁹ in mathematica pncipia geometrie q̄bus ip̄e iuuenis aſſentiens dixit veritatē ꝓpter certitudineꝫ ſcientie ⁊ oꝛdinatam interrogatōnem. Quare dixit plato ſcientias nobis concreatas.

Dubitat̄ quō differūt monaſtica economica et politica. Rn̄r ꝙ drn̄t ſic. qꝛ monaſtica tractat de regimine vni⁹ hoīs in ſeip̄o. Vn̄ dr̄ monaſtica a monos qđ ē vnū ⁊ ycos ſcia q̄ſi ſcia de vno ſm ſe. Sꝫ economica tractat de regimine familie domeſtice. et dr̄ ab ycos qđ ē ſcia ⁊ nomos qđ ē dom⁹ ſiue familia. Politica ꝟo de regimine ciuitatꝫ determinat Vn̄ dr̄ a polis qđ ē pluralitas. ⁊ ycos ſcia q̄ſi ſcia pluriū. ſ. hoīm vl̄ pluralitatꝫ

Ad rōnes. Rōnes añ oppoſitū ꝓcedūt ſtricte capiēdo phiam ⁊ alie q̄ ſunt poſt oppoſitū ꝓcedunt large capiēdo phiam. ⁊ iō dđm ē ꝙ ꝯtētio illa friuola ē et infructuoſa. Friuola q̄dē qꝛ ad nomē tm̄. Infructuoſa ꝟo vt dr̄ Auicēna qꝛ nullaten⁹ declarat ad ꝓpoſitū

Querit̄ tercio. Vtꝝ logica ſit vtil̄ ⁊ neceſſaria. Arguit̄ pmo ꝙ nō. qꝛ logica ē de genere boni ⁊ honeſti cū ſit ſcia ſpeculatiua. g̊ nō ē de genere boni vtilis.

Scđo arguit̄ ꝙ nō ſit neceſſaria. qꝛ logica p̄t ab hoīe adipiſci ⁊ nō adipiſci. g̊ nō ē neceſſaria. Tercio. vtile et neceſſariū ſibi inuicē repugnāt. g̊ nō ſtat ꝙ logica ſit vtilis ⁊ neceſſaria Quarto. ſcie alie pn̄t ſciri ſine logica vt ſcia legum ⁊ decretoꝝ. ypocras eīꝫ fuit ſumm⁹ medicus. q̄ nūq̄ꝫ habuit artē logice. g̊ logica nō ē vtil̄ ⁊ nccāria. In oppoſitū eſt Areſtoteles et ei⁹ expoſitoꝛes

Sciendū pmo. ꝙ duplex ē vtile. Quoddā ē qđ de ſe nō ē bonū. nec appetibile. ſꝫ ſolū ex oꝛdinatōne ad aliud ꝯſequendū ꝑ ip̄m. Vt potio amara q̄ nō niſi ꝓpter ſanitatē appetit̄. ⁊ nō ꝓpter ſe. Et hec ē ꝓpꝛia acceptio vtilis put diſtinguit̄ ꝯtra honeſtū. qꝛ bonū honeſtū ē vt dr̄ Tullius quod ſua vi trahit et ſua dignitate nos allicit. Et hoc mō logica nō eſt vtilis. qꝛ etiā ꝓpter ſe appetibilis eſt. Aliud eſt vtile qđ etſi valeat ad aliqđ aliud bonū ꝯſequēndū. tm̄ in ſe hꝫ etiā rōeꝫ boni. ⁊ ē appetibile. Et illud vtile in eodē ſubiecto bn̄ coincidit cū honeſto. lꝫ ſub alia rōne. Nā vt dr̄ Tulli⁹ Bonū honeſtū hꝫ multas vtilitates in ſe ⁊ ſibi adiunctas. Et iſto mō logica eſt vtilis. qꝛ ꝓpter ſe ⁊ ꝓpter aliud appetibilis eſt. Et iteꝝ vtroqꝫ mō dictū vtile duplex repit̄. Nā aliqđ ē vtile ad aliquē finē ꝯſequendū ſine q̊ tm̄ finis ille p̄t adipiſci. et tale vtile nō coincidit cū honeſto. imo ſibi repugnat. et iſto mō logica nō eſt vtilis ad ſciētias acq̄rendas. Aliud eſt vtile ad aliquē finē. ſine quo finis ille haberi nō p̄t. ⁊ tale veꝝ vtile eſt imo neceſſariū ſicut eſt logica ad alias ſcientias acq̄rendas

Sciendū ſcđo. ꝙ neceſſariū vt ſufficit ad ꝓpoſitū duobꝫ modis dr̄. Vno° abſolute ⁊ ſic diſtinguit̄ ꝯtra vtile et tale neceſſariū eſt ſine quo res nullo mō p̄t eſſe Vt neceſſariū eſt hoīem eſſe aīal abſolute ⁊ hoc mō logica nō eſt neceſſaria Alio° aliq̄d dr̄ neceſſariū ex ſuppoſitōe finis vt neceſſe eſt hoīem eſſe virtuoſum ſi debeat ꝯſequi beatitudinē. ⁊ hoc mō logica eſt neceſſaria

Sciendū tercio. ꝙ oīs potētia q̄ p̄t agere recte et non recte ad hoc ꝙ ip̄a recte agat infallibiliter indiget aliquo habitu dirigente ip̄am. Sed ſic eſt ꝙ ratō noſtra in ſuis actibꝫ p̄t ſe habere recte et nō recte. ſicut definiendo. cōponendo. et diuidendo. Quia vt habet̄ nono metaphyſice Rōnalis potentia differt ab irrōnali. qꝛ rōnalis valet ad oppoſita. irrōnalis vero ad vnum determinata eſt. g̊ rō noſtra indiget aliq̊ habitu dirigēte ip̄am in ſuis actibꝫ. Talis aūt habitus eſt logica q̄ docet recte definire recte cōponere ⁊ diuidere. ⁊ recte arguere. Ideo dr̄ Alfoꝛabius in logica ſua ꝙ ſicut ſe hꝫ grāmatica ad linguā dirigendā in recte loquendo ſic ſe hꝫ logica ad rōem dirigendā. qꝛ eam dirigit in recte arguendo. Et ideo dicit doctoꝛ ſanctus. ꝙ logica ſit ſcia directiua actuum ratōnis

Cōcluſio Logica eſt vtilis ⁊ neceſſaria capiendo vtile et neceſſariū ſcđo modo. Iſta ꝯcluſio patet per vltimum notabile. Et aliter ꝓbatur. Logica ē ſcia docens oēm modū ꝑ quē ignotū fit cognitū. ergo in nulla ſcia p̄t aliq̄d fieri cognitū niſi ꝑ logicā. Scđo ꝓbatur ſic. logica eſt ratio diſcernendi et docens qualiter de quolibet diſſerendū ſit. vt dr̄ Boetius in thopicis q̄ in duas diuidit̄ ꝑtes ſcꝫ in inuentiuam. quam greci thopicam dixerunt et in iudicatiuam quaꝫ greci analecticā dixerunt. Modo conſtat ꝙ ſine argumentatōne non deuenitur de noto ad ignotum. quia argumentatio diſcretio quedam eſt. ſed diſcretio nō eſt niſi inquiſitio diſcernens qualiter notum cōparatur ad ignotum vel ſcꝫ vt cauſa vel vt pncipium vel vt ſignum vel vt coniectura vel vt repugnans ad ip̄m. vel aliquid hmōi. que oēs habitudines in logica docentur. Ergo ad om̄e quod ſcire querimus vtilis eſt logica et neceſſaria. ideo ſepe dr̄ Areſtoteles ꝙ cauſa erroꝝ antiquoꝝ in multis materijs fuit ignoꝛantia logice. Tercio ꝓbatur ſic. ſcientia eſt habitus ꝯcluſionis. ſed concludere neſcit qui ignoꝛat q̄d et ex q̄bus et qualiter ꝯcludendū ſit. hoc aūt docet logica. ergo ⁊c̄. Quarto ꝓbatur ſic. q̄ꝫuis neſcientes logicam aliquid ſcire videantur. ratōem tamē ſui ſciti ignoꝛant. et ergo ſe habēt ad ſcire ſicut ignis ad cōburendum. vt dicitur pꝛimo metaphiſice. ergo inabiles

ſunt ad docendũ. quia docere neſcit qui ratõem ſui ſciti non valet exponere. que quidem expoſitio. eſt argumentatio quam docet logica Quinto ꝓbatur ſic. oĩs inuentio alicuius ignoti fit per locales habitudines q̃s docet logica in thopicis. ergo ſine ea ignotũ inueniri nõ poteſt. Similiter nihil ꝑfecte ſcitur. niſi ꝑ reſolutõnem eius in ſua ꝓncipia et cauſas. ſed oẽm modum reſoluẽdi docet logica ſcꝫ in libꝛis poſterioꝝ. igitur logica ẽ neceſſaria quare dicit dominus Albertus ꝙ logica ẽ quoddam equelibꝛiũ ratõnis per quod om̃e quod ſcitur quaſi ꝑ rectam menſuram ponderat᷑. Sexto ꝓbatur. qꝛ felicitas homĩs ꝯſiſtit in ꝯtẽplatõne veritatis. ſed recte contemplari neſcit qui neſcit inuenire quod querit cõtemplari et iudicare ip̃m iam inuentum. Sed oẽm modum inueniendi docet thopica et omnẽ modum iudicãdi ⁊ inueniendi docet analectica. ergo ſeq̇tur ꝙ logica ad cognitõnem omnium aliaꝝ ſcientiaꝝ et ad noſtram felicitatem eſt vtilis et neceſſaria.

Ad rõnes añ oppoſitũ tres ꝓme ſolute ſunt Ad vltimam dicitur ꝙ ille ſcientie haberi non poſſunt ꝑfecte ſine logica. Et ad illud qđ dicitur de ypocrate dicendum eſt ꝙ licet non habuerit artem logice complete tamẽ parum ſibi deficiebat cum ꝓpter induſtriam et ꝓpter ꝑfectõnem luminis ſui intellectus ratiocinando nũq̃ꝫ aut raro deficiebat. Et hec de queſtione

Querit᷑ quarto. Vtꝝ argumẽtatio ſit ſubiectum totius logice. Arguitur ꝙ nõ. qꝛ ens ratõnis eſt ſubiectum totius logice. ergo non argumẽtatio. Antecedens patet. quia logica eſt generalis ſcientia ſicut metaphyſica. ergo ſicut metaphyſica habet ens reale pꝛo ſubiecto ita logica ens ratõnis. Scđo. illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia quod eſt ꝓncipaliſſimũ in illa ſcientia. et ad quod alia reducunt᷑. ſed ſic eſt de ſyllogiſmo in logica ergo ſeq̇tur ꝙ ſyllogiſmus eſt ſubiectũ Tercio. ſcia denominatur a ſuo ſubiecto. ſed logica exiſtens ſermocionalis ſcientia a ſermone dicitur. ergo ſermo eſt ſubiectum logice Quarto. de ſubiecto debet ꝓ̄ſupponi quid eſt ⁊ quia eſt. ſed in logica inquiritur quid eſt argumentatio. ergo argumẽtatio non eſt ſubiectum in logica. Quinto. idem non poteſt eſſe inſtrumentum et ſubiectum alicuius ſcientie. ſed argumentatio eſt inſtrumentum acquirendi logicam. ergo non eſt ſubiectum logice. In oꝑpoſitũ ſunt expoſitoꝛes ph̃i Pꝛimo videbit᷑ de q̃ſito. ſcđo erunt aliqua dubia

Sciendũ ꝓmo. ꝙ ſubiectũ attributiõis eſt terminus ꝯmuniſſimus ſimpliciſſimus ꝓmo notus in aliqua ſcia ꝯſideratus non excedens methas illius ſcientie ad quem om̃ia in illa ſcia conſiderata habent oꝛdinem et attributõnem. Unde ſunt tres conditões ſubiecti attributõnis. Pꝛima conditio eſt ꝙ illud ſit ꝓncipaliter ꝯſideratum in ſcientia cuius eſt ſubiectuꝫ ⁊ iſto modo paſſiones ſubiecti que ꝯſiderantur ratione ſubiecti et non ꝓncipaliter non habent ratõnem ſubiecti. Secunda conditio eſt ꝙ om̃ia conſiderata in ſcientia cuius eſt ſubiectum habeant reductõnem ad tale ſubiectum. et ſub eo cõtineantur quantũ ad foꝛmalem rõem ꝯſiderandi eius. Unde aliqua reducuntur ad ſubiectũ vt pꝛincipia eius. Tercia conditio eſt. ꝙ tale ſubiectum ſit adequatum ſcientie cuius eſt ſubiectum ita ꝙ ſub tali ratõne foꝛmali in nulla alia ſcientia conſideret᷑.

ſed ſit ſibi pꝛopꝛium ſub tali ratõne.

Sciendũ ſcđo. ꝙ ſubiectũ accipit᷑ octo modis. Pꝛimo modo pꝛo obiecto alicuius potentie. vt coloꝛ dicitur ſubiectum viſus Scđo modo pꝛo famulo alicuius domini. vt ſeruus dicitur ſubiectus domino. Tercio modo pꝛo coꝛpoꝛe poſito ſub alio. vt fundamentum eſt ſubiectum parietis. Quarto mõ pꝛo ſubiecto accidentis. Quinto modo pꝛo ſubiecto ꝓpoſitõnis Sexto modo pꝛo ſubiecto ꝓpꝛie paſſionis Septimo. pꝛo ſubijcibili inferioꝛi alicuius ſuperioꝛis Octauo. pꝛo ſubiecto attributõis. de quo eſt hic ad ꝓpoſitum. Qui modi continentur in his verſibꝫ. Obiectum verna. poſitum ſub. cui quid inheret Quod pꝛius eſt copula. pꝛopꝛij logicaliter infra. Quo ſimul areret. ſunt bis ſubiecta quaterna

Sciendũ tercio. ꝙ aliq̇ꝝ antiq̇ꝝ ſecta interp̄tabat᷑ logicã eẽ ſermocionalẽ ſcientiã dicentes logicã generaliꝛ dictã ꝯtinere grãmaticã rhetoꝛicã ⁊ logicã ꝓpꝛie dictã et poetriã Ideo dicebant ꝙ ſ̄mo ꝓut ẽ deſignatiuus rerum que per ip̃m ſignificant᷑ eſt ſubiectum logice quos impugnat Auicenna in ſua logica. Alij vero dixerunt ſyllogiſmum eſſe ſubiectum logice. quia ẽ pꝛecipua ſpecies argumentatõnis. Alij dixerunt ens rationis eſſe ſubiectum logice. quia logica eſt de ſcđis intentõnibus que ſignificant entia ratõnis.

Cõcluſio ꝓma. ſermo nõ ẽ ſubiectũ in logica Pꝛobatur. quia ſermo de ſe nihil ſignificat. quia alias apud om̃es idem ſignificaret. ſed ſignificat ad placitum pꝛimi inſtituentis. ergo non poteſt eſſe ſubiectum logice cuius intentio eſt docere modum deueniendi. de noticia noti ad noticiam ignoti.

Cõcluſio ſcđa. ſermo ſ̄catiuus nõ ẽ ſubiectũ logice. Pꝛobatur. quia ſermone ſignificatiuo et ad ſe ⁊ ad alterum vtitur logica per accidens pꝛo quanto logicus ſine ſermone ſignificatiuo non poteſt ſuum cõceptum alteri ſignificare. Sed ratiocinatione vtitur logicus per ſe et ad ſe ⁊ ad alterum ad noticiam alicuius ignoti accipiendam Item om̃is ſermo ſignificatiuꝰ eſt complexus vel incomplexus. ſi ſit incomplexus tũc non facit fidem de ignoto. ergo non poteſt eſſe ſubiectũ logice. Tenet conſequentia. quia non deuenitur de noticia noti ad noticiam ignoti niſi per illud quod fidem de ignoto facit. veruntamẽ ſermo incomplexus bene cõſideratur a logico. vt eſt pars ſermonis complexi. Si ſit complexus adhuc ſ̄m ꝙ huiuſmodi non facit fidem ꝙ res ita ſit vel non ſit. ergo ſermo ſignificatiuꝰ nõ poteſt eſſe ſubiectum in logica.

Cõcluſio tercia. Sermo cõplexus enũciatiuus non eſt ſubiectum logice. Pꝛobatur. quia licet ſignificet aliquid eſſe vel non eſſe. tamen non facit fidem de re enunciata niſi pꝛo quanto ſub foꝛma argumentationis ponitur.

Cõcluſio quarta. ſyll'ſ nõ ẽ ſubiectũ attributionis totius logice. Pꝛobatur. quia intentio logice eſt docere omnem modum deueniendi de noto ad ignoti noticiam. ſed per ſyllogiſmum illud fieri non poteſt. Quia ſolum procedit ab vniuerſali vniuerſaliter accepto. quod in multꝭ ſcientijs fieri non poteſt. vt in rhetoricis in quibus virtute localis habitudinis per enthimemata concluditur illud quod queritur. Sicut etiam in quibuſdam alijs ſcientijs experimentalibus in quibus notificatur illud quod queritur per ſingularia cognita. Et ſic tales ſcientie non vtuntur ſyllogiſmo perfecto. ſed exemplo vel inductione. Et ita ſyllogiſmus non eſt inſtrumentum ſatis cõmune ad accipiendum cuiuſlibet noticiam ignoti. ergo ⁊c̃. Eſt tamen aduertendum ꝙ ſ̄m dominum Albertum triplex poteſt aſſignari ſubiectuꝫ in aliqua ſcientia. ſcilicet ſubiectum cõmune quod ſcilicet inter omnia conſiderata in tali ſcientia eſt cõmuniꝰ. Aliud eſt ſubiectuꝫ ſpeciale cuius noticia pꝛincipaliter in illa ſcientia queritur. et tale dicitur ſubiectum attributionis. Tercium eſt ſubiectum ſpecialiſſimuꝫ quod inter partes ſubiecti attributionis eſt pꝛincipalioꝛ pars ⁊ ſ̄m hoc ſyllogiſmus poſſet dici ſubiectum ipſius logice ⁊ ens rationis poteſt dici ſubiectuꝫ commune in logica. argumentatio vero dicitur ſubiectum ſpeciale ſiue attributionis

Concluſio quinta. ens rationis non eſt ſubiectum logice. Pꝛobatur. quia intentio logice non eſt docere ens rõnis ſ̄m foꝛmalem rõnem eius. ſed ſolum de aliq̄ ente rõnis quod eſt argumentatio

Concluſio ſexta. argumentatio eſt ſubiectũ attributionis huius totius logice. Pꝛobatur. quia logica eſt ſcientia cõtemplatiua docens qualiter ⁊ ꝑ queꝑ notuꝫ ad noticiam ignoti deuenitur. ergo neceſſario opoꝛtet ꝙ logica pꝛo ſuo ſubiecto habeat illud quod eſt inſtrumentuꝫ rationis in acquirendo noticiã cuiuſlibet ignoti per notum hoc autem eſt argumentatio ſ̄m ꝙ argumentatio eſt ratõcinatio mentem arguens ⁊ cõuincens per habitudinẽ noti ad ignoti noticiã ꝓueniens. ergo ⁊c̃. Pꝛobat᷑ hoc etiam per conditiones ſubiecti attributionis que argumẽtationi reſpectu logice cõueniunt quare eſt ſubiectum

Dubitat᷑ ꝓmo. Vtrum oẽs ſcie ſermocionales eodem modo ſermone vtant᷑. Reſpondet᷑ ꝙ non. q̇a grãmatica ſermone vtitur pꝛout eſt deſignatiuus congrui vel incõgrui abſq̇ꝫ eo ꝙ faciat fidem de re ſignificata ꝑ ip̃m Sed poetria ſermone vtitur ꝓut pꝛonũciatur cum delectatione vel triſticia. Rhetoꝛica vero vtitur ſermone oꝛnato ad ꝑſuaſionem vel diſſuaſionẽ. Logica aũt vtitur ſermõe pꝛout eſt pars inſtrumenti ꝑ qđ fit fides de ignoto

Dubitat᷑ ſecundo Vtrum notum ꝑ quod acquirit᷑ ſcientia ignoti faciat noticiã ignoti ꝓut illud ignotuꝫ eſt res extra animã exiſtẽs. aut ꝓut eſt notio rei exiſtens in anima. Rñdetur ꝙ pꝛout eſt notio rei in anima exiſtẽs ſ̄m aliquã habitudinẽ. ꝯꝑata ad ignotũ eſt declaratiua ignoti. ideo ipſum ignotum per noticiam ip̃ius noti aliq̄ modo percipit intellectus

Dubitat᷑ tercio. Per quid efficit᷑ notuꝫ illud per qđ accipitur ꝓmo noticia ignoti vi argumentationis. Rñdetur ꝙ lumĩe naturali noſtri intellectus. quia pꝛima pꝛincipia ꝑ ſe ip̃a abſq̇ꝫ rõcinatione nobis nota ſunt

Ad rõnes ante oppoſitũ. Ad pꝛimam dicendum vt iam dictũ eſt ꝙ ens rõnis bene poteſt eſſe ſubiectum cõmune eo mõ quo logica eſt ſcientia cõmunis. Nã logica dicit᷑ ſcientia cõmunis eo ꝙ habet viam ad om̃e ens ꝑ applicatõem ſui ſubiecti attributionis. vt habet᷑ ꝓmo thopicoꝝ Ad ſecundã ſatis patꝫ ſolutio. quia ſyllogiſmus non eſt ſatis generale inſtrumentũ inueniendi quodlibet ignotum Ad terciã dꝛ ꝙ non opoꝛtet ſcientiã denominari a ſuo ſubiecto attributionis. ſed quandoq̇ꝫ a fine vel efficiente vel ab aliquo qđ eſt materia circa quãꝫ ꝓncipaliter verſat᷑ cõſideratio ſcientie Ad quartã dꝛ ꝙ in om̃i ſcientia ſupponit᷑ q̇d noĩs ſubiecti ſed inueſtigari p̃t q̇d rei in illa cuius eſt ſubiectũ Ad quintã dꝛ ꝙ argumẽtatio accepta in cõmuni eſt ſubiectũ attributionis logice. ſed in ꝑticulari accepta eſt inſtrumentũ quo acq̇ritur ſcientia de argumentatione in cõmuni accepta

Querit᷑ quinto. vtrũ logica ſit ſciẽtia ſpeculatiua vel pꝛactica. Arguit᷑ ꝓmo ꝙ ſit pꝛactica. qꝛ om̃is habitus directiuus intellectus in ſuis oꝑationibꝫ eſt pꝛacticꝰ logica eſt hm̃õi. qꝛ dirigit in cõponendo diuidẽdo ⁊ rõcinãdo. ergo ⁊c̃. Scđo. logica eſt de operabili a nobis. ergo ẽ ſcientia pꝛactica. Añs ptꝫ. quia eſt de argumẽtatõe q̃ cauſatur a nobis. ⁊ de ſecũdis intẽtionibꝫ q̃ ſunt cauſate a nobis ꝑ rõnem In oꝑpoſitũ ſunt expoſitoꝛes ph̃i

Sciendũ ꝓmo. ꝙ intellectus noſter q̇ eſt naturalis potẽtia aĩe rõnalis q̃ intelligimus res vel intelligere poſſumus diuidit᷑ in intellectũ ſpeculatiuũ ⁊ pꝛacticum. Unde intellectus dꝛ ſpeculatiuꝰ a ſpeculoꝛ aris. qđ idem ſ̄cat quod video vides. ſiue inſpicio inſpicꝭ inſpicere Om̃ noſtri intellectus ſpeculatiui eſt veritatẽ alicuius rei intelligibilis abſolute intueri ſiue inſpicere. ſiſtẽdo tñ in cognitõne ſeu cõtẽplatione veri. Sed intellecticus pꝛacticus eſt q̇ oꝑatiuus eſt. Vñ pꝛaxis grece eſt oꝑatio latine. ⁊ ſic officiũ intellecticus pꝛactici eſt ꝯſiderare verũ in oꝛdine ad opus Ex q̇bus pꝫ ꝙ diuiſio intellectus in intellectũ ſpeculatiuũ et pꝛacticũ nõ eſt diuiſio in duas potẽtias aĩe noſtre ſ̄m rẽ diſtinctas. ſed ſolũ ſ̄m rõnem. Que q̇deꝫ diſtinctio rõnis ſumit᷑ ex diuerſo mõ intelligendi noſtri intellectus ⁊ ex diuerſa rõne nõ q̇dem eẽntialiſꝫ accñtali obiecti ip̃ius intellectus. Quia intellectus ſpeculatiuꝰ hꝫ verũ abſolute pꝛo obiecto. Pꝛacticus vero verũ vt oꝑabile eſt. Et cõuenienter ſumit᷑ diſtinctio ex ꝑte finis. qꝛ finis intellectꝰ noſtri ſpeculatiui eſt ſcire abſolute. pꝛactici vero eſt ſcire extenſibile ad opus inq̃ntũ hm̃õi Jõ dꝛ ph̃s tercio de aĩa ꝙ intellectꝰ noſter ſpeculatiuus ſola extenſione ad opus fit pꝛacticus.

Sciendũ ſcđo. ꝙ ſicut intellectꝰ noſter diuidit᷑ in ſpeculatiuũ ⁊ in pꝛacticũ. ita etiã diuidit᷑ ſcia in ſpeculatiuã ⁊ in pꝛacticã cũ ſcia nihil aliud ſit q̃ꝫ ꝑfectio intellectus ſpeculatiui. pꝛactica vero eſt ꝑfectio intellectus pꝛactici

Sciendũ tercio. ꝙ aliq̄ ſcia p̃t dici ſpeculatiua ex ꝑte triũ. Pꝛimo ex ꝑte obiecti. ſ. q̃ñ obiectuꝫ non eſt oꝑabile a nobis. ſed tm̃mõ cognoſcibile Et talis ſcia ẽ ſimpliꝛ ſpeculatiua. Et h̃ mõ ſcie q̃ ſtꝭ de rebꝫ naturalibꝫ ſtꝭ ſpeculatiue. qꝛ tales res facere nõ poſſumꝰ. ſꝫ ſolũ cognoſcere. Jõ dꝛ Alb. ꝙ ipoſſibile ẽ ꝙ de rebꝫ a natura cauſatꝭ ſit ſciã pꝛactica. Scđo. ſcia dꝛ ſpeculatiua ex ꝑte finis. qꝛ finis ſcie ſpeculatiue ẽ veritas pꝛactice vero opus. Tercio ex ꝑte mõi ꝯſiderãdi. vt ſi domificatoꝛ ꝯſiderat domũ eã reſoluẽdo in ſua ꝓncipia ⁊ cãs nõ aꝑplicãdo illã ꝯgnitiõeꝫ ad opꝰ tunc accipit aliq̇đ oꝑabile ꝑ modũ ſpeculabil᷑. Et h̃ mõ nihil refert aliquã ſciam q̃ ſimpliꝛ ẽ pꝛactica ſ̄m q̇d eẽ ſpeculatiuã imo nulla ẽ adeo pꝛactica q̇n aliq̇d ꝑticipet de ſpeculatiua. inq̃ntũ ſcꝫ hꝫ aliq̇d de cognitõe. Verũ tñ ẽ ꝙ ꝓncipaliꝛ dĩa inter ſciam ſpeculatiuã ⁊ pꝛacticã ſumẽda ẽ ex ꝑte obiecti

Sciẽdũ q̇rto ꝙ pꝛaxis a Scoto ſic definit᷑. pꝛaxis ẽ oꝑatio alteriꝰ potẽtie q̃ꝫ intellectꝰ naturaliꝛ poſterioꝛ ipſa intellectõe nata cõfoꝛmiter elici rõne recta vt recta ſit Et in ideꝫ redit definitio Euſtrachij ſic dicẽtis pꝛaxis ſ̄m ratõnem operatio eſt hominis. Et ex vtraq̇ꝫ definitõe pat





UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tet ꝙ prima ⁊ eſſentialis rō praxis eſt in volūtate ita ꝙ operatio dicit̄ praxis. eo ꝙ eſt cōformiter ſe habens ad appetitum ⁊ opus eius quod eſt opus elicitū circa bonum. Sed ſpeculatio ſic definit̄. ſpeculatio eſt oꝑatio intellectus ſpeculatiui ad nihil aliud extra genus cōtemplationis finaliter ordinata. Ex quo patet ꝙ q̄uis logica ſit habitus directiuus iſtarum operationū que ſunt definire cōponere diuidere ⁊ vnū ad aliud ordinare ſiue rōcinari. non ꝓpter hoc tamē debet dici habitus practicus niſi ſm modū dumtaxat eo ꝙ huiuſmodi operatiōes non ſunt finaliter ordinate ad aliq̄d aliud extra genus cōtemplationis. Et ex ignorātia iſtius deceptus fuit Buridanus qui motus prima ratione ante oppoſitum poſuit logicam eſſe ſcientiā practicam ⁊ non ſpeculatiuam

Cōcluſio. logica eſt ſcientia ſpeculatiua ſimpliciter ⁊ practica ſm moduȝ. Probatur prima pars. quia illa ſcientia ſimpl'r eſt ſpeculatiua. cuius totalis finis ⁊ intentio eſt cognoſcere veruȝ ⁊ abſolute. logica eſt huiuſmodi cum ſit rō diſcernendi verum a falſo. vt inquit Boeti⁹ et tota eius intentio eſt docere omnē modū deueniendi de noticia noti ad noticiā ignoti. Item ꝓbatur ſecūdo. logica ſubſeruit ⁊ amminiculatur aliis ſcientiis ſpeculatiuis. ⁊ ſi ſubſeruiat practic̄ hoc nō eſt niſi pro quāto in eis eſt aliqd̄ ſpeculabile. ergo logica eſt ſimpliciter ſpeculatiua. Preterea vltima pars logice ad quā omnes finaliter ordinant̄ reſolutoria eſt. Reſoluere aūt ad intellectum ſpeculatiuū pertinet. quia modus ꝓcedendi intellectus ſpeculatiui eſt ꝑ modum reſolutōnis. practici vero ꝑ modū cōpoſitionis. Secunda pars patet. qꝛ logica eſt ſciētia directiua intellectus in ſuis oꝑationibus. vt dꝛ. ſanctus Thomas quas nō exercet ratio niſi volūtate mouente. ergo quantū ad hoc logica habet modū practici habitus. Sed quia huiuſmōi operationes non ordinant̄ niſi ad cognoſcenduȝ verum. ideo non debet ꝓpter hoc dici ſimpl'r practica ſed ſolū ſm quid ſiue ſm modū. Quod nō attendētes q̄dam dixerunt logicam eſſe ſcientiā practicam. Et hoc ꝓbantes ꝑ illud dictū doctoris ſancti cum tamē vtiq; non fuerit hec mens doctoris ſancti ꝙ ꝓpterea ſit ſimpl'r practica eo ꝙ ē directiua rōnis. ſed eſt practica ſm quid

Dubitatur primo Vtrum eodem mō ſe habeat ſubiectum attributionis in ſcientia ſpeculatiua ⁊ practica. Patet ex dictis ꝙ non. qꝛ in ſciētia ſpeculatiua queritur cōpleta ⁊ perfecta cognitio ipſius ſubiecti tanq̄ finis illius ſcientie. Sed in ſcientia practica querit̄ principalit̄ cōpoſitio ſiue operatio ſui ſubiecti. ⁊ ob hoc ſubiectuȝ ſcientie ſpeculatiue ad ip̄am ſcientiā ſe habet ſicut cauſa ad effectuȝ ſuū. ſed ſubiectū ſcientie practice ad ip̄am ſcientiā practicaȝ ſe habet vt effectus ad cauſam

Dubitat̄ ſcd̄o. que eſt differētia inter intellectū ſpeculatiuū ⁊ practicum. Reſpōdetur ꝙ ex dictis pꝫ differētia. tamē cōmuniter poſſunt aſſignari quattuor differētie. Prima eſt. ꝙ intellectus ſpeculatiuus habet finē ſuū manentē intra ſeipſum. practicus vero ponit finem ſuū extra ſeipſum Secūda eſt. quia intellectus ſpeculatiuus accipit formā intelligibilem. vt rōnem ſiue principium cognoſcendi tm̄. practicus vero eam accipit vt eſt principiū ꝯgnitionis ⁊ exemplar. ſed principalius vt eſt exemplar operis q̄ vt principiū cognitionis. quia non querit cognitionē niſi propter opus Tercia differentia eſt. quia licet intellectus practicus in acquiſitōe forme intelligibilis non vtatur inſtrumētis corporalibus In explicatione tamen ⁊ applicatione ipſius forme ab extra vtitur huiuſmodi inſtrumentis. ſicut faber ponit formā cultelli in ferruȝ mediante mallio Intellectus vero ſpeculatiuus formā intelligibilē non explicat extra ſe. ſed eam intra ſe ſolum conſiderat.

Quarta differentia eſt. quia intellectus practicus ꝑ operationem ſuam eſt cauſa eorum que ſibi ſubdunt̄. Intellectus vero ſpeculatiuus non imo res per ipſum ſpeculata eſt cauſa ſue operationis que operatio nihil aliud eſt q̄ ſpeculatio ſiue cognitio. Non tamen inducūt iſte quattuor differentie diſtinctionem realem inter intellectum practicum et ſpeculatiuum. Quia in re ſunt vna potentia. ſcilicȝ intellectus poſſibilis. Sed accidentaliter ſolum differunt. quia intellectus ſpeculatiuus apprehendit aliquod intelligibile abſolute. ſed practicus apprehendit ipſuȝ. vt ordinatur ad opus. Sicut exempli gratia differenter apprehēdunt domum philoſophus ⁊ domificator. quia philoſophus app̄hendit eam abſolute ⁊ artifex ſm ꝙ eſt factibilis in materia. Sed quia accidit apprehēſo per intellectum ꝙ ordinetur ad opus. ergo talis ordinatio ad opus non inducit diuerſitatem realem potentie.

Ad rationes ante oppoſitū prima ſoluta eſt ex vltimo notabili Ad ſecundā cōformiter dicendū eſt. ꝙ non quodcūq; operabile a nobis per intellectū eſt practicum. ſed oportet ꝙ ſit operabile a nobis per intellectu practicum inquantū hmōi. modo argumentatio ⁊ alie intentiones ſecūde non ſunt hmōi. ſed cōſtituunt̄. et formantur per operationes intellectus ſpeculatiui

Querit̄ ſexto. Utrum ad logicum ꝑtinet cōſiderare de voce cōplexa. vel incōplexa Arguitur ꝙ nō quia talis cōſideratio ad philoſophuȝ naturalem pertinet et etiā ad grammaticū. ergo nō ꝑtinet ad logicum. Antecedēs patet pro ꝑma parte. quia vox eſt ens naturale naturalibus inſtrumētis formatū. ergo ad naturalem philoſophum pertinet. Secūda pars patȝ. quia ad grāmaticū pertinet cōſiderare ſignificationes et inflectiones vocum. In oppoſitum arguitur. quia logica eſt ratio diſcernēdi veruȝ a falſo. ſed hoc cōuenienter fieri non poteſt niſi ꝑ vocē complexam vel incomplexā. ergo logicus habet cōſiderare vocem complexā ⁊ incomplexā

Sciendū primo ꝙ diuiſio partiuȝ logice ex intentione logice que eſt docere principia ꝑ que de noto ad noticiā ignoti deuenit̄ accipienda eſt. Et quia ignotuȝ duplex eſt. ſcȝ incomplexū quod per definitionem ⁊ diuiſioneȝ ſcitur. Et complexū quod ſcitur ꝑ argumentatōnem. ideo oportet duas eſſe partes logice. vnā ſcilȝ que tradit artem definiendi ⁊ diuidendi. ⁊ aliam que docet artem arguendi. Prima harum vt inq̄t Albertus a philoſopho non eſt tradita aut ſaltē ad nos nondū ꝑuenit niſi quantū ad hoc ꝙ in ſecūdo poſterioꝝ docet arteȝ inueniēdi quod quid ē ꝑ viā ꝯpōnis ⁊ reſolutōis. ſȝ alterā ꝑtē logice tradit Areſtȝ.

Sciendum ſcd̄o. ꝙ logica conſiderat om̄ia prout ſunt in intellectu illius qui querit per notum venire ad ignoti noticiam. Et quia ignotū duplex eſt complexuȝ ſcȝ ⁊ incōplexū. iō logicus hȝ ꝯſiderare voces cōplexas ⁊ incōplexas Et qꝛ ꝯplexio ⁊ incōplexio nō accidūt niſi ꝑ cōparationē ad intellectū ſimplicē vel ꝯpoſitū cui⁹ vox ſignatiua



eſt ad placitū nota. iō gratia eius logicus hȝ cōſiderare de voce ſignificatiua ad placitū q̄d ſit ⁊ qualiter ſignificet

Sciendū tercio. ꝙ vox q̄nq; modis dꝛ ſignificare. Primo ⁊ ꝑncipaliter dꝛ ſignificare illud ad qđ ſignificandū primaria inſtitutiōe impoſita eſt. vt hō ſignificat hoiem. Secūdo mō ſcat illud qđ ex cōſequenti ſupponit̄ ſuo ꝑncipali ſignificato. vt domus ſcat parietē ⁊ quodlibȝ totū integrale quālibet eius ꝑtem. Tercio⁰ dꝛ ſignificare illud qđ cōcomitat̄ ſignificatōem principalē eius. vt paries ſignificat fundamentū. Quarto mō dꝛ ſignificare id qđ eſt de ſuo intellectu. ſ. de intellectu ſui ꝑncipalis ſignificati. vt homo ſcat animal ⁊ ꝑuatio ſuū habitū. Quinto mō dꝛ ſignificare ꝓprietatē oppoſiti ſui ſignificati vt albū ꝑ ꝓprietatē ſuā q̄ eſt diſgregare viſum dat intelligere ꝓprietatem nigri que eſt ꝯgregare viſum

Sciendum quarto. ꝙ cōplexio ⁊ incōplexio voci accidūt. ⁊ hoc ſm ꝙ referunt̄ ad intellectū ſimplicē vl' compoſitū q̄ rem ꝯp̄hendit vt ſimplicē vel ꝯpoſitā. Et q̄a intellectus ſimplex eſt vnius rei ſimplicis intuitus. Intellectus vero ꝯpoſitus eſt q̄ accipit vnā rē vt in alia vel vt diuiſam ab alia. iō ꝯueniēter definit̄ vox incōplexa cui⁹ ꝑtes ſeꝑate nihil ſcant. ⁊ vox ꝯplexa cui⁹ ſeꝑate aliq̄d ſcant

Sciendum quinto. ꝙ vox ſignificatiua incōplexa ex hoc ꝙ refert̄ ad rē ſignificatā non dꝛ incōplexa ſed ex hoc ꝙ eſt repſentatiua rei ſm ꝙ eſt in intellectu q̄rentis ſcientiā ignoti ꝑ notū q̄ comp̄hendit rem vt ſimplicē. Et diuidit̄ ꝑ nomē ⁊ verbū ꝯprehendēdo ꝓnomē ſub nomine et participiū ſub verbo. qꝛ ꝓnomē ſignificādo ⁊ ſupponendo vim nois accipit. ꝑticipiū vero cum ſuppletōe verbi ſubſtantiui ſupplet vicem verbi. Cetere vero partes indeclinabiles ſine adiunctis nullum habent intellectum. ⁊ ideo vocantur ſincathegreumatice.

Sciendū ſexto: ꝙ vox ſignificatiua ſm ꝙ ē in intellectu q̄rentis noticiā ignoti diuidit̄ in cōmunem ſeu appellatiuā ⁊ in ꝓpriam ſiue ſingularē. Nec cōpetit hec diuiſio voci in ordine ad rē extra intellectū exiſtentē. qꝛ om̄es res extra intellectū exiſtētes ſingulares ſunt

Sciendū ſeptimo. ꝙ voci ſignificatiue ꝑdicto modo accepte adhuc q̄nq; accidunt. Reperiunt̄ em̄ voces ſignificare vniuoce. eq̄uoce analogice. diuerſiuoce ⁊ multiuoce de [illegible]ꝯbus primis in an̄predicamētis ſatis habetur Sed diuerſiuoce voces dicunt̄ que vni ⁊ eidem rei diuerſis ꝓprietatibꝫ imponunt̄. Multiuoce vero dicunt̄ multaꝝ rerum multe ⁊ diuerſe voces. ⁊ ſic patȝ de accidentibꝫ vocis ſignificatiue ad placitū ſm ꝙ refert̄ ad intellectuȝ eius q̄ querit ſcientiā ignoti ꝑ notum ⁊ hec accidētia in logica cōſideranda ſunt Concluſio bene patet ex dictis

Dubitatur ꝑmo. quot modis aliqđ nomen poteſt dici cōmune. Rn̄detur ꝙ poteſt dici q̄ttuor modis ſcȝ actu aptitudine opinione ⁊ ymaginatiōe. Actu. ſcȝ qn̄ res ſignificata ꝑ ip̄m actualiter reperitur in pluribꝫ ſuppoſitis ſicut eſt hoc nomē hō ⁊ hoc nomē aſinus. ⁊ ſic de aliis. Aptitudine vero quādo nō poteſt reperiri actualiter in pluribus. ſed in vno tm̄ aptitudine tamē ſue nature in pluribꝫ reperiri poteſt vt ſol. Opinione vero quādo nec actu nec aptitudine nature ſue veraciter eſt in pluribꝫ. ſed ſolū opinione tm̄ ſicut deus. ymaginatione vero quando nec actu nec aptitudine. nec opinione in pluribꝫ inuenit̄. ſed ſolum ymaginatione in pluribus eſt. vt chimera. Et ſic nomen cōmune dictum duobꝫ vltimis modis non dꝛ vniuerſale ſeu predicabile proprie dictum ſed ꝯmuniter dictū dūtaxat. Bene tamē poteſt eſſe aliquod nomē cōmune cuius ſignificatum nec in vno ſuppoſito nec in pluribus ſuppoſitis reperitur dūmodo non repugnet ſue nature poſſe eſſe in pluribꝫ. ſicut roſa in hyeme. Et tale nomē bene eſt vniuerſale ꝓprie dictū. Et ſic pȝ ꝙ nomē cōe ſeu appellatiuū apud grāmaticū eſt idē qđ apud logicū dꝛ vl'e. ⁊ diuidit̄ in q̄nq; vl'ia

Dubitat̄ ſcd̄o. q̄t ſint modi analogie realis Rn̄detur prout ſufficit ad ꝓpoſitum. ꝙ analogia realis fit tribus modis. Eſt em̄ q̄dam analogia realis in proportōne pluriū ad vnū ſubiectū ſicut ens dꝛ de omibus ꝑ habitudinē ad ſubſtantiā que eſt ſubiectum omniū alioꝝ entium. Alia eſt analogia in ꝓportione pluriū ad vnū efficientis actum. vt medicina dꝛ primo ⁊ principaliter de medico qui ſm artem medicine operatur. dꝛ etiam de experto q̄ q̄uis artem nō habet Aliquo mō tamē imitatur medicine artificē in operando. dꝛ etiam de inſtrumentis medicine Alia eſt analogia realis in ꝓportione pluriū ad vnū finem ſicut ſanū dꝛ de vrina de cibo de loco de tēpore de aimali. ⁊ etiam de multis aliis que ordinē habēt ad vnū finem. ſcilȝ ad ſanitatem animalis. Alii ſunt modi analogie. nō tamē reales ⁊ veri. ſicut eſt analogia que dꝛ voluntaria ſicut Porphyrius analogice ſignificat hominē. ⁊ librū ab eo factum Et etiam analogia artificialis vt animal dꝛ analogice de animali viuo ⁊ de animali picto.

Ad rōnes Ante oppoſitū reſpondet̄ ꝙ ſi vox conſideret̄ vt eſt q̄dam qualitas naturalis naturaliter formata ſic conſiderat̄ a phyſico naturali. Si vero accipiatur vt eſt ad placitū cōſignatiua cōceptus ſimplicis aut compoſiti ⁊ vt eſt quoddā inſtrumentū ꝑ quod deuenit̄ de noto ad noticiam ignoti ſic conſiderat̄ a logico. Sed grāmaticus ip̄am cōſiderat vt eſt ordinabilis ad cōſtitutōem cōgrui vel incōgrui vel ꝯſtructōem orōnis.

Querit̄ ſeptimo. Utrū ad incompleꝝ notificandū req̄ratur definitio ⁊ diuiſio. ⁊ vtrum omne ꝯplexū notificetur ꝑ argumentationem Arguit̄ primo ꝙ non q̄ ad primā parteȝ queſiti. quia trāſcendētia. genera generaliſſima. differentie. indiuidua ⁊ alia multa definiri non poſſunt. Simil'r differentie indiuidua ſpecies ſpecialiſſime. et etiam multa alia incomplexa non poſſunt diuidi. ergo non om̄e incōplexum poteſt notificari ꝑ definitōem ⁊ diuiſionē

Secūdo quo ad ſecundā partem queſiti. qꝛ orationes imꝑfecte ⁊ perfecte alie ab indicatiua ſunt cōplexa quedā ⁊ tamē nō poſſunt notificari ꝑ argumētatōem. qꝛ nō ſignificant verum nec falſum. Simili' prima ꝑncipia cōplexa nō notificant̄ nobis ꝑ argumentatōem. qꝛ ſunt per ſe nota Similiter ꝓpoſitōes ſingulares nō ſunt argumētabiles. ergo nō om̄e ꝯplexum eſt notificabile ꝑ argumentatōem

In oppoſitū arguit̄. quia non ſunt niſi tres modi notificandi ignotū. ſcȝ ꝑ definitōem per diuiſionē ⁊ ꝑ argumentationē. ergo cum omne incomplexū poſſet eſſe alicui ignotum. ⁊ nō poſſit notificari ꝑ argumentatōem. ſeq̄tur ergo ꝙ ꝑ definitōem ⁊ diuiſionē notificetur. Et cum cōplexum nō poſſit notificari ꝑ definitōeȝ aut diuiſionem. notificatur ergo ꝑ argumentationem

Sciendū primo. ꝙ intētio logice eſt docere modum notificandi ignotū ꝑ notum. Ignotum auteȝ eſt duplex. ſ. ꝯplexū ⁊ incōplexū Sed incōplexū ꝑt eſſe ignotū quantū ad duo. ſ. q̄ntū ad eēntiā ſcatā ꝑ ip̄m et quātū ad potentialitatē ſequentē ipſum. ideo oportȝ ꝙ ſint tres modi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

notificandi ſcʒ definitio ꝑ quã ſcitur incompleẋũ quantuꝫ qd eſſentiã. ⁊ diuiſio per quã ſcitur incompleẋũ quantũ ad potentialitatẽ. ⁊ argumentatio ꝑ quã ſcitur cõpleẋuꝫ et intelligitur de complexo enũciatiuo

Sciendũ ſcdo. ꝙ ars definiẽdi vt dr venerabilis dñs Albtus non reꝑitur ab Areſto. tradita. iõ ſuper hoc paſſu tradit Albtus ꝗnqꝫ regulas obſeruãdas in omni definitõe bona q̃dditatiua et ꝗnqꝫ vicia oppoſita in tali definitõe cauenda. ⁊ iſte etiã regule obſeruande ſunt in oĩbus definitõnibꝫ ſm ꝙ imitant̃ aliquo mõ definitõeꝫ q̃ddıtatiuã ⁊ ad ipam reducunt̃. Prima regula eſt ꝙ oĩa poſita in definitõe ſint ſubſtãtialia ⁊ ſubſtantialiter definito ineẋiſtentia. Et peccatũ huic regule oppoſitũ cõmittit̃ ſi in definitõne aliquod accñs ſiue accidẽtale ponat̃. Scda regula eſt ꝙ vltima differẽtia ſit cõuertibilis cũ definito ⁊ totam definitõnem faciat eſſe cõuertibilẽ cũ definito. Et peccatuꝫ huic oppoſitũ eſt. ſi vltima drña non ſit ꝯuertibilꝭ cũ definito. qꝛ tũc ꝑ definitõem nõ ſciret̃ q̃dditas definiti niſi in vniuerſali. Tercia eſt. ꝙ primũ poſitũ in definitõne ſe habeat ad ſequens ſicut potentia ꝓpinqua ad actũ ⁊ determinabile ad determinãs. Cuius oppoſitũ peccatum eſt. ſi minus cõe ꝓponat̃ magis cõi. qꝛ denotaret̃ ꝙ in codeꝫ actus ꝓcederet potentiã. Quarta regula eſt. ꝙ primũ definiẽs ſit ꝑ ſe notũ q̃renti cognoſcere definitõnem. ⁊ quantũ ad ſubſtantiã ⁊ quantũ ad poteſtatẽ. qꝛ alꝭ nõ eſſet ꝓncipiũ cognoſcendi ignotũ. Et peccatũ huic oppoſitũ ꝯmittit̃ ſi ꝓmũ definiens non eſt ꝑ ſe notũ in ſubſtantia ⁊ poteſtate. qđ q̃tuoꝛ modis ꝯtingere pt. Primo ſi definiat̃ idẽ ꝑ idẽ. Secũdo ſi definiat̃ ꝑ eque ignotuꝫ. Tercio ſi definiat̃ ꝑ ignotius. Quarto ſi definiat̃ ꝑ aliquid qđ nõ pt eſſe notũ niſi ꝑ ipſuꝫ definitũ. Quinta regula eſt. ꝙ definitio dicat totũ eſſe definiti a ꝓma potentia eſſentiali. vſqꝫ ad vltimũ actũ trãſeundo ꝑ oẽs actus intermedios. huius peccatũ ꝯmittit̃ ſi in definitõe omittat̃ aliq̃d principioꝝ eſſentialiũ definiti.

Sciendũ tercio. ꝙ ꝓter definitõnem q̃ddıtatiuã ſunt alie definitões reducibiles ad q̃ddıtatiuã vt ſꝫ definitio cauſalis ⁊ deſcriptiua. Definitio eñ cauſalis dat̃ ꝑ cauſam efficientẽ ⁊ finalẽ. Cauſa vero efficiẽs vniuoca in forma ꝯuenit cũ effectu. ⁊ ꝑ talẽ cãm efficientẽ magis ꝓprie datur definitio cauſalis. Sed cã efficiens eq̃uoca nõ ꝯuenit cũ effectu in forma. Tamen virtualiter forma effectus formã talꝭ efficiẽtis ꝑticipat. Silr aũt cã finalꝭ ꝓpria forme rei eſt ꝓportionata. nam forma eſt ꝓpter finẽ. ⁊ ſic pꝫ ꝙ definitio cauſalis quodãmodo reducit̃ ad q̃dditatiuã. Similiter definitio deſcriptiua ad q̃dditatiuã reducit̃. qꝛ dat̃ per genus ⁊ accñtia ꝓpria q̃ ſunt forme cõnaturalia ⁊ adequata. Verum tñ ꝓter has definitões q̃ notificant rem ſignificatã ꝑ vocem incõpleẋã eſt alia definitio q̃ dr q̃d nois ⁊ ẽ inter oĩes definitões imꝑfectioꝛ ⁊ ꝑ ipam intelligit̃ oĩs oĩo que eſt maioꝛis declaratõis q̃ꝫ ſit nomẽ ipm ꝑ ſe ſumptum. Et talis definitio nõ notificat reꝫ ſignificatã ꝑ nomẽ ſed notificat ipſam ſignificatõem. id eſt oñdit cuius rei tale nomẽ eſt ſignificatiuũ. ideo dr relatõem ad rem ſignificatã per ipam ⁊ notificant̃ ꝑ eam tam cõpleẋa q̃ꝫ incõpleẋa. taꝫ entia q̃ꝫ non entia Ex his breuiter habet̃ aliq̃ inſtructio de arte definiendi ſm quãlibet definitõem.

Cõcluſio Oĩe incompleẋũ notificabile eſt per definitõem ⁊ diuiſionem accipiendo definitõem large prout comꝓhendit omnẽ modum definitionũ ⁊ ſilr diuiſionũ. Silr omne ꝯpleẋum enũciatiuũ notificabile eſt ꝑ argumentatõem vꝭ ſimplr vel quo ad nos accipiẽdo etiã argumentatõem large. Iſta concluſio ſatis patet ex dictis quia logica docet omnẽ modũ notificandi quodcũqꝫ ignotum. ſed viſum eſt qualiter oĩe tale notificabile ſit. Et ſi ſic querat̃ vbi tradit Areſtoteles artẽ definiendi Rñdetur vt ſupra ꝙ eam nõ tradit cõplete. vel ſi tradiderit ad nos non ꝑuenit. ⁊ ſimile dicũt Arabes. Artem vero diuidendi etiã non tradidit. ſed Boetius de arte diuidendi quẽdaꝫ tractatũ fecit q̃ de diuiſionibꝫ intitulatur. vbi ponit duplicem modũ diuidendi ſeu diuiſionis. Diuiſionũ alia per ſe. alia ꝑ accidens. Et vtrunqꝫ ſubdiuidit̃ vt viſum eſt ſupra ſummulas Si q̃ratur inſuꝑ. qualiter notificant̃ alia cõpleẋa ab enũciatione. dr ꝙ non notificant̃ argumentatione quia nõ ſignificant verũ vel falſum. ⁊ ita nõ ſunt ꝓprie ſcibilia. ſed ſoluꝫ ſunt cognoſcibilia quantũ ad q̃d nomĩs. iõ cognitio ipſorum eſt ꝑ definitõem quid nomĩs

Ad rões. añ oppoſitũ Prima arguit de definitione q̃ddıtatiua ⁊ diuiſione ꝑ ſe. modo dictũ eſt in reſponſione ad queſitũ ꝙ opoꝛtet accipere definitõem large ⁊ diuiſionẽ ſimilr ⁊ vt iam dictum eſt etiã ſcitur de oratione imꝑfecta non enũciatiua qualiter notificatur Et ad id qđ arguitur de primis principijs. dr ꝙ non poſſunt notificari demonſtratiue ſimplr. Sed bñ inductione ⁊ argumentatione thopica notificant̃ quo ad nos. ⁊ ſilr ꝓpõnes ſingulares notificant̃ argumentatione exemplari.

Vm ſit neceſſarium Criſorori ad eam que eſt apud Areſtotelem ꝓdicamentoꝝ doctrinam noſſe quid ſit genus. q̃d differẽtia. quid ſpecies. quid ꝓprium et quid accidẽs. Et ad definitionũ aſſignationẽ: ⁊ oĩno ad ea que in diuiſione vel demõſtratione ſunt vtilia. Iſtaruꝫ rerum ſpeculatõe cõpendioſam tibi traditõem faciens tẽtabo breuiter velut introductionis mõ ea (que ab antiquis dicta ſunt) aggredi.

Querit̃ octauo. Vtrum vniuerſale ſit de cõſideratione logici Arguit̃ ꝙ non. quia vniuerſale eſt ſimpleẋ rei natura ſiue quidditas. ſed cõſiderare ſimplices reruꝫ naturas ⁊ q̃dditates ad metaphyſicũ ꝑtinet. et nõ ad logicum. ergo ⁊ vniuerſale Secundo arguit̃. oĩs ſcientia eſt de vniuerſali. qꝛ ſingulariũ nõ eſt ſcientia. ergo ad logicum nõ ꝑtinet cõſiderare de vniuerſali plus q̃ꝫ ad alium artificem. In oppoſitũ arguit̃ autoꝛitate Porphirij qui nobis tradidit ſcientiã de quinqꝫ vniuerſalibꝫ. Et vt habꝫ Albertus primũ quod in logica eſt conſiderandũ eſt vle

Sciendũ primo. ꝙ ſi ratio dicibilis ꝓprie ſumat̃ tunc nihil ꝓdicat̃ de aliquo niſi ſit in illo. Et q̃a ſm phm quarto phyſicoꝝ proprie loquendo nihil eſt in ſeipſo ſeq̃tur ꝙ opoꝛtet ꝓdicabile ꝓprie ſumptũ ineſſe alteri. vꝭ vt natura eſſentialis. vel vt accñs. ⁊ ꝑ hoc ꝙ ineſt alteri predicabile eſt. q̃a ineſſe alteri cã eſt ꝓdicabilitatis. Ex q̃ vlterius ſeq̃t̃ ꝙ ꝓdicabile ſe hꝫ ad vle ſicut ꝓpria paſſio ad ſuũ ſubiectũ. qꝛ vle definit̃ ꝑ eſſe. ꝓdicabile vero ꝑ dici.

Sciendũ ſcdo. ꝙ vle pt duplr accipi. Vno mõ ꝓ re ſubiecta intentõi vlitatis accepta ſm eẽ ſuũ reale. ⁊ ſic tractare de vli reali ad ſciaꝫ realẽ ꝑtinꝫ. ⁊ ſm h̃ talis



natura cui accidẽtaliter attribuit̃ intentio vniuerſalitatis triplex eſt. ſ. q̃dam ſeꝑata a motu ⁊ materia tam ſm eẽ q̃ꝫ ſm rationem. Alia ſeparata a motu ⁊ materia ſenſibili ſm ratõnem ⁊ nõ ſm eſſe. Et alia que ꝯiũcta eſt motui ⁊ materie ſenſibili ſm eſſe ⁊ rõem. Scdm hoc vniuerſale ſic acceptum ad tres ſciẽtias reales ꝑtinet determiari ſcilicꝫ ad phyſicã mathematicã ⁊ metaphyſicã. Alio mõ poteſt accipi vniuerſale ꝓ intentione vniuerſalitatis attributa rei ſiue pro re ſubiecta intentioni vniuerſalitatis ſm ꝙ ſibi ſubiecta eſt. Et hoc mõ cõſideratio vlis ad logicũ ꝑtinet q̃ nõ habet ꝯſiderare ipas res abſolute ⁊ ſm ſuũ eſſe reale ſed ꝓ vt ſubſunt intentionibꝫ ſecũdis

Concluſio ꝓma. vle ſcdo modo dictũ eſt de intentõe logici. Probat̃. quia ꝓdicabile eſt de cõſideratiõe logici. ergo ⁊ vniuerſale. Añs ꝓbatur. qꝛ ꝓdicari eſt actus rõnis ordinantis ⁊ ꝯponentis vnũ cuꝫ alio. ergo cũ logica ſit ſcientia ꝯſideratiua actuũ rõnis ⁊ intentionũ ſecundaꝝ que entia rõnis ſunt. Seq̃tur ꝙ ꝓdicabile eſt de ꝯſideratione logici. Cõſequentia ꝓbatur. qꝛ eiuſdeꝫ ſcientie eſt cõſiderare ſubiectũ ⁊ eius ꝓpriam paſſionem. ſed predicabile ad vniuerſale ſe hꝫ vt ꝓpria paſſio ad ſubiectum. g̃ ⁊c̃.

Concluſio ſcda. vniuerſale eſt primũ cõſiderandũ in logica. Probat̃. quia intẽtio logice eſt dirigere actus rõnis q̃ querit ſcientiã ignoti ꝑ notũ. ſed ꝓmus actus eſt ordinatio predicabiliuꝫ ad inuicẽ ſm ſub ⁊ ſupra prout ſubſtant vocibꝫ talẽ ordineꝫ ſignificantibꝫ q̃ q̃dem voces ſunt genus ſpẽs differẽtia ꝓpriũ ⁊ accñs. ⁊ alie intentões que ꝑ accñs attribuunt̃ rebꝫ. g̃ talis ordinatio ꝓdicabiliuꝫ eſt de ꝯſideratõe logici. Sed qꝛ ordinare neſcit q̃ rões ordinabiliũ ignoꝛat. g̃ opꝫtet ꝓmo cognoſcere rões ꝓdicabiliũ q̃ꝫ cognoſcere ordinẽ ipſoꝝ. ſed ꝯſtat ꝙ rõ ꝓdicabilium ſumit̃ ex rõne vlis. qꝛ vle eſt cauſa ꝓdicabilis. Ergo ad habendũ rõem ꝓdicabilis ⁊ ꝓdicabiliũ neceſſe eſt de vli ꝓmittere tractatũ. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ꝓmũ ꝯſiderandũ in logica eſt ipſum vle. Et hac de cã liber iſte in quo tradit̃ rõ vniuerſalis ⁊ ꝓdicabilis ſinguloꝝ ꝓdicabiliũ in quo etiã differẽtie et ꝯuenientie ipſoꝝ ⁊ ꝓprietates cuiuſlibet oñdunt̃ antecedit librũ ꝓdicamentoꝝ ad queꝫ eſt introductoꝛius. Quia in libro ꝓdicamentoꝝ cõſiderat̃ ordinatio ꝓdicabiliũ ad inuicem ſm ſub ⁊ ſupra ꝓut ſubſtant vocibꝫ talẽ ordinẽ ſignificantibꝫ quaꝝ vocũ rões in iſto libro tradunt̃

Dubitatur ꝓmo. q̃s ſit titulus huius libri. Rñdetur ꝙ titulus eſt iſte in greco. Incipiunt yſagoge ad cathegorias Areſtotelis. id eſt incipiunt introductões porphirij ad ꝓdicamẽta Areſtotelis

Dubitat̃ ſecũdo ad quid ⁊ ad q̃ eſt vtilis iſta doctrina Rñdet Por. ꝙ ad q̃ttuoꝛ. Primo ẽ vtilis ad ꝯgnitõem ꝓdicamentoꝝ habendã. Scdo ad definitionũ aſſignationẽ. Tercio ad ſcientiã diuiſionũ. Quarto ad demõſtratõem. primũ iã ſatis ꝓbatũ eſt in ꝓbatõe ſcde ꝯcluſionis. Scdm pꝫ. qꝛ vt hꝫ Boetius. ſolius ſpẽi eſt definitio que ex genere ⁊ differẽtia ꝯſtituta eſt. in q̃ etiaꝫ aliq̃ñ ponit̃ accñs ꝓpriũ ſi deſcriptiua fuerit ⁊ etiã accñs cõe ſi fuerit q̃d nois tm̃. Opꝫtet g̃ ad aſſignatõem definitionũ rões iſtorum vniuerſaliũ cognoſcere q̃ in hoc libro tradunt̃. Terciũ pꝫ. qꝛ aliqua eſt diuiſio generis in ſuas ſpẽs ꝑ differẽtias. ⁊ alia ſubiecti in accidẽtia. ⁊ ſic opꝫtet ad diuiſionẽ rões iſtorum vniuerſaliũ cognoſcere q̃ in hoc libro tradunt̃. Quartum pꝫ. qꝛ mediũ in demõſtratione potiſſima eſt definitõ ſubiecti aut paſſionis. Sed hec doctrina vtilis eſt ad definitionem eius ⁊ in ea oſtenditur quid ſit ꝓpria paſſio. ergo ſeq̃tur ꝙ vtilis ſit ad demonſtrationem

Dubitat̃ tercio. vtrũ vniuerſale ſit genus ad quinqꝫ vlia. Rñdetur ꝙ nõ ſed analogice de ipſis dr. nam ſicut ſuba ⁊ accñs in nullo vniuocari poſſunt ita nec eẽ in multis eſſentialiter ⁊ eſſe in multis accñtaliter. Sed ꝓus et ꝑfectius ineſt multis illud qđ ineſt eis eẽntialiter q̃ꝫ illđ qđ ineſt eis accñtaliter. Et inter illa q̃ inſunt eẽntialr ꝓus et ꝑfectius dr eſſe in multis id qđ de illis ꝓdicat̃ in quid q̃ꝫ id qđ ꝓdicat̃ in q̃le. Et adhuc qđ ꝓdicat̃ de pluribꝫ drñtibꝫ ſpẽ ꝓus eſt q̃ꝫ qđ ꝓdicat̃ de pluribꝫ drñtibꝫ numero. Similiter inter ea q̃ inſunt accidẽtaliter ꝓus eſt qđ fluit ex principijs ſpẽi. q̃ꝫ qđ fluit ex ꝓncipijs indiuidui. ⁊ ſic pꝫ ordo ꝓdicabiliũ. Vñ vlterius ſeq̃tur ꝙ vle nõ eſt definibile definitione q̃ eq̃liter ꝯueniat ꝗnqꝫ vlibus ſed analogice tm̃.

Dubitat̃ quarto: q̃d ſit ſubiectũ attributõis huius libri. Rñdetur ꝙ eſt vle. qꝛ ſibi ꝯuenit rõ ſubiecti attributõis in ꝯparatione ad hãc doctrinã. ⁊ predicabile ẽ eius ꝓpria paſſio. Nec iſtud impedit analogia ipius vlis. quia ad vnitatẽ ſcie ſufficit vnitas analogie ſui ſubiecti.

Dubitat̃ q̃nto de ſufficiẽtia vniuerſaliũ. Dicitur ꝙ ſic dat̃ ab Alberto Vniuerſale eſt qđ in multis eſt et de multis dr. Aut g̃ eſt in multis eſſentialiter aut accidẽtalit̃. Si primũ hoc eſt duplr aut eſt in multis vt tota eſſentia eoꝝ. ⁊ ſic eſt ſpẽs. que vt dr Boetius eſt tota ſuba indiuiduoꝝ aut eſt in multis vt ꝑs eſſentie. ⁊ hoc eſt duplr. vel eſt pars potentialis in qua eſt eſſe ſpecificũ ꝑ inchoationeꝫ et ſic eſt genus. vel eſt pars actualis potentiã generꝭ determinans. ⁊ ſic eſt differẽtia Si ſecundũ hoc eſt duplr. aut eſt accidens nature qđ fluit ex ꝓprijs ꝓncipijs ſpẽi. ⁊ ſic eſt proprium. aut cõmune qđ fluit ex ꝓncipijs indiuidui. ⁊ ſic eſt accidens. Alia ſufficientia poteſt dari de ipſis inquantũ predicabilia ſunt que patet ex dictis ſupra ſummulas Rationes ante oppoſitum ſolute ſunt ex dictis

Altioꝛibꝫ q̃dem queſtionibꝫ abſtinẽs ſimpliciores vero mediocriter ꝯiectans. mox de generibꝫ ⁊ ſpẽbꝫ illud q̃dẽ ſiue ſubſiſtant ſiue in ſolis nudis puriſqꝫ intellectibꝫ poſita ſint. ſiue ſubſiſtentia coꝛꝑalia ſint an incoꝛꝑalia. ⁊ vtrũ ſeꝑata a ſenſibilibꝫ. an in ſenſibilibꝫ poſita ⁊ circa ea cõſiſtẽtia dicere recuſabo. Altiſſimũ eñ eſt huiuſmodi negociũ ⁊ maioꝛis egẽs inq̃ſitõis. Illud vero queadmoduꝫ de his ac de propoſitis probabiliter antiq̃ tractauerũt. ⁊ hoꝝ maxime peripathetici tibi nũc tentabo monſtrare

Querit̃ cõſequẽter nono Vtruꝫ tres q̃ſtões difficiles a q̃bus voluit abſtinere Por. ꝓpter eaꝝ difficultatem ſint termiabiles ꝑ logice facultatem. Quaꝝ ꝓma eſt. vtrũ vlia ⁊ ꝓcipue genera ⁊ ſpẽs ſubſiſtãt in rebꝫ extra omnẽ intellectum aut in ſolis nudis puriſqꝫ intellectibꝫ poſita ſint. Scda queſtio eſt vtrum hmõi vlia que ſubſiſtunt in reꝝ natura extra oẽm intellectum ſint coꝛꝑalia vel incoꝛporalia. Tercia queſtio eſt dato ꝙ hmõi vlia ſint ſubſiſtentia in rebꝫ ⁊ ſint incoꝛꝑalia tũc q̃ritur vtruꝫ ſint in ſingularibꝫ ſuis ſubſiſtẽtia aut extra ſingularia ⁊ extra oẽm intellectuꝫ ꝑ ſe exiſtẽtia. Arguit̃ ꝙ pñt termiari ꝑ artẽ logice. qꝛ logica eſt ſcia cõis ad omniũ methodoꝝ ꝓncipia viã hñs. g̃ oĩs queſtio q̃ntũcunqꝫ difficilis ſit pt termiari ꝑ artẽ logice. In oppoſitum eſt Porphirius in ꝓhemio ſui libri

Sciendū primo. ꝙ ꝗuis Por. nō terminat iſtas queſtiões tñ voluit has mouere triplici de cauſa Prima ne videret alicui ꝙ nulla queſtio difficilis de vniuerſalibus formari poſſet. Sc̄da eſt vt ꝑ hoc ꝙ de ipſis vniuerſalibus difficilia q̄ri ꝛ ſciri pñt incitet aïmus auditoris ad ſciam vniuerſaliū magis attente īq̄rendaȝ. Tercia eſt ne Por. videret illas q̄ſtiones ignorare. iō eas mouet et tñ ſe excuſat a determiatione eaꝝ. q̄ ad metaphyſicū ꝛ nō ad logicū ꝑtinent. Albertus vero ne aïmus auditoris vel lectoris in ſuſpenſo maneret huiuſmodi queſtiones voluit aliquantulum declarare

Sciendum ſc̄do. ꝙ ille tres q̄ſtiones ſic inter ſe diſtinguunt. q̄ prima q̄rit de eſſe vniuerſaliū. ſc̄da de q̄ditate eoꝝ. ꝛ tercia de ꝯpatione eoꝝ ad ſua ſingularia

Sciendū tercio. ꝙ de eſſe ipoꝝ vniuerſaliū tres fuerūt opiniones antiquoꝝ. Prima fuit ponentiū vniuerſalia habere eſſe in reꝝ natura extra oēm intellectū. ꝛ iſti diuiſi ſunt q̄ q̄dam. ſ. platonici dixerūt vniuerſalia ꝑ ſe ſubſiſtere extra intellectū ꝛ extra ſingularia ꝛ habere cōpletaȝ rōnem vniuerſalitatis. Alij autē dixerūt in reꝝ natura eſſe vniuerſalia extra oēm intellectū. non tñ habere eſſe reale extra ſingularia. ſed ſolū in ſingularibꝫ. Et vltra dixerunt ꝙ hmōi vniuerſalia extra intellectū nō habēt ꝯpletā rōnem vniuerſalitatis. ſed ipam habēt ſm actū in intellectu et extra intellectū ſolū ſunt vniuerſalia in potentia. ꝛ hec eſt opinio Areſtotelis q̄ vera eſt. Sc̄da opinio fuit q̄rundā q̄ vocant noiales q̄ nunc moderni dicunt q̄ dixerūt vniuerſalia totū ſuū eſſe habere in intellectu ꝛ ab intellectu faciēre ipſa vniuerſalia ꝑ ſuā ꝯſideratōnem. Tercia opinio fuit q̄rundam dicentiū vlīa nō habere eſſe niſi ydeale in intellectu ꝑme intelligentie cauſantis ꝛ cognoſcētis res ipas

Sciendū quarto ꝙ ſm iſtas tres opiniões de eſſe vniuerſaliū tripl̄r exponunt termi ꝑme q̄ſtionis. ſcȝ in ſolis nudis puriſqȝ intellectibꝫ. Naȝ ꝑma opinio que eſt platonis dr̄ vniuerſalia eſſe in ſolis intellectibꝫ ꝑ excluſionē ſingulariū ita ꝙ nō ſunt in ipis ſingularibꝫ. ſed ponūt ea in nudis intellectibꝫ. q̄ ſunt in intellectibꝫ ſeꝑatis ab appēdicijs materie. Si eīm vlīa vt dicūt eſſent in ſingularibꝫ ſenſibilibꝫ. tūc nō poſſent eſſe in intellectibꝫ nudis id eſt phātaſie ꝛ ſenſui nō immixtis. ſed hmōi vlīa ſunt in puris intellectibꝫ. q̄ ad intelligendū ipa nō mouet niſi intelligentie lumen ꝛ nō phātaſma receptū. Et ſm iſtos hmōi vlīa dicūtur eſſe in ſolis intellectibꝫ ꝑ excluſionē ſingulariū Et dr̄ eē intellectus nudus. q̄ nō immiſcet phātaſie ꝛ ſenſui Et dr̄ purus. q̄ ad intelligendū vlīa nō mouet phātaſma receptum. ſed ſolius intelligentie lumē. Sed noiales dicūt vniuerſalia eſſe in ſolis intellectibꝫ. q̄ totū ſuū eſſe hñt in intellectu ꝛ ab intellectu. ꝛ nullo mō ſunt in rebꝫ. Sed intellectꝰ vocant nudos q̄ nō habēt aliq̄s habitus ꝯcreatos diſponentes eos ad eoꝝ ſpeculatōem qd̄ eſt cōtra platonē q̄ poſuit ſcias noſtro intellectui innatas. Sed vocāt intellectꝰ puros q̄ mediāte phātaſmate nō intelligunt. Sed tercia opinio refert dcm̄ ſuū ad intellectū cauſantē ꝛ cognoſcentē res ſcȝ intellectū ꝑme intelligētie. Dicūt ergo eſſe vniuerſalia in ſolis intellectibꝫ. q̄ habēt eſſe ſolū ydeale in intellectu intelligētie ꝑme cauſantis ꝛ cognoſcentis res. Sed nudos intellectus vocāt intellectus ſeꝑatos oīmode a materia. ꝛ illi dicūt intellectus puros eo ꝙ impuritati materialiū ꝑncipioꝝ in cauſando nō ꝑmiſcent. ꝛ ſic pȝ expoſitio illoꝝ terminoꝝ. Verū tñ vt dicūt aliq̄ illi tres termini non ponunt niſi ad maiorē expſſionē. ꝛ dicūt ꝙ ſunt ſinonomi

Concluſio. Ille tres q̄ſtiones analectice ſeu ſciētifice termiari nō poſſunt ꝑ logice facultatē. Probatur q̄ ad terminandū eas analectice neceſſe eſt vti rōnibꝫ ſumptis ex ꝑncipijs cauſis ꝛ paſſionibꝫ entis inquantū ens. et oportet cognoſcere quid ſit ſubſiſtere extra intellectum in natura ſm eſſe completū ꝛ quid non. hoc aūt nō habȝ cognoſcere logicus. ergo concluſio vera.

Dubitat ꝑmo. Quare iſte q̄ſtiones potius formant de generibꝫ ꝛ ſpēbus q̄ȝ de alijs vniuerſalibꝫ. Rñdetur ꝙ duplex pt̄ aſſignari cauſa Prima ē ꝛ potiſſima. q̄ genus ꝛ ſpēs ꝑdicant in q̄d. ideo magis ꝑ ſe ſubſiſtere vident. alia vero ꝑdicant in quale. iō magis eſſe videntur in alio ꝛ nō poſſe ꝑ ſe ſubſiſtere. Alia cā eſt. q̄ alia vlīa in genere ꝛ ſpecie quodāmodo includunt. Differētia eīm eſt potеſtate in genere. actu vero in ſpē. ꝓprium aūt eſt in ſpē ex cuius ꝑncipijs fluit. ꝛ accñs cōmune eſt in indiuiduis. et ita illa duo vniuerſalia magis vident poſſe per ſe ſubſiſtere extra intellectū ꝛ ſingularia q̄ȝ alia vniuerſalia.

Dubitat ſecundo. q̄d ſit ſubſiſtere. Rñdet ꝙ ſubſiſtere pt̄ capi dupl̄r. Vno mō ꝓprie. ꝛ ſic ſubſiſtere ꝛ eē diſtinguunt ſicut minus cōe ꝛ magis cōe. q̄ eſſe cōe eſt oībus entibꝫ ſubſtātijs ꝛ accñtibꝫ. Sed ſubſiſtere ꝓprie ſumptū dr̄ ꝓprium modū eſſendi q̄ ſoli ſubſtātie cōuenit ꝛ non omi. ſed ſolū ꝑme. Vel forme imaterialí vt eſt aïa rationalis que ꝑ ſe ſubſiſtere pt̄. Vnde ꝓprie illud dr̄ ſubſiſtere qd̄ nō adiacet alicui alteri req̄ſito ad hoc ꝙ ſit. ideo dr̄ ſubſiſtere quaſi ſub ſuo eſſe ſiſtere. id ē ſtare. Vñ ſic definit a Boetio. Subſiſtere eſt qd̄ ſtat ſub aliq̄ ꝛ ſiſtit in illo. Et differunt hoc mō ſubſiſtere ꝛ ſubſtare. q̄ ſubſiſtere oritur a forma a qua ꝑncipaliter eſt eſſe. Et ſubſtare orit a materia. ꝛ hoc mō genera ꝛ ſpēs nō dicunt ſubſiſtere ſm doctorem ſanctū in ꝑma ꝑte ſumme q̄ſtione viceſimanona articulo ſecūdo ad quartū Alio mō pt̄ accipi ſubſiſtere cōmuniter ꝓut idē eſt qd̄ eſſe ſiue exiſtere in reruȝ natura ſiue in ſe ſiue alio. ꝛ iſto mō capit ſubſiſtere in titulo ꝑme q̄ſtionis

Dubitat tercio. Quid eſt facultas Reſpondet ꝙ facultas idē eſt qd̄ facilis rei poteſtas. ꝛ ſic facultas hoīs eſt facilis poteſtas ipſius faciens ipm poſſe habere ad nutū. hoc mō diuitie dicunt facultates hoīs Etiā quelibȝ ars ꝛ ſcia ꝑfecte ab homie habita dr̄ facultas eius ad diſcernendū debite de eis que ad artē vel ſcientiā ꝑtinēt. Sȝ difficultas eſt difficilis poteſtas q̄ a doctore ſubtili ſic deſcribit. Difficultas eſt rei poteſtas acq̄rendi aliq̄d cum ſtudio magno ꝛ labore. ex q̄bus patet ꝙ impoſſibile nō eſt facile neqȝ difficile vt patuit

Ad rōnes. Ad primaȝ rñdetur. ꝙ logica dr̄ ſcia ꝯmunis ꝑ applicatōem ſui ſubiecti. ꝛ nō dr̄ cōis. q̄ cōſideret ꝑmas cauſas cōmunes oīm entiū. ꝛ ideo nō habȝ viam ad ꝑncipia oīm methodoꝝ niſi ꝓ quanto docet modum formādi argumētatōes in oībus termīs. Veruȝ tñ eſt ꝙ iſte queſtiones ꝑ artem logice aliquo modo thopice poſſunt terminari. ſed talis terminatio non eſſet ſcientifica ſeu analectica. ſed ſolum opinatiua ſiue cōiecturatiua

Querit ꝯñter decimo Vtrum vniuerſalia ꝑcipue genera ꝛ ſpēs ſubſiſtant in reꝝ natura extra omnē intellectū aut ſint in puris ſolis nudiſqȝ intellectibꝫ poſita.

Arguit ꝑmo ꝙ ſolū habeant eſſe in intellectu rōnia nominaliū ſiue modernoꝝ oppoſitā ꝑtem tenentium. Prima rō eſt. oīe qd̄ eſt in reꝝ natura extra intellectū ideo eſt. q̄bꝫ vnū numero eſt vt dicūt Boetius Areſtoteles ꝛ Auicēna



Vniuerſale aūt nō eſt vnū numero. ergo vniuerſale non habet eſſe in rerum natura extra intellectū. Secūda rō eſt omne qd̄ eſt in rerū natura extra intellectuȝ eſt hoc aliq̄d vt dr̄ Areſtoteles. vl̄e aūt non eſt hoc aliquid. ſed potius quale quid. ergo ꝛc̄. ¶ Tercia rō eſt. oīe qd̄ recipit in aliquo ad modū recipientis recipitur. vt dr̄ tercio de anima Si ergo vniuerſale hȝ eſſe in rerum natura extra intellectum. hoc eſt in particulari. vt demōſtrat Areſtoteles ꝯtra platonem. ſequit ꝙ vniuerſale erit particulare qd̄ falſum eſt. Quarta rō. in eodem idem eſt eſſe vniuerſalis ꝛ particularis. al̄s eīm vnus homo eſſet duo homines. Ergo ſi vniuerſale ſit in rerū natura extra intellectū cū oporteat ipm eſſe in particulari. ſeq̄tur ꝙ idem eſt eſſe vniuerſalis ꝛ particularis. qd̄ non videtur verum. Quia eſſe particularis incōmunicabile eſt. eſſe vero vniuerſalis ꝯmunicabile Quinta rō eſt. ſi vniuerſale eſt in rerū natura extra intellectū. aut incepit eſſe aut nō. ſi non ſequit ꝙ eſt eternuȝ. qd̄ dici nō poteſt. q̄ ſolus deus eternus eſt. Si ſic aut recepit eſſe a ſeipſo aut ab alio. nō ꝑmū. q̄ nihil eſt cauſa ſui ꝑpius Si ſecūdū tūc incepit eſſe ꝑ actum alicuius agentis. ꝛ ſic ſequitur ꝙ vniuerſale erit ſingulare. q̄ nihil terminat actū agentis niſi ſingulare. cum actus ꝛ oꝑationes ſint ſingularium ꝛ ſuppoſitoꝝ. vt habetur in ꝓhemio metaphyſice. Sexta rō. forma artis in mente artificis accepta eſt vniuerſale exemplar omniū artificialiū. que ad ſimilitudinem eius fieri poſſunt. Ipſa aūt forma poſita extra mentē artificis in materia nō eſt plus vniuerſalis ſed particulariſata. ergo cū ars imitetur naturam ſequit ꝙ ſimiliter forma naturalis in intellectu intelligentie cauſantis res vlīs ſit Eadem vero poſita in materia extra intellectuȝ nō plus vniuerſalis eſt ſed ſingularis ꝛ determinata. ergo vniuerſale nō poteſt eſſe extra intellectum. Septima rō. effectus non eſt in ſua cauſa niſi ſm modū ſue cauſe. Et ſimiliter cauſa nō eſt in effectu niſi ſm modum effectus. ergo forma producta in effectu ab intelligentia cauſante res ē in effectu ſm ꝯditionem eius. ſed omnis effectus cauſatus ab intelligentia ſingularis eſt ꝛ indiuiduus. ergo omnis forma ſiue ſubſtantialis ſiue accidentalis exiſtēs extra intellectum intelligentie indiuidua eſt ꝛ ſingularis. Ex q̄ ſequitur ꝙ vl̄e nō poteſt habere eſſe extra intellectū vel noſtrum qui eſt cognoſcens res ꝛ nō cauſans vel intelligentie prime cognoſcentis ꝛ cauſantis ipſas res. ꝛ per conſequens vniuerſale nō exiſtit extra intellectum Et illi qui tenent hanc partem ꝯfirmāt ſuam poſitōem ꝑ illud dictū Areſtotelis. vl̄e eſt dum intelligitur. particulare vero dū ſentitur In oppoſitum arguitur rōnibꝫ phōrum realiū oppoſitam partem tenentiū. Prima ꝑncipalis eſt Hic homo particularis non eſt homo particularis niſi a ſimpliciter homine. ſed hic homo non eſt homo niſi ab illo qd̄ ſm rem eſt in rerum natura extra intellectuȝ. ergo hō ſimpl̄r eſt in rerum natura exiſtens extra intellectū. Et ꝯfirmat hec rō. q̄ hec ꝓpoſitio homo eſt digniſſima creaturarū cōceditur. ꝛ ſimiliter iſta. homo eſt rōnalis. Sȝ iſta ꝑdicata non ꝯueniūt homini inquātum eſt hic homo. q̄ ſi ſic alijs hominibꝫ non ꝯuenirent. ꝛ tamen ſunt predicata realia ꝛ realiter homini ꝯuenientia. ſecluſa quacunqȝ oꝑatione intellectus. Ergo homo ſm ꝙ homo eſt ꝛ nō ſm ꝙ hic homo eſt in rerum natura extra intellectum exiſtens. Secūda rō. eadem ſunt ꝑncipia quibꝫ res eſt ꝛ quibꝫ cognoſcit ſed ſcientia non eſt niſi de vlī ꝛ per vniuerſale. ꝑmo poſteriorum. ergo res non eſt niſi per illud qd̄ eſt vl̄e. ꝛ etiā ſcia non eſt niſi de rebꝫ. ꝛ ꝑ ꝯſequens vlīa ſunt in rerum natura. et ſunt res extra intellectum exiſtentes. Tercia rō. forma eſt que dat eſſe materie. ꝛ ꝗuis ſit in materia tñ non habet eſſe a materia ſed ab agente. ſm aūt ꝙ eſt ab agente vere eſt ꝛ extra intellectū. ꝛ tñ non hec vel illa. ſed eſt forma ſimpl̄r. q̄ ꝙ ſit hec vel illa hȝ a materia ꝛ nō ab agente. ergo ſeq̄tur ꝙ vl̄e ſm ꝙ eſt ab agente vere eſt in rerum natura. ꝛ nō eſt ſm ſe hoc vel illud Quarta rō. id qd̄ eſt ab agente eſt vere in rerum natura. ꝛ tamen ſm ꝙ eſt ab agente nō eſt incōmunicabile. q̄ a materia eſt incōmunicabilitas. ergo vniuerſale ſm ꝙ eſt ab agēte ꝯmunicabile ē et in rerū natura exiſtens. Quinta rō. forma eſt que dat eſſe rei nomen ꝛ rōnem. aut ergo hoc habet per hoc ꝙ ē lumen intelligentie cauſantis vel ꝑ hoc ꝙ eſt imerſa illi materie vel illi. Nō poteſt dici ſecūdū. q̄ accidit ſibi immergi aut incorporari huic materie vel illi. modo ab eo qd̄ ſibi accidit nō poteſt habere actum ſubſtātialem. ergo dat eē rei nomen ꝛ rōnem ꝑ hoc ꝙ eſt lumen intelligētie cauſantis ipſam. ſed non dat eſſe rei nomen ꝛ rōneȝ niſi illud qd̄ vere eſt in natura. Ergo forma que dat eſſe rei nomen et rōnem vere eſt in natura. ꝛ ſm ſe nō eſt hec vel illa Sexta rō lumen ſolis per hoc ꝙ recipitur in hoc corpore determinato in illo vel in illo nō amittit aliquid ſue virtutis eēntialis. neqȝ etiā acq̄rit aliq̄d ſue virtutis Ergo a ſimili natura vniuerſalis que eſt lumen intelligentie cauſantis res nō amittit nec etiam acquirit aliquid ſue virtutis eſſentialis. per hoc ꝙ eſt in hac vel in illa natura. Sed ipſa natura ſm ſe accepta ꝓut eſt lumen intelligētie cauſantis res ſimplex eſt. ꝛ vere habens aptitudinem ad oīa quibus dat eſſe nomen ꝛ rōnem. Ergo nō amittit iſtud ꝑ hoc ꝙ eſt in iſto vel in illo accepta. ergo vl̄e veriſſime eſt in reruȝ natura exiſtens extra omnē intellectū. Septima rō. illud qd̄ ſm naturā ꝛ virtutem ſuaȝ eſt ante rem nō accipit ſm ſeipm neqȝ eſſe neqȝ vnitatem neqȝ multitudinē ab eo qd̄ eſt poſt ipſum. ſed vniuerſale ſeu forma rei que eſt cauſa ꝛ ꝑncipium rei eſt ante rem ipſam ſm rōnem cauſe ꝛ ordinem nature. Ergo a particulari in quo eſt non accipit eſſe neqȝ vnitatem eſſentialē. ꝛ tamen veriſſime eſt res in natura. cum ſit principiū ꝛ cauſa rei. ergo vniuerſale veriſſime ē res in natura extra omnem intellectuȝ exiſtens. Et iſte ſūt rōnes quas ꝓ parte ſua adducūt phī q̄ vocant reales.

Sciendum eſt conſequenter ꝙ vniuerſale tripl̄r poteſt ꝯſiderari. Vno modo ſm ꝙ in ſeipſo eſt natura ſimplex ꝛ īuariabilis. Secūdo modo ſm ꝙ efficitur ab intellectu. Tercio mō ſm ꝙ eſt in iſto vel in illo particulari. Primo mō vniuerſale eſt ſimplex natura que dat eſſe nomen ꝛ rōnem ſuis particularibꝫ. ꝛ veriſſime eſt iter omnia que ſunt. nihil ſcȝ habens aliene nature admixtuȝ Et ita capitur ibi veriſſime eſſe ꝓut verum eſſe dr̄ qd̄ eſt aliene nature imꝑmixtum. Et de vlī hoc modo ꝯſiderato nihil vere enūciabile eſt niſi quod pertinet ad eius definitionem quidditatiuam. Tercio modo ꝯſiderando vniuerſale multa ei accidūt quorum primū eſt ꝙ eſt particulariſatum ꝛ indiuiduatum. Secūdum eſt ꝙ eſt multiplicatum. Terciuȝ eſt ꝙ eſt nature ſignate incorporatū. ꝛ habet materie diuerſas paſſiones. Et generaliter quicquid ſingulari in quo eſt accidit etiam vniuerſali accidit ſm ꝙ in ipſo eſt. Sȝ ſecūdo modo vniuerſale ꝯſiderādo adhuc dupl̄r ꝯſideratur. Aut ſcȝ ſm relationem ad intellectum ꝑme intelligentie cognoſcentis ꝛ cauſantis ipſum cuius pſum vniuerſale ſimplex radius eſt. et hoc modo ſibi accidit ꝙ dr̄ radius ꝛ lumen ipſius intellectus. ſimplex. purū

immobile.immateriale.incorruptibile. ⁊ perfectio noſtri intellectus poſſibilis.⁊ motiuũ ipſius ad actuꝫ. Sicut color eſt motiuus viſus ſm actum luci/ſi quem in ſe habet. Et ſi vniuerſale accipiatur hoc modo ſic habet eſſe ydeale. Aut conſideratur vniuerſale ſm relatõem ad intellectum noſtrum cognoſcentẽ ipſum ꝑ abſtractionẽ a ſingularib⁹ ⁊ non cauſantem ipſum. Et per huiuſmodi abſtractionem facit intellectus vniuerſalitatem in reb⁹ quã vniuerſale de natura ſua aptitudinaliter habuit. Et hoc dat ſibi intellectus ꝑ hoc ꝙ abſtrahit ⁊ ꝙ ſeparat ipſum a materia ⁊ a ɔditiõib⁹ materialib⁹.⁊ ſic intelligitur quod dicit Areſtoteles.ꝙ vniuerſale eſt dum intelligitur ſingulare vero dum ſentitur. Et illud dictum Auicenne ꝙ intellectus facit vniuerſalitatem in formis. Et ſic patꝫ triplex ɔſideratio ipſius vniuerſalis.⁊ in hac triplici ɔſideratiõe debent intelligi que dicũtur de ipſa natura que vniuerſalis dicitur.que quidẽ natura vt dictum eſt poteſt ɔſiderari in ſeipſa prout a quacunqꝫ comparatione ad ſingularia vel ad intellectum ſit libera. Poteſt etiam conſiderari per habitudinẽ ad ſingularia.ſcꝫ ad illa in quib⁹ eſt.⁊ poteſt cõſiderari ꝑ habitudinẽ ad intellectum vel prime intelligentie vel noſtrum. Et hoc eſt quod dixerunt antiqui triplices eẽ formas ſeu triplex vniuerſale.ſcꝫ añ rẽ.in re.⁊ poſt rem. Vniuerſale ante rem dicitur ipſa natura in ſe accepta que dicitur eſſe ante rem.non quidem tempore.ſed ordine cauſe vel principij formalis ad effectum. Et iſto modo dicitur vniuerſale non quidẽ vniuerſalitate quam ſeq̃tur predicabilitas.ſed vniuerſalitate ꝓncipij formalis de ſe indifferẽter ſe habentis ad plura formanda. Vniuerſale in re dicitur ipſa natura accepta ſm ꝙ eſt in ſingularib⁹ Et vniuerſale poſt rem dicitur ipſa natura ſm ꝙ eſt in intellectu noſtro cognoſcente ipſam ꝑ abſtractionẽ a ſingularib⁹. Ipſa vero natura ſi accipiatur ſm ꝙ eſt in intellectu prime intelligẽtie cognoſcentis ipſam ⁊ cauſantis.⁊ vt eſt ɔmune exemplar omniũ que ad ſimilitudinem ei⁹ produci poſſunt ad extra.hoc modo eſſꝫ ante rem etiã ſm duratiõe. Et iſto modo dicitur vniuerſalis natura non quidem vniuerſalitate quam ſequitur predicabilitas.ſed vl'itate forme exemplaris.

¶Concluſio prima. Vniuerſale ante rem natura.id eſt nature vniuerſales ſm ſe accepte ſunt veriſſime in rerum natura extra intellectum ſolum nudum ⁊ purum. et hoc modo ſunt ingenerabiles ⁊ incorruptibiles ⁊ inuariabiles. Et ibi accipitur veriſſime modo iam expoſito. Iſtam ɔcluſionem ineuitabiliter probant rõnes poſt oppoſitum. ¶ Et eſt aduertendum ꝙ cum dicitur ꝙ natura que vniuerſalis dicitur ſm ſe accepta eſt extra intellectum non debet intelligi ſm eſſe quod habet in vltimo actu nature.quia iſtud ſoli ſingulari cõuenit. ſed habet illud eſſe quod ſibi ɔuenit ſm ꝙ eſt ꝓncipiũ formale rei. ⁊ ita natura ſic conſiderata eſt ꝑ principia formalia intrinſece ipſam conſtituẽtia ꝑ que principia quidditatiue definit. Et cum dicitur ꝙ vniuerſale poteſt conſiderari vt in ſe ipſo in re ⁊ vt in itellectu nõ eſt intelligendum ꝙ ſit aliquid eẽ ipſius nature quod nõ habeat in ſingularib⁹ aut in intellectu cauſante ⁊ cognoſcente. Sed ꝙ hec omnia ipſi nature accidunt ſcꝫ eſſe in ſingulari in iſto vel in illo vel eſſe in intellectu. Ideo poteſt ipſa natura ɔſiderari in ſeipſa ſm ſuuꝫ eſſe formale ſecluſa habitudine ad quodcũqꝫ extrinſecuꝫ. et hoc eſt quod vocatur vniuerſale in ſeipſo ⁊ ante rem. Et ſi queratur vbi eſt vniuerſale in ſeipſo. Reſpondet albertus ꝙ hec eſt fatua queſtio.quia vniuerſale in ſeipſo acceptum non eſt aliud ꝙꝫ ipſa natura conſiderata abſolute ſm eſſe ſuum formale ſecluſa habitudine ad omnia que ſibi accidunt

Cõcluſio ſecũda. Vniuerſale id eſt natura que vl'is dicitur accepta prout cõſtituta eſt in vltimo actu nature eſt in rerum natura extra intellectum purum ⁊ nudum. Probatur.quia natura hoc modo accepta eſt in ipſis ſingularibus ⁊ accipitur vt eſt in illis. hec autem ſingularia extra intellectum exiſtũt. g̃ ⁊c̃

Concluſio tercia. Vniuerſale.id eſt natura que vniuerſalis dicitur ſm actum vniuerſalitatis eſt in ſolo intellectu noſtro cognoſcente ipſam ꝑ abſtractionẽ a ſingularib⁹. Probatur.quia vniuerſale ſignificat aliquod vnum in multis ⁊ de multis. Hec autem vnitas nõ conuenit nature niſi ꝓut eſt in itellectu abſtrahẽte ip̃am a cõditionib⁹ materie ⁊ cõparante ad multa ſingularia ꝑ modum vnius in quo conueniũt. Ergo vniuerſale ſm actuꝫ vniuerſalitatis non eſt niſi in intellectu noſtro ⁊ ab intellectu noſtro. Quãuis ipſa natura a ſingularib⁹ exiſtens ſit bene vniuerſalis in potentia.quia eſt in potẽtia ad hoc vt ꝑ noſtrum intellectum abſtrahatur ab ipſis ſingularibus et ꝑ modum vnius conſideretur Et ꝑ hec dicta facilr ſoluũtur rõnes ante oppoſitum

¶Ad rationes ante oppoſitũ. Ad primam dicitur ꝙ om̃e quod eſt in vltimo actu nature ideo eſt. qr vnum numero eſt numeroſitate materie ſiue indiuiduationis.ſed non oportꝫ illud quod eſt in eſſe formali ſpecifico conſtitutum eſſe vnuꝫ numero numeroſitate materie aut indiuiduationis.ſed bene dicitur eſſe vnũ numero numeroſitate eſſentie.⁊ iſto modo vniuerſale in ſeipſo dicit̃ vnũ numero. ¶ Ad ſecũdam dicitur.ꝙ verum eſt de eo quod eſt in vltimo actu nature.vt iam dictum eſt Ad terciã cum dicitur ꝙ omne quod recipitur in aliquo ⁊c̃.concedit̃ ſi recipiatur receptum in aliquo reſpectu eſſe quod habꝫ ⁊ recipit in recipiente.ſed nihil prohibet illud quod eſt receptum in aliquo accipi ſm ſeipſum ac ſi non eſſꝫ in illo. ⁊ tũc non recipitur ꝑ modum recipiẽtis.ſed ſm modum nature recepte ſiue ſm modum proprium. ¶ Ad quartaꝫ dicitur.ꝙ idem eſt eſſe reale in vltimo actu nature vniuerſalis ⁊ ſingularis.eſt tamen diuerſum ſm rationẽ. Ad quintam dicitur ꝙ vniuerſale in rerum natura extra intellectum omnẽ nec incepit eſſe nec deſinit ꝑ ſe ſed ſoluꝫ ex conſequẽti ſiue ꝑ accidẽs ad inceptionẽ ſingularis. Non eſt tamẽ intelligẽdum vt iam dictum eſt ꝙ vniuerſale in rerum natura habeat eſſe extra ſingularia.imo eſſe ſuum reale habet in ſingularib⁹.ſed bene poteſt accipi non ſm eẽ quod habet in ipſis Ad ſextam dicitur ꝙ forma artis poſita in materia ſi accipiatur ſm ſe ⁊ non vt determinata ⁊ ſignata ꝑ materiam in qua eſt vniuerſaliter accipitur et nõ eſt incõueniens ipſam ſic accipi. Nam que ſunt coniũcta ſm eſſe poteſt intellectus cognoſcere ſeparate quando vnum nõ eſt de definitione eſſentiali alterius. Ad ſeptimam ɔceditur ꝙ omne quod eſt in effectu ſi accipiatur ſm ꝙ eſt in effectu ſortitur modum effectus .nihil tamen prohibet ipſum ſm ſe accipi ꝑ abſtractionem ab effectu in quo eſt

¶Queritur ɔſequẽter vndecimo. Utrum vniuerſalia ſint corporalia vel incorporalia. ¶ Arguitur ꝙ nõ ſint incorporalia.ſed ꝙ ſint corporalia trib⁹ ratõib⁹ platonicoꝝ. Prima eſt.primũ principiũ eſſentiale alicuius generis oportꝫ eſſe aliquid illius generis.ſed vniuerſalia ꝓncipia ſunt ſingularium ſenſibilium que corporalia ſunt et quãta.ergo ipſa vniuerſalia corporalia ſunt ⁊ quanta. Secũda ratio.oportꝫ ꝓncipium ⁊ principiatum eſſe vniuoca.ſed vniuerſalia que ſunt genera ⁊ ſpẽs ꝓncipia ſunt ſingulariũ corporalium ⁊ quãtorum.ergo vniuerſalia corporalia ſunt ⁊ quanta. Maior nota eſt. Minor patet.qr ꝓncipium alicuius generis vel ſpẽi non poteſt eſſe ad hoc vel ad illud determinatum.al's em̃ nõ eſſet vniuerſale ꝓncipium illius generis vel ſpeciei.et ergo oportꝫ ꝙ ꝓncipiũ alicuius generis vel ſpẽi ſit vniuerſale. Tercia rõ.illud quod eſt in ordine nature primũ eſt cauſa ⁊ principiũ eius quod eſt ſecũdum.ſed quãtum ſm rationem quantitatis acceptum ordine nature eſt ante ſenſibile.ergo ẽ cauſa ipſius ſenſibilis.ſed nõ eſt cauſa ⁊ ꝓncipium niſi quia ẽ ſimplex ⁊ vniuerſale.ergo vniuerſale eſt q̃tuꝫ ⁊ corporale

¶ In oppoſitum arguitur.quia ſi vniuerſalia eſſent corporalia .aut eſſent corporalia per ſeipſa.aut per alia principia. Non primũ.quia pari rõne diceretur de ſingularib⁹ que ꝑ ſe ſingularia ſunt.quod negant aduerſarij. Si per alia principia aut illa ſunt corporalia aut nõ. Non poteſt dici ſecũdum ſm aduerſarios.qr vt dicũt neceſſario oportet principium corporalis corporale eſſe Si vero dicatur ꝙ ꝓncipia illa ſint corporalia q̃reretur ſicut prius .⁊ erit ꝓceſſus in infinitum. Secũda rõ.ſi vniuerſalia ſint corporalia ſequitur ꝙ ſunt certe quãtitatis figure ⁊ dimenſionis Et per conſequens intellectus noſter ea ſuſcipiens ⁊ intelligens erit quãtus ⁊ figuratus.quod eſt impoſſibile Tercia rõ.ſi vniuerſalia ſint corporalia ⁊ principia intrinſeca ſingularium tunc vniuerſale ⁊ ſingulare cuius eſt ꝓncipium ſunt vnum ⁊ idem corpus vel duo Non poteſt dici primũ.quia idem eſſet conſtituens ⁊ ɔſtitutum principium ⁊ principiatum. Si vero ſint duo corpora ſequit̃ ꝙ duo corpora erũt ſimul.⁊ per ɔſequens erunt vnũ corpus qđ eſt impoſſibile.

¶Sciendũ eſt primo ꝙ propter rõnes tactas ante oppoſitum platonici poſuerũt vniuerſalia eſſe corporalia ⁊ quãta.nõ tamen poſuit plato ea eſſe ſenſibilia Et cum obijciebatur ſibi de vniuerſalib⁹ immaterialium ſubſtantiarum reſpondebat ꝙ talia immaterialia ab eterno ſunt ⁊ ɔſiſtunt.⁊ ſunt quidam radij lucis prime cauſe.nec ſunt cauſata ex ꝓncipijs aliquib⁹ per compoſitionem. nec in talib⁹ reperitur particulare ⁊ vniuerſale ſicut in iſtis inferioribus. Et talia ſunt in nobis per hoc ꝙ lux eoruꝫ eſt in nobis ſiue exiſtentib⁹ per ea.ſiue cognoſcentib⁹. neqꝫ in eis in quib⁹ ſunt recipiunt hic ⁊ nunc.ſed ſunt vbiqꝫ ⁊ ſemper. Sicut dicebat ꝙ anima noſtra non eſt in corpore noſtro ſm hic ⁊ nunc. Similiter intelligentia in eo in quo eſt ſolum eſt per comparationem ſiue cognitionem .⁊ non eſt hic ⁊ nũc. Et hec eſt poſitio Platonis. Pro cuius opinionis amplioris intellectu.

Sciendũ ſecũdo ꝙ potiſſima cauſa ſui erroris fuit ꝙ credebat res ſimiliter ſe habere quantum ad eẽ et quãtum ad intelligi. Et quia intelligi poteſt genus ſine ſpecie.⁊ ſpecies ſine indiuiduis.ideo poſuit genera ꝑ ſe ſubſiſtere preter ſpecies ⁊ ſpecies preter indiuidua Et iterum credidit ꝙ qualis eſt ordo abſtractionis intellectuuꝫ ꝙ etiam inter ea talis ſit ordo ſm eſſe ⁊ cauſalitatem. Et quia triplex reperitur vniuerſale de quo triplex eſt ſciẽtia. ſcꝫ vniuerſale metaphyſicum.mathematicum .⁊ phyſicũ et vniuerſale metaphyſicum magis abſtractuꝫ eſt ꝙꝫ mathematicum.⁊ mathematicum ꝙꝫ phyſicum. Ideo poſuit vniuerſale metaphyſicum eſſe principium vniuerſalis mathematici ⁊ phyſici. Et conſequenter poſuit vniuerſale mathematicum eſſe principiũ vniuerſalis phyſici Uniuerſale vero phyſicum poſuit eſſe principium dũtaxat ip̃orum ſingularium ſenſibilium.⁊ cum iſta ſenſibilia ſint corporea ⁊ quanta.ideo poſuit vniuerſale mathematicum ⁊ etiam phyſicum corporale ⁊ quãtum. Sed plato deceptus fuit ꝓmo.quia non oportꝫ res ſic ſe habere ad eſſe.ſicut ſe habent ad intelligi.quia que ſunt coniũcta materie ſm eſſe ⁊ corporalia intellectus noſter poteſt ſeparate intelligere ⁊ abſtracte.et que ſunt vnum ſm eſſe poteſt ſeparate intelligere niſi vnũ ſit de intellectu ⁊ definitione eſſentiali alterius. Et ſic non oportꝫ ſi ſpecies poteſt intelligi ſine indiuiduis .⁊ genus ſine ſpecieb⁹ .ꝙ propter hoc gen⁹ ſit ſeparatum a ſpecieb⁹ ſm eſſe. ⁊ ſpecies ab indiuiduis. Secũdo deceptus fuit plato quia non oportet ſi vniuerſalia mathematica .cuiuſmodi ſunt quantitas continua ⁊ diſcreta abſtractiora ſint ꝙꝫ vniuerſalia phyſica.que ſunt genera ⁊ ſpecies ſingularium ſubſtantiarum ſenſibilium ꝙ propter hoc ip̃a vniuerſalia mathematica ſint principia generum ⁊ ſpecierum ac etiam ſingularium ſubſtantiarum ſenſibilium .⁊ hoc quantum ad ſubſtantiam eorum.quia ſm eſſe ⁊ cauſalitatem omnis quãtitas ſequitur eſſe ſubſtantiale rei.licet precedant qualitates ſenſibiles eius per quas ſubſtantia efficitur. ¶ Tercio deceptus fuit in equiuocatione principij.quia cum arguit ꝙ principiatũ ⁊ ꝓncipium debent eſſe vnius nature.⁊ ſic ſi principiatum ſit quantum ⁊ extenſum vt eſt ſingulare .ꝙ etiam ſpecies ⁊ per conſequẽs ita oportet de principio ipſius quãti quod eſt vniuerſalis linea vel corpus vel ſuperficies. quia principium quantitatis eſt duplex.ſcꝫ ꝓncipiuꝫ formale ⁊ ſm rationem tm̃.et iſto modo vniuerſale dicitur principium ipſius ſingularis .⁊ quantitas in cõmuni dicitur principium alicuius quãtitatis in particulari. Aliud eſt principium conſtitutiuũ ſm eſſe ⁊ ſm rem.⁊ tale principium debet eſſe eiuſdem nature cum principiato.vt ſi principiatuꝫ ſit realiter quantum oportet ꝓncipium eſſe realiter q̃tum vel actu vel potentia. Et iſto modo punctus dicitur eſſe principium linee. ⁊ linea ſuꝑficiei.⁊ ſuꝑficies corporis.

¶Sciẽdum eſt ꝙ aliquid poteſt dici corporale quatuor modis. Primo autẽ modo dicitur corporale quod eſt quantitate continua diſtenſum .ita ꝙ illa q̃titas ſit aliquid ſui.⁊ ſic habentia quantitatem corporeaꝫ corporalia dicũtur. vt ſunt naturales ſubſtantie que materiales ſunt. Secũdo modo dicitur corporale quod non eſt ſm ſe quantum ita ꝙ quãtitas ſit aliquid ſui.eſt tamẽ quantum et extenſum ad extenſionem alterius in quo eſt et hoc modo albedo ⁊ nigredo ⁊ cetere qualitates ſenſibiles extenſe ſunt ⁊ quante ad extenſionem ⁊ quantitateꝫ ſui ſubiecti. Tercio mõ dicitur corporale illud quod non niſi organo corporeo ſuſcipit ea q̃ ſuſcipit.hoc mõ ſenſitiue potentie dicũtur corporales . Quarto modo dicit̃ corporale illud quod nõ eſt pars corporis ſiue quantitatis. eſt tamen corporis ſiue quãtitatis principium Et iſto modo punctus dicitur eſſe principium quantitatis corporalis. Et dicitur principium quantitatis.non tamen cuiuſlibet quantitatis eque primo eſt principium .ſed primo eſt

principium linee ⁊ ſecũdo ſuperficiei. ⁊ ex conſequenti corporis. cum linea ſit ſuꝑficiei ⁊ ſuꝑficies corporis.

Concluſio. Nullum vniuerſale ſiue ſit metaphyſicum ſiue mathematicum ſiue phyſicum eſt corporale aliquo iſtorum quatuor modorum. Iſtam concluſionem ſatis probant rationes poſt oppoſitum. Et iterum ſic arguitur. Uniuerſale nihil aliud eſt ꝗ̃ ſimplex rei notio ſiue quidditas ab omni quantitatis realis diſtenſione abſtracta. al's vere ab intellectu capi non poſſet nec intelligi. ergo vniuerſale non eſt corporeum Item vniuerſalia ſunt principia ſingularium ſm rationem. ſed non ſm rem. Et per hoc ſoluũtur due prime rõnes. Maior em̃ earum vera eſt de principio ſm rem quod eſt eiuſdem generis cuꝫ ſuo principiato. ſed non de principio ſm rationem. Nihilominus vniuerſalia ſunt principia ſingulariuꝫ quo ad eſſe ſubſtantiale ſingularium. ⁊ non quo ad totum eſſe eoruꝫ. quia ſingularia ſunt conſtituta ex ſubſtantiali eſſe ⁊ accidentibꝫ ⁊ indiuiduantibꝫ. modo vniuerſalia dant eſſe ſubſtantiale. ſed non accidentale. ergo non oportet eſſe vniuerſalia corporalia

¶Ad rationes. Due prime ſolute ſunt vt iam dictum eſt. ¶Ad terciam dicitur. ꝙ quantitas ordine nature ſequitur ſubſtantiam. ⁊ ſic non eſt principiuꝫ ſubſtantie ſm ꝙ ſubſtantia eſt. ſed ſm ꝙ q̃ta eſt. vt dictuꝫ eſt. Dictum eſt em̃ ꝙ quantitas in cõmuni accepta non dicitur eſſe principium alicuius quãtitatis realis particularis ſm eſſe ſed ſolum ſm rationem. ideo non oportet ꝙ quãtitas in vl'i accepta ſit realiter corꝑalis ⁊ extenſa.

Queritur conſequenter Utrum vniuerſalia ſint ſeparata ſm eſſe a ſuis ſingularibꝫ. ¶Arguitur ṗmo ꝙ ſic. quia vniuerſalia habent eſſe in rerum natura et non habent eſſe per ſingularia vel a ſingularibꝫ. ergo poſſunt eſſe ſine ſingularibꝫ. ¶Secundo ſic. deſtructis ṗmis ſubſtantijs impoſſibile ē aliquod aliorum remanere que ſunt in ipſis. ergo ſi vniuerſalia ſint in primis ſubſtãtijs que ſingulares ſunt. ſequeretur ꝙ deſtructis primis ſubſtantijs deſtruerentur vniuerſalia. quod eſt impoſſibile. quia vniuerſalia ſunt incorruptibilia. ergo vniuerſalia habent eſſe ſine ſingularibꝫ. ¶Tercio ſic. vniuerſale eſt vbiqꝫ ⁊ ſemper. ſingulare vero hic ⁊ nũc. ergo vniuerſale non eſt in ipſo ſingulari. ¶Quarto ſic. vniuerſale eſt incorruptibile. ſingulare vero corruptibile. ergo nõ eſt idẽ eſſe vniuerſalis ⁊ ſingularis. ⁊ per conſequens vniuerſale ſeparatum eſt ſm eſſe a ſingularibus.

¶In oppoſituꝫ arguitur autoritate Areſtotelis primo poſteriorum dicentis ꝙ non eſt neceſſe opinari vniuerſalia eſſe extra ſingularia ad hoc ꝙ de vl'ibꝫ ſit ſcientia demonſtratiua ¶Secundo ſic. ſi ſic ſeq̃retur ꝙ eſſet celum p̃ter hoc celum. ⁊ terra preter hanc terraꝫ. ⁊ ſic de alijs. qđ eſt contra Areſtotelem primo celi. Et cum ſcientie ſecentur quemadmodum ⁊ res de quibus ſunt. vt dicitur tercio de anima. ſequeretur ꝙ alia eſſet ſcientia de celo et de hoc celo. ⁊ alia geometria de terra ⁊ de hac terra. ¶Tercio ſic. ſi vniuerſale aptum natuꝫ eſt naturaliter eſſe in ſingularibus. ergo non eſt ſeparatum ab eis. ſequeret̄ em̃ ꝙ vniuerſale eſſet hoc aliquid ⁊ ſingulare. quia eſſet ꝑ ſe ſubſiſtens indiuiſum in ſe. ⁊ diuiſum a quolibet alio. ⁊ ſic non predicaretur de ſingulari niſi ſolo nomine quod falſuꝫ eſt ¶ Quarto ſic. nihil vere predicatur de aliquo ſubſtãtiali predicatione dicente. hoc eſt hoc. niſi ſit in illo vel vt tota eſſentia illius vel vt pars eſſentialis. ergo ſi vniuerſale ſit ſm eſſe ſeparatum a ſingulari. ſequit̄ ꝙ iſte erunt falſe. ſortes eſt homo. plato eſt homo. ergo ⁊c̃. Si vero dicatur ꝙ vniuerſale ſeparatum eſt ſm eſſe a ſingulari ⁊ tamẽ ſibi vnitur per hoc ꝙ forma ſingularis eſt ymago vniuerſalis ſeparati quemadmodum vnitur ſigillum cere. quia figura cere eſt ymago figure ſigilli. Iſta autem euaſio nulla eſt. quia ſigillum per hoc non vnitur cere ſm eſſe ſuum ideo non dicitur ꝙ cera ſit ſigillum. ſed dicitur denominatiue ꝙ cera ſit ſigillata. Et ſimiliter non vere diceretur ꝙ ſortes eſſet homo. ſed ꝙ ſortes eſſet humanus. qđ falſum eſt. et ſic de multis alijs

¶Sciendum eſt conſequẽter. ꝙ dupliciter loqui poſſumus de vniuerſali cum queritur. vtrum vniuerſalia ſint ſeparata ſm rem a ſingularibus. quia vel loquimur de eſſe vniuerſalis ſm ꝙ vniuerſale eſt. ſcꝫ ſm actum ⁊ completam rationem vniuerſalitatis. Uel loquimur de eſſe reali eius quod dicitur vniuerſale. Similiter de eſſe ſingularis dupliciter loqui poſſumus. Quia vel loquimur de eſſe ſingularis ſm ꝙ ſingulare eſt. ſcꝫ ſm ſingularitatis rationem. vel loquimur de eſſe reali quod eſt ſingulare. ⁊ ita ſm hãc diſtinctiõeꝫ ponũtur due ꝯcl'ones

¶Concluſio prima. Uniuerſale ſm actum ⁊ completam rationem vniuerſalitatis acceptum ſeparatum eſt a ſingularibus. ⁊ eſt in intellectu. ⁊ ſibi opponitur ſingulare acceptum ſm ſingularitatis rationem. Prima pars patꝫ. q2 vniuerſale ſm actũ ⁊ cõpletam ratiõem vniuerſalitatis acceptum dicit aliquod vnum in multis ⁊ de multis. ſed hoc non conuenit ipſi nature niſi vt eſt in intellectu ⁊ ab intellectu cognoſcente ipſam per abſtractionem a ſingularibꝫ ⁊ comparante eam ad ſingularia ꝑ modum vnius in quo illa plura ſingularia ꝯueniũt. ergo concluſio vera. Minor probatur. quia natura que vniuerſalis dicitur. vt humanitas ⁊ equinitas non eſt a parte rei realiter vna in multis ſingularibus. ſed eſt realiter plures ideo dicit Auicenna ꝙ humanitas de ſe nec eſt vniuerſalis nec particularis. ſed in potẽtia eſt ad vtrumqꝫ. quia ſi de ſe eſſet vniuerſalis non poterit particulariſari. ⁊ ſi de ſe eſſet ſingularis nunquã poſſet multiplicari. ⁊ ſic ratio vtriuſqꝫ ſibi accidit ⁊ per intellectum accidentaliter ſibi attribuitur. Secũda pars patꝫ. quia vniuerſale ſm ꝙ huiuſmodi cõmunicabile eſt. ſingulare ꝟo incõicabile. g̃ ⁊c̃

¶Concluſio ſecunda Illud quod vniuerſale dicitur ſm ſuum eſſe reale non eſt ſeparatum a ſingulari. accipiendo ſingulare pro eo ꝙ ſingulare dr. Hanc ꝯcluſionem bene ꝓbant rõnes poſt oppoſitum.

¶Ad rationes ante oppoſitũ. Ad primam negetur conſequentia. quia natura que vniuerſalis dicitur non poteſt eſſe completum habere in vltimo actu nature. niſi ſit in ſingularibꝫ. ⁊ ideo non poteſt in rerum natura exiſtere quin habeat eſſe completum in rerum natura Et ſi queratur. an ſit idem eſſe ipſius nature ſm ſe conſiderate ⁊ abſolute. ⁊ ſm ꝙ completa dicitur in vltimo actu nature. Reſpondetur ꝙ idem eſt ſm rem. ſed differũt ſm rationem. ſcꝫ ſm eſſe diſtinctum ⁊ indiſtinctum. determinatum ⁊ indeterminatum ¶Ad ſecũdaꝫ ꝯceditur ꝙ deſtructis ṗmis ſubſtãtijs deſtruũtur ſecũde que vniuerſalia dicũtur ſm eſſe quod habent in ipſis primis ſubſtantijs. nõ tamen deſtruũtur ꝑ ſe ſm ſuum eſſe quidditatiuũ ¶Ad terciam dr ꝙ vniuerſale dr eſſe vbiqꝫ ⁊ ſemper ṗuatiue ſcꝫ ꝑ indeterminationem ad certam differentiam loci ⁊ temporis. Quia cum attribuitur per intellectum intẽtio vniuerſalis alicui nature ꝑcipitur huiuſmodi natura per intellectũ abſqꝫ ꝯſideratione alicuius differentie loci aut temporis. ⁊ hoc eſt abſtrahere ipſam naturam a ꝯditionibꝫ indiuiduantibꝫ. ¶Ad quartã dr. ꝙ non eſt incõueniens idem ſm rem differens tamen ſm rationem eſſe corruptibile ⁊ incorruptibile. modo vt dictuꝫ eſt vniuerſale ⁊ ſingulare ſunt idem re. ſed differũt ſm rationem. ⁊ ideo vniuerſale eſt incorruptibile ꝑ ſe. ſingulare vero corruptibile

¶Queritur Utrum vniuerſale verius habeat eſſe in intellectu ꝗ̃ in ſingulari. Et arguitur ꝙ in intellectu per vnam ꝯſideratõem thopicam ſexto thopicorũ poſitam. in qua dr ꝙ verius res eſt vbi eſt in quiete ꝗ̃ vbi eſt in motu. Sed vniuerſale eſt in intellectu vt in q̃ete. in ſingulari vero vt in motu. quia ſingularia mobilia ſunt. ergo vl'e verius habet eſſe in intellectu ꝗ̃ in ſingulari.

In oppoſitum arguitur. res verius eſt in eo cui dat eẽ nomen ⁊ rõnem. ꝗ̃ in illo cui nihil iſtorum dat. ſed vniuerſale dat ſingulari eſſe nomen ⁊ rõnem. intellectui vero nõ ergo verius hꝫ eſſe in ſingulari ꝗ̃ in intellectu.

Sciendũ ꝙ vt ſupra dictum eſt. vniuerſale habet triplex eſſe. ſcilꝫ in ſeipſo. in ſingulari. ⁊ in intellectu. ideo querit dñs Albertus in quo verius ſit. Secũdo querit an vniuerſale ſit idem in ſeipſo. in intellectu. ⁊ in ſingulari. ⁊ ſi ſit idem querit Tercio quid eſt illud quod facit vniuerſale eſſe idem in ſeipſo. in intellectu. ⁊ in ſingulari. Quarto querit an vniuerſale per ſuam realem p̃ſentiam realiter acceptam ſit in intellectu. aut ſolum ꝑ ſuam ſimilitudinem. ſicut videtur dicere phus in tercio de anima ꝙ res non ſunt in anima. ſed rerum ſimilitudines ¶Ad iſtas queſtiones reſpondet dñs Albertus ꝑ ordineꝫ. ⁊ ad ṗmam de qua eſt titulus queſtionis reſpondet per diſtinctionẽ. q2 vniuerſale verius eſſe habere intelligitur dupl'r. Uno modo ſm ꝓprium ⁊ ſubſtantialem actuꝫ ipſius nature vl'is. Alio modo ſm ꝓprietatem principiorũ ipſaꝫ naturam ꝯſtituentium. Et ſm hanc diſtinctiõem ponũtur due ꝯcluſiones reſponſiue ad queſitum

Concluſio prima. Uniuerſale ſm ꝓprium et ſubſtantialem actum ipſius nature vniuerſalis verius ẽſt in ſingulari ꝗ̃ in intellectu. Iſtud bene probat rõ poſt oppoſitum. q2 ꝓprius actus nature vl'is eſt ſingulari dare eſſe. nomen. ⁊ rationem

Cõcluſio ſecũda. Uniuerſale ſm proprietatem ṗncipiorꝫ ꝯſtituentium ipſum verius eſt in intellectu aut in ſeipſo ꝗ̃ in ſingulari. Et accipitur hic verius ꝓut ẽ idem ꝙ purius. ſicut verum aurum dr qđ eſt aliene nature impermixtum. Probatur ꝯcluſio. q2 ṗncipia ꝯſtituentia ipſum in ſingulari nõ ſunt pura. immo ſunt ꝑmixta ṗncipijs indiuiduantibꝫ. ⁊ etiam ſunt in materia ⁊ qualitatibꝫ ſubijciũtur. vl'e vero in ſeipſo aut in intellectu ab omnibꝫ his denudatum eſt. ¶Ad ſecũdam queſtionem reſpondet Albertus. q2 vl'e vnuꝫ ⁊ idem numero numeroſitate eſſentie eſt in intellectu in ſeipſo ⁊ in ſingularibꝫ differens ſolum ſm eſſe. quia vniuerſale acceptum in ſua ſimplicitate abſtrahitur ab omnibus quod ſibi accidit. ⁊ ita dr eſſe in ſeipſo. Ipſum vero acceptum vt ṗncipium artis ⁊ ſcientie dr eſſe in intellectu. ⁊ illud idem acceptum vt ꝯtractuꝫ ad eſſe nature particularis ⁊ diſtinctum per materiam ſignatam cum conditionibꝫ indiuiduantibꝫ dr eſſe in ſingulari. ⁊ ſic ymaginat̄ dñs Albertus ꝙ eſt eadeꝫ eſſentia numero numeroſitate eſſentie que eſt in ſingulari in intellectu ⁊ in ſe. diuerſa ſolum ſm eſſe. quia in intellectu eſt ſm eẽ ſpũale ſiue intentõale. in ſingulari vero ſm eſſe materiale et naturale. in ſe aũt dicit̄ eſſe in ſuo ſimplici eſſe ¶Ad terciam queſtioneꝫ reſpondet venerabilis dñs Albertus ꝙ ſicut color non eſſet in corpore terminato in ꝑſpicuo ⁊ in oculo niſi eſſet aliquod vnum ⁊ idem agens ipm in omnibꝫ quod eſt lux ſiue lumen in cuius actu color immutat viſum. ⁊ illud lumen eſt idem per eſſentiam differens ſolũ ſm eſſe in ſuꝑficie corporis terminati in ꝑſpicuo ⁊ in oculo. ita dr ꝙ lux ſiue lumen intelligentie prime que eſt cauſa vniuerſi eſſe eſt illud quod facit vniuerſale vnum ⁊ idem in omnibꝫ per eſſentiam differẽs ſolum per eſſe in ſeipſo in intellectu ⁊ in ſingulari. Ideo dicit diuinus Dionyſius ꝙ lux ſiue lumen ṗme cauſe ſe expandit per omnem naturã cuius lucis ipſa natura cui attribuitur intentio vniuerſalis eſt radius. Et quia actus hm̃õi radij ad multas ⁊ ad diuerſas naturas ꝑtingit. ideo efficitur multiplex Et ideo vniuerſalia multa ſunt ⁊ vnũ. multa q̇dem ſm eſſe participatum in diuerſa genera. diuerſas ſpẽs. ⁊ diuerſa indiuidua. Sunt tamen oĩa vniuerſalia vnũ ꝑ eſſentiã ſm ꝙ reducũtur ad primũ cauſatum ſiue ṗmum radiũ lucis ṗme intelligentie. qđ q̇dem ṗmum cauſatum eſt ipſum eẽ ¶ Ad quartam queſtionẽ reſpondet dñs Albertus ꝙ vniuerſale in ſe ⁊ in intellectu ⁊ in ſingulari eſt ꝑ ſuam preſentiam realem realiter acceptum ⁊ non ſolum eſt in intellectu ꝑ ſuam ſimilitudinem. Et ad autoritatem Areſtotelis iam allegatam reſpondet ꝙ per res intelligit Areſtoteles ſingularia. que ſolum habent eſſe ratum in natura ⁊ per ſimilitudines rerum intelligit vniuerſalia Nam vt dicit Boetius ſpecies eſt eſſentialis ſimilitudo ſuoꝝ indiuiduorum. Et ita dicit venerabilis dominus Albertus ꝙ ipſa natura cui intentio vniuerſalis attribuitur vna et eadem numero numeroſitate eſſentie realiter accepte eſt in ſe in intellectu ⁊ in ſingulari. Iſtud probat idem dominꝰ Albertus. quia illud quod eſt in intellectu non fit in ipo niſi per abſtractionem. Abſtractio autem non fit niſi ab accidentibus indiuiduantibꝫ. quibꝫ abſtractis remanet ipſa natura vniuerſalis. ergo vniuerſale per preſentiam realeꝫ ſue eſſentie realiter accepte eſt in intellectu Sed ꝗ̃uis hec reſponſio ⁊ etiam data ad ſecũdam queſtionem probabilis ſit ⁊ vera Quidã tamen aliter dicũt. quia natura que vniuerſalis dicitur non eſt per realem preſentiaꝫ ſue eſſentie realiter accepte in intellectu. ſed ſolum eſt in eo intentionaliter ⁊ per ſuam ſimilitudinem intentionaleꝫ. Et ideo intellectui non dat eſſe nomen ⁊ rationem neqꝫ etiam de ipſo predicatur reali predicatione. quod tamẽ oporteret vt dicunt ſi in ipſo realiter eſſet. Ob hoc etiam ipſa natura ſm eſſe qđ habet in intellectu non ponitur in predicamento niſi reductiue quod tamen oporteret ſi in eo realiter eſſet ⁊ non ſolum intentõaliter. et ab illis tenetur ꝙ nature rerum non ſunt in intellectu realiter. ſed ſolum ſimilitudinarie ⁊ intentionaliter. vt etiam prima facie magis videtur ſonare autoritas Areſtotelis. qua dicitur res nõ ſūt in anima ſed rerum ſimilitudines. et ꝯmuniter exponitur in hoc ſenſu. ideo etiam in hoc paſſu poſtq̃ ipſe venerabilis Albertus dedit iſtam reſponſionem. preſtatur ꝙ mul

ex latinorū aliter dicūt. quibꝫ tamen non intendit ɔtradicere. ſed pro poſſe ſuo opinionē peripatheticoꝝ in hac materia declarare. Quod etiaꝫ dixit ipſe venē. Albertus ad ſecūdam ⁊ terciam queſtiones. ſcꝫ vniuerſale eſſe vnū numero numeroſitate eſſentie in omnibꝫ differens ſoluꝫ ſm eſſe. ſi intellexerit ꝙ ſit vnum ſm eē in hoc nō inſequitur a multis neqꝫ tenet. Spēs eñ in multis indiuiduis nō dr̄ vna actualiter niſi ſm ratōem. ⁊ non eſt vna realiter. Et ſimiliter genus in multis ſpēbus non dicitur eſſe vnū niſi ſm rōnem. Similiter ens ſiue eſſe quod eſt pmum cauſatum pmi non eſt vnum ſm eſſe in diuerſis predicamentis. ſed vnum ſecundum rationem ſolum non quidē vniuocam ſed analogam

¶Ad rationem ante oppoſitum dicit ꝙ ipſa ſoluta eſt in ſecūda concluſione. Et tamen aduertēdum circa ipſam ꝙ cum vniuerſale dicitur eſſe in intellectu vt in quiete. non debet intelligi de quiete oppoſita priuatiue motui. ſed de quiete motui contrarie oppoſita prout quies ⁊ immobilitas idem ſunt

Queritur conſequenter Utrum vniuerſale ſit in rerum natura producibile. ¶Arguitur pmo ꝙ nō. qꝛ actus ⁊ operationes ſunt ſingularium ⁊ ſuppoſitorum vt habetur pmo metaphyſice. ergo qđ eſt in rerum natura producibile eſt ſingulare ſiue ſuppoſitum ⁊ hoc aliqđ. vniuerſale autem non eſt huiuſmodi. ergo ſequitur ꝙ non eſt producibile. ¶Secūdo ſic. omne quod producitur in eſſe ab intelligentia cauſante res habet ydeam ſiue exemplar in ipſa intelligentia ad cuius ſimilitudinem in eſſe producitur. ergo ſi vniuerſale producitur in eſſe. oportet ipſum habere ydeam ſiue exemplar in ipſa intelligentia producēte res. et cum ipſum ſingulare quod eſt hoc aliquid per ſe producatur. ſequitur ꝙ etiam habebit ydeam ſiue exemplar. et per conſequens eiuſdē rei erunt plures ydee. ydea ſcꝫ ſuppoſiti. ydea ſpēi. ⁊ ydea generis

In oppoſitum arguitur. quia vniuerſale eſt in rerū natura extra omnem intellectum. vt iam habitum eſt. ergo incepit eſſe. quia non eſt deus. ⁊ non incepit eſſe a ſeipſo. ergo ab aliquo producēte. ⁊ ꝑ ɔſequens vniuerſale in rerum natura eſt producibile

Sciendū ꝙ aliquid dicitur ꝓducibile dupliciter. Uno modo per ſe qđ ſcilꝫ per ſe terminat actum producentis ⁊ illud per ſe ſubſiſtere habet ⁊ nullatenus in alio. Et hoc modo ſolum producibile eſt ſuppoſitum de genere ſubſtantie. Alio modo dicitur aliquid producibile in alio ⁊ hoc dupliciter Uno modo ex conſequenti. Alio modo per accidens. Ex ɔſequenti quidem ſicut vniuerſale producitur producto ſingulari in quo eſt ſubſtantialiter. Unde qꝛ hic homo generat hūc hominem. ⁊ hic hō generans eſt homo. ⁊ etiam hoc genitum eſt homo. ideo ex ɔſequenti hic homo generat hominem. ꝓpter quod dr̄ Gilbertus porritanus. ꝙ natura occulte agit in rebꝫ. qꝛ ꝓducendo ſingulare. ſimul cū ſingulari producit vniuerſale Ideo etiam appellat Areſto vl'ia de ꝑdicamento ſubſtātie ſecūdas ſubas. qꝛ ſecūdario ſubſtant vel ſubſiſtūt. qꝛ ſecūdario ſiue ex ɔſequenti in eſſe producūtur. Per accidens aūt ſiue in alio produci dr̄ illud quod accidit producto ex ipſa productiōe. ſicut cum producitur aliquid ab aliquo per generationem in ſimilitudine forme ⁊ ſpeciei generantis accidit producto ꝙ ſit filiꝰ. ⁊ ꝓducēti ꝙ ſit pater

¶Concluſio prima. Uniuerſale nō eſt primo modo ꝓducibile in rerū natura. Hanc ɔcluſionē ſatis ꝓbanꝫ rōnes ante oppoſitum

¶Concluſio ſecunda. Uniuerſalia ex conſequenti in rerum natura ꝓducibilia ſunt. Probat. qꝛ ſingulare quod eſt hoc aliquid per ſe ꝓducitur. ⁊ vniuerſale ſubſiſtit in ipſo. ſed ꝓducto ſingulari necāṙio ex cōſequēti ꝓducit quicquid eſt in eo. ergo ſeq̄tur ꝙ ad ꝓductōeꝫ ſingularis ex ɔſequenti producit vl'e

Dubitatur An vniuerſale in intelligentia pma habeat ydeam diſtinctam ab ydea ſingularis. Dicit ꝙ ydea dupl'r accipi poteſt. Uno modo vt eſt rō cognoſcendi tm̄. ⁊ iſto modo vl'e bene poteſt habere ydeā diſtinctam ab ydea ſingularis. Alio mō accipitur ydea vt non ſolū eſt rō cognoſcendi. ſed vt etiam eſt exemplar operis et iſto modo vl'e nō p̄t habere ydeaꝫ diſtinctā ab ydea ſingularis. qꝛ non p̄t ꝓduci niſi in ſingulari

Dubitatur Utrum ydea debeat dici forma Reſpondetur ꝙ forma dr̄ tribꝫ modis. Uno modo ſm quam aliquid informatur ita ꝙ forma dicat ab informando. ⁊ iſto modo ydea nō poteſt dici forma. qꝛ nō intrat cōſtitutōem eius cuius eſt ydea. Alio mō dr̄ forma qua aliquid formatur. ⁊ adhuc iſto mō ydea non p̄t dici forma. ꝓpter cām dictam. Tercio mō dr̄ forma ad cuius ſimilitudinem aliquid format. ⁊ hoc modo ydea p̄t dici forma rei cuius eſt ydea. Et non dr̄ forma ab informando. ſed a foris manendo. ⁊ hoc modo forma domus in mente artificis accepta dr̄ eſſe ydea forme domus ad extra. Et iſto mō forme oīm reruꝫ dicūtur eſſe in mēte diuina vt in quodam exemplari ⁊ ydeali. Sed plato hmōi ydeas ad quarum ſimilitudinē ꝓducūtur forme in materia voluit etiaꝫ ponere extra mentem diuinā ⁊ extra ſingularia ⁊ ꝑ ſe ſubſiſtere in rerum natura. quas dicit eſſe vl'es ⁊ ꝑdicabiles de ſingularibꝫ ad ſimilitudinē earum formatis. ⁊ iſtud ſibi imponit Areſtoteles

Dubitatur. Quomodo differūt eſſentia ⁊ hypoſtaſis. Rñdetur ꝙ ſic differūt. qꝛ eſſentia dr̄ ſm ꝙ in ea ⁊ ꝑ eam res hꝫ eſſe. ⁊ ita nomē eſſentie ab eſſe ſumit cuius eſt pncipiū. qꝛ eſſe nō eſt effectus tranſiens ſed permanens. ideo res aliqua dr̄ habere eſſe in eſſentia. Sed hypoſtaſis dr̄ ſuba per ſe ſubſiſtens ⁊ ɔmuni nature ſuppoſita. Unde dr̄ ab hypos qđ eſt ſub ⁊ ſto as are. qꝛ ſtat ſub ɔmuni natura ⁊ accñtibꝫ. ⁊ ſic ſecūde ſubſtātie dicūtur eēntie ſiue q̄dditates pmarū ſubarum

¶Dubitat. Quid eſt primū ꝓductū a prima intelligētia. Rñdetur ꝙ duplex eſt. ſcꝫ ſm rem. ⁊ hoc fuit ſecūda intelligētia. qꝛ ꝑ pmā intelligit deus. Aliud eſt pmū creatū ſm rōnem. ⁊ illud eſt eſſe. ⁊ ſic debet intelligi autor de cauſis cū dr̄. ꝙ pma rerū creaturarū eſt eē Et ſil'r ad ꝓpoſitū pn̄tis q̄ſtionis p̄t dici ꝙ vl'e ſm rōnem p̄cedit ſingulare. ⁊ pꝰs ꝓducit. ⁊ tñ ſm rem ſingulare pꝰs ꝓducit et vl'e ex ɔñti. Rōnes añ oppoſitū ⁊ poſt oppoſitū ſtꝫ pro ɔcluſionibꝫ.

Querit conſequēter Utrum vl'e ſit materia vel forma vel totū ɔpoſitū. ¶Arguit pmo ꝙ ſit materia ꝑ Por. dicentē ꝙ ſpēs ɔſtituit ex genere tanq̄ꝫ ex materia. ⁊ drña tanq̄ꝫ ex forma. g̊ ſeqtur ꝙ vl'e ſaltē qđ eſt genꝰ eſt materia. Et ɔfirmat. qꝛ ſicut materia potential'r continet formas de ipſa educibiles. ita genus in ſua poteſtate ɔtinet differentias de ipſo educibiles



Secūdo ſic ꝙ vniuerſale nō ſit forma. qꝛ vniuerſale ꝑdicat de eo cuius eſt vl'e. ſed neqꝫ forma ꝑtis neqꝫ forma totius predicat de eo cuius eſt forma Nō eñ dicit ꝙ ſortes ſit aīa aut ꝙ ſit humanitas. g̊ vl'e nō eſt forma ꝑtis neqꝫ forma totius. igit ⁊c̄. Tertio ſic. ꝙ ſit ɔpoſitum qꝛ ſpēs ɔponit ex genere et drña ⁊ tamē ſpēs eſt vl'e. g̊ eſt vl'e ɔpoſitū. In oppoſitū arguit primo ꝙ nō ſit materia. qꝛ vl'e dat ei in quo eſt nomē et rōem et eſſe. hoc autē nō cōuenit materie. g̊ vl'e nō eſt materia Scđo ꝙ vl'e ſit forma totius. nihil eñ eſt cōicabile multis vnū exñs in eis niſi ſit forma Materia eñ nō eſt cōicabilis multis niſi ꝑ diuiſionē. ita ꝙ nō eſt tota in ſingulis ꝑtibꝫ. vniuerſale aūt cōicabile eſt multis vnū exiſtens in eis. et predicatur de ipſis ordinata predicatione et dat eis eſſe nomē et rōem. ergo vniuerſale eſt forma. Tertio ſic. ꝙ vl'e nō eſt compoſitmu. quia ɔpoſitum eſt ſingulare et hoc aliquid vniuerſale auteꝫ cōmune eſt et quale quid. ergo non eſt compoſitū

¶Sciendū ꝙ duplex eſt forma. ſcꝫ forma ꝑtis que eſt actus et ꝑfectio ꝑtꝭ ɔpoſiti tm̄ ſcꝫ materie. ſicut aīa in hoīe eſt actus materie hoīs. Alia eſt forma totius q̄ ſcꝫ non eſt actus materie tm̄ ſed eſt actus totius cōpoſiti ex materia et forma ꝑtis Et hec forma dupliciter deſignatur. Uno modo ꝑ nomē abſtractum ꝑ qđ ſignificatur ꝑ modū forme tm̄ cū precisione materie. ſicut hoc nomē hūanitas ſcat formā totius ꝑ modum forme tm̄ et ideo nō predicat de eo cuius eſt forma. Alio modo deſignatur ꝑ nomē concretum ꝑ qđ ſcatur vt dicens totum eſſe eius cuius eſt forma. Et ita ſcat forma totius per vniuerſale nomē. vt eſt in habente. ſicut hoc nomen hō ſcat formā totiꝰ vt eſt in habente. Et ob hoc bñ ꝑdicatur de eo cuius eſt forma. qꝛ omē quod ꝑdicatur de aliquo predicatione ꝓprie dicta oportet eſſe in eo de quo predicatur. et iſto mō etiā ſignificari

Concluſio. prima. vniuerſale neqꝫ eſt materia. neqꝫ forma partis. neqꝫ forma totius ꝑ modū forme tm̄ deſignata. neqꝫ totū ɔpoſituꝫ. primā ⁊ quartā ꝑtes illius cōcluſionis ꝓbāt rōnes prima et tertia poſt oppoſitum. ſcđam aūt ⁊ tertiā ꝓbat ſcđa rō ante oppoſitum.

Cōcluſio ſecūda. vniuerſale eſt forma totiꝰ vt totū eſſe rei dicens illius cuius eſt forma Probat. qꝛ niſi ſic ſeq̄ret ꝙ definitio rei data ſm nomē vniuerſalis nō diceret totū eſſe rei nec quidditatem ſiue definiat res ſm nomē generis ſiue ſpēi. ɔſequens eſt falſum. ergo illud ex quo ſequit. ⁊ ꝑ ɔſequens vniuerſale eſt forma totius deſignata vt dicēs totum eſſe illius cuius eſt forma Item poſito ſubiecto ſtatim ꝑ intellectum ꝑcipit forma totius ſic deſignata. ſiue actu ſit illud ſubiectum ſiue non ergo poſito ſubiecto illud qđ ſtatim cōcipit ſit ſuū vniuerſale ⁊ ſequit ꝓpoſituꝫ Aſſumptū patet. qꝛ ſiue hō ſit ſiue nō ſemꝑ eſt verū dicere homo eſt animal. et ꝙ anial ſit corpus animatum.

Dubitatur. Utrū forma ꝑtis et forma totius ſint vna forma. et eadem ſm rem. Ad hoc reſpondet ſanctus Thomas ꝙ in rebus compoſitis ex forma et materia diſtinguunt ſm rem. qꝛ ſm ipm formā totiꝰ cōplectitur eſſentiam forme partis ⁊ etiam materie. ⁊ ſic forma totius ſe habet ad formā partis ſicut totum ad ꝑtem. Sed in rebꝫ ſeparatis a materia forma partis ⁊ forma totius non diſtinguunt ſm rem. qꝛ vna nihil continet preter aliam. et in hac parte bene conuenit Albertus cum doctore ſancto Sed in rebꝫ cōpoſitis ex materia et forma dicit Albertus ꝙ forma totius vt humanitas in homine nō includit materiam ſed eſt forma tm̄. et illud diuerſimode exponūt albertiſte. Quidam eñ dicūt Albertū intellexiſſe ꝙ forma ꝑtis a forma totius nō diſtinguatur re ſed rōne tantum. ita ꝙ ſi conſideretur anima rationalis vt actus materie dicitur forma partis ⁊ nominatur hoc nomine anima. Si vero cōſideretur inq̄ꝫtum actuat materiam tangendo ipſam vt ex ea exerit eſſe non diſtinctum realiter ab ipſa forma. ſed ratiōe tm̄. quod q̄dem eſſe non eſt actus materi tm̄. nec forme tm̄ ſed cōpoſiti. et ſm hoc vocat forma totius Et in homine ſignificatur hoc nomine humanitas. Sed aliȷ̄ dicūt Albertum intellexiſſe ſcꝫ ꝙ ex vnione forme partis cū materia reſultat vna forma diſtincta realiter a forma partis et a materia ⁊ a toto compoſito ex materia et forma. que q̄dem forma dat eſſe nomen et rationē ipſi compoſito Et talis forma vocatur forma totius. Et ſic ſm iſtos humanitas reſultat ex vnione anime rationalis cum corpore humano. ⁊ eſt forma realiter diſtincta ab anima rationali et corpore humano Et eſt ſimplex forma nō includens materiā. nec formam ꝑtis niſi virtualiter

Dubitatur Utrum bene ſequitur homo eſt ſubſtantia. ergo homo eſt ens. Iſtud queritur. quia dictum eſt ſiue homo ſit actu ſiue non ſemper eſt animal et corpus animatum. et etiam corpus animatum ſemꝑ eſt ſubſtantia. ideo ſimiliter queritur de ente Reſpondetur ꝙ ens poteſt capi duobus modis. Uno modo vt dicit actum exiſtendi ſiue eſſe in actu. et ſic capitur ꝑ̄cipialiter. et iſto modo non valet conſequentia. quia vt dicit Auicenna actus exiſtēdi. id eſt eſſe actualis exiſtentie accidit cuilibet rei. et eſt extra eſſentiam et definitionem Alio modo accipitur ens vt dicit eſſentiam rei que eſt in potentiā ad actualiter exiſtere. et hoc modo diuiditur in decem predicamenta. et ſic accipitur nominaliter et bene valet conſequentia.

Ad rōes. Ante oppoſitum. ad primam dicitur. ꝙ Porphirius nō voluit dicere genus realiter eſſe materiā. ſed ꝙ habeat modum materie. quia ſumitur genus vt quoddam materiale et potentiale in ipſa ſpecie. q̄ꝫuis illud a quo ſumitur ſit forma. Secunda ſoluta eſt ex dictis Ad tertiam dicitur ꝙ licet ſpecies ſit cōpoſita compoſitione rationis ex genere et differentia non tamen ſequitur ꝙ ſit ſimpliciter compoſita ſicut eſt hoc aliquid. Quia tale compoſitum preter principia ſpeciei includit principia indiuidui. et eſt determinatum in vltimo actu nature.

Idetur autem neqꝫ genus neqꝫ ſpecies ſimpliciter dici. Genus enim dicitur et aliquorū quodāmodo ſe habētium ad vnum aliquod et ad ſeinuicem collectio. ſm quam ſignificationem rhomanorum dicitur genus ab vnius ſcꝫ habitudine. dico āt rhomuli et multitudinis. habētium aliquo modo [illegible] eam (que ab illo eſt) cognationem ſm diuiſionem ab aliȷ̄s generibus dicte.

Dicitur aūt et aliter rurſus genus: quod eſt vniuſcuiuſqꝫ gñatōnis principium. vel ab eo q̄ genuit. vel a loco in q̄ q̄s genitus ē Sic ei hoꝛreſtē quidē dicimus a Tantalo habere genus ylum aūt ab hercule Et rurſus Pindarū quidē thebanū eē gñc. platonē vero athenieſez. etem̄ patria ē pricipiū vniuſcuiuſqꝫ generatiōis quē admodū ⁊ pater Hec aūt videtur ꝓmptiſſima eſſe ſignificatio Rhomani ei ſunt q̄ ex genere deſcēderūt. Rhomuli. ⁊ citropide q̄ ex genere deſcēderūt citropis ⁊ hoꝛū proximi. Et ꝑus quidem appellatū eſt genus vniuſcuiuſqꝫ generatōnis ꝑncipium. de hinc etiā multitudo coꝛū q̄ ſunt ab vno ꝑncipio vt a rhomulo Nāqꝫ diuidētes ⁊ ab alijs ſepantes. dicebamus omnem illam collecōnem eē rhomanoꝛū genus.

Aliter aūt ⁊ rurſus d̄r genus. cui ſupponit̄ ſpēs. ad hoꝛū foꝛtaſſe ſimilitudinē dictuꝫ etem̄ principiū quoddā eſt hmōi genus eaꝝ que ſub ſe ſunt ſpēꝝ. videt̄ etiā multitudinē continere oīm que ſub eo ſunt ſpecierum

Queritur cōſequēter. vtrum definitio generis ſit bñ aſſignata in qua dicit̄. Genus eſt cui ſupponit̄ ſpēs. Et arguit̄ ꝙ nō. q2 generi ſupponit̄ drña. et differētia ſupponit̄ ſpēi. ⁊ ſpēs generi. et generi ſupponit̄ ꝓpriū et etiā indiuiduū. g̃ nō ſolū generi ſupponit̄ ſpecies. et ꝑ ꝯſequens definitio eſt inſufficiens. In oppoſitum eſt Poꝛphirius in textu.

Sciendum ꝑmo. ꝙ multiplex indiſtinctum parit cōfuſionē. ⁊ hoc modo genus cū multipliciter dicitur ideo Poꝛphiriꝰ ꝑus diſtinguit ipm q̄ꝫ definiat ſm ꝙ a logico intēditur. ⁊ ſolū ponit illas acceptōnes generis ad quarū ſimilitudinē ſumitur illa acceptio q̄ eſt logica et ideo nō loq̇tur Poꝛphiriꝰ de genere maſculino feminino ⁊ neutro actiuo paſſiuo vel deponētali.

Sciendū ſcdo. ꝙ hoc nomen genus ſeu intentio generis prius fuit in vſu ciuiliter loquētium q̄ꝫ in vſu logicoꝛum. et ita tranſlatū eſt nomen generis ex vſu ciuiliter loquētiuꝫ ad vſuꝫ philoſophoꝝ rōabiliū. Quia vnius ad alterū eſt ſiltudo. Et ita infert ꝑ ſiltudinem eius nomē qd̄ appellat̄ genus apud logicū.

Sciendū tertio. ꝙ vt ſufficit ad ꝓpoſitum hoc nomē genus tripliciter d̄r. put in ſummalis habet̄ expſſe et ſatis clare a poꝛphirio. ideo ꝓ nūc p̄ſupponitur Que tres acceptōes inter ſe differunt. quia due ꝑme acceptōes ſunt ciuiles. tertia vero logicalis eſt ſumpta ad ſiltudinē illarū. et inter illas primas duas ſcda eſt cauſa prime. Non em̄ collectio multoꝛū haberet ſe ad vnū niſi eſſet vnū ꝑncipiū generatōis eoꝝ. Et hoc ꝑſuadet poꝛphirius. q2 vnaqueqꝫ collectio genitoꝛū ꝑ principiū illiꝰ collectionis ab alia diſtinguit̄. ſicut geniti ab vno patre diſtinguuntur ab alijs genitis ab alio patre ꝑ ſuū patrē. et geniti in vno loco diſtinguūtur a genitis in alio loco ꝑ ipm locū. ⁊ ſic ſcda acceptio generis eſt naturaliter prima. q2 cauſa prime. Sed ipa ponit̄ ſecūda in textu. quia principalioꝛ eſt et efficacioꝛ ad generis logici declarationem ꝓpter maioꝛem ſiltudinē quā h2 genus logicū cuꝫ ſecūda acceptione q̄ꝫ cum prima.

Sciēdū q̄rto. ꝙ genus logicū in h̄ cōuenit cū genere ſecūdo modo dicto. q2 ſicut genus logicuꝫ eſt principium ſuarū ſpecierū foꝛmale. ſic genus ſecūdo mō dictum eſt principium deſcendentium ab ipſo. Conueniūt etiam in hoc. q2 ſicut genus ſecūdo modo dictū eſt in quolibet deſcendentiū ab ipſo ita genus logicū eſt in qualibet ſuarū ſpēꝝ. Sed differūt in hoc. q2 genus ſecūdo modo dictū eſt principium effectiuū et extrinſecū eoꝛum que dependent ab eo. Neqꝫ in quolibet eoꝛū eſt ſm totā ſubſtantiā. licet tñ ſm virtuteꝫ. et ideo nō p̄dicat̄ de ipis. S2 genus logicū eſt principiū foꝛmale et intrinſecū ſuarū ſpēꝝ. et ſm totam ſubſtātiam eſt in qualibet ſpecie. licet nō ſm totā poteſtatē. Et ideo p̄dicat̄ ſubſtantialiter de qualibet ſpecierū. Similiter genus logicū aliquā ſiltudinē habet cū genere ꝑmo modo dicto. in hoc ſcʒ ꝙ ꝯtinet quandā multitudinē ſpēꝝ que ſunt ſub eo ſicut genus primo mō dictū eſt collectio multoꝛū deſcēdentiū ſcʒ ab vno. Sed differunt in hoc. q2 genus primo modo dictū continet ſuas ptes ꝑ modū totius integralis. iō nō predicat̄ de ipſis. Genus aūt logicū continet ſuas ptes ꝑ modū totius eſſentialis. ideo predicat̄ de q̄libet ſpecie ⁊ vocatur totuꝫ vniuerſale ⁊ ſpecies vocantur partes ſubiectiue.

Sciendū quinto. ꝙ definitio generis logici de qua eſt queſtio debet ſic intelligi. Genus eſt cui directe et imediate ꝓprie et per ſe ſupponit̄ ſpēs. Dicit̄ aūt directe ⁊ ꝓprie propter differentiam que nō ponit̄ ꝓprie nec directe ſub genere nec ſpēs ſub drña Quia drña nō eſt ſupra ſpēm. vt q̄d ſpēi ſ3 potius vt quale. Deinde dicitur imediata ſuppōne ⁊ ꝑ ſe ꝓpter indiuidua q̄ nō imediate ⁊ ꝑ ſe ſub genere ponūtur. ſed ꝑ ſpēm Quia etiam ſpēs nō diuidit̄ ꝑ drñs foꝛmales ſ3 multiplicat̄ ꝑ differētias materiales. vt ꝑ idiuidua. iō nec ſub ſpē ponit̄ idiuiduum directe. Licet em̄ ſm propriū oꝛdinem nature ſit poſt ſpēm ⁊ genus. nō tamen ſupponitur generi et ſpeciei. ſed potius habet ipis ineſſe. et ſic patet ꝙ definitio eſt ſufficiēs ſi bene intelligat̄. Unde cū d̄r. ſupponit̄ nō deb3 intelligi ꝑ ſub quecūqꝫ ratio inferioꝛis. ſed oꝛdo eſſentialis participantis et participati

Concluſio. p̄dicta definitio generis ē bene aſſignata. patet ꝑ declaratōem prius poſitā. patet etiam aliunde. q2 genus ſm propriam nois intentōem dicit oꝛdinem ſupioꝛis ad inferiꝰ. g̃ bene declarat̄ ſua ſcatio q̄ñ definit̄ ꝑ illud ad quod dicit oꝛdinem quod eſt ſpecies. et ſic definitio eſt ſufficiens.

¶Dubitat̄. circa exēpla primarum acceptionū generis. vñ habet hoc locus ꝙ ſit principium generationis quēadmodū et pater Reſpondet̄ ꝙ hoc habet a virtute celeſti que diffundit̄ in locatū mediante loco generāte ipm ꝑ quam locus actiue concurrit ad generationem Ideo videmus ꝙ geniti in vno loco ſunt communiter eiuſdem complexionis. eiuſdem figure. eiuſdem quantitatis. eiuſdem coloꝛis. ⁊ eoꝛūdem moꝛum. et ob hoc etiā geniti in vno loco habent inter ſe conuenientiam et ſimilitudinem propter vnitatem virtutis celeſtis. que in ipſis eſt. ſicut filij qui ab eodem patre generantur inter



ſe habent habitudinem et ſimilitudinē. q2 ab eodem patre procedūt a quo in oēs filios aliquid diffunditur

Dubitat̄. Quare genus logicū nō h3 ſimilitudinem cū matre ſicut cū patre. Cauſa eſt q2 mater nō eſt niſi principium materiale generationis. ⁊ genus logicum eſt foꝛmale principiū ſuaꝝ ſpēꝝ ⁊ nō purū materiale

Dubitat̄. quare tēpus nō dicit̄ genus ſicut locus. et quare nō dicit̄ ꝑncipium generatiōis ſicut ⁊ locus. Cauſa eſt. quia tempus eſt magis cauſa coꝛruptionis q̄ꝫ generationis. vt habetur quarto phiſicoꝛū. et per ꝯſequēs non debet dici genus

Dubitat̄ Quare dicit̄ in textu videtur aūt neqꝫ genus neqꝫ ſpēs ⁊c̄. et nō ponitur eſt. Rō eſt. q2 acceptōnes iſte magis ſunt in mente noſtra q̄ꝫ in rerū natura. ideo magis d̄r videt̄ q̄ꝫ eſt. Et eſt aduertenduꝫ ꝙ hoc verbū videt̄ q̄ñqꝫ eſt expſſiuū veritatis apparentis et nō exiſtentis. vt cū d̄r ſyllogiſmus ſophiſticus eſt qui videt̄ ſyllogiſare ⁊c̄. q̄ñqꝫ vero eſt expreſſiuum veritatis ꝓbabiliter ⁊ nō neceſſarie. vt cū dicitur propoſitio dialectica eſt q̄ videt̄ ⁊c̄. q̄ñqꝫ etiam accipit̄ vt eſt expreſſiuum veritatis neceſſarie. et ſic accipit̄ in textu. Et etiā in illo textu accipitur ſimpliciter. id ē vniuoce. q2 nomē vniuocū habet ſe ad equiuocū ſicut ſimplex ad ꝯpoſituꝫ Et ſic dicit textus ꝙ neqꝫ genus neqꝫ ſpecies ſimpliciter. id eſt vniuoce vident̄ dici. Ratio ante oppoſitum ſoluitur ex dictis.

Tripliciter igit̄ cuꝫ genus dicatur de tertio apud ph̄os ſermo eſt. quod etiā deſcribētes aſſignauerūt genus eſſe dicentes qd̄ de pluribꝫ ⁊ differētibꝫ ſpē in eo quod q̄d ſit p̄dicat̄ vt aīal.

Eoꝛū em̄ (q̄ p̄dicant̄) alia quidē de vno ſolo dicuntur ſicut indiuidua vt ſocrates. ⁊ hic et hoc. Alia vero de pluribꝫ quēadmodū genera et ſpēs et drñe et propria et accñtia cōiter ſ3 nō ꝓpria alicui. Eſt aūt genus q̇dem vt aīal. ſpēs vero vt hō. drña vt rōnale. ꝓpriū vt riſibile. accidens. vt albū nigrū ſedere Ab his ergo (q̄ de vno ſolo predicant̄) differūt genera eo ꝙ de pluribus aſſignata p̄dicātur Ab his aūt (q̄ de pluribꝫ a ſpēbꝫ q̇dē q̄m̄ ſpēs et ſi de pluribꝫ p̄dicant̄ nō tñ de differētibꝫ ſpē. ſ3 nūero. homo em̄ cum ſit ſpēs de ſocrate ⁊ platone predicat̄. que nō ſpē differūt a ſeinuicē ſ3 nūero Animal vero cū ſit genus de hoīe ⁊ boue et equo p̄dicatur. q̄ differūt a ſeinuicē ſpē q̄qꝫ nō nūero ſolo a proprio ꝟo differt genꝰ q̄m̄ ꝓpriū q̇dē de vna ſola ſpē (cuius eſt ꝓprium) p̄dicatur ⁊ de his q̄ ſub vna ſpē ſunt indiuiduis: quēadmodum riſibile de homine ſolo ⁊ de pticularibus hoībꝫ. genꝰ aūt nō de vna ſola ſpē predicat̄. ſ3 de pluribus et differētibꝰ ſpē A drā vero et ab his q̄ cōiter ſunt accidentibus differt genꝰ. q̄m̄ ⁊ ſi de pluribus ⁊ differētibꝫ ſpē p̄dicant̄ drñe ⁊ cōiter accidentia. tamē nō in eo qd̄ q̄d ſit predicant̄. ſed in eo qd̄ quale ſit Interrogantibꝫ em̄ id de quo p̄dicant̄ hec nō in eo qd̄ quid ſit dicimus p̄dicari. ſed magis in eo qd̄ quale ſit Interroganti em̄ qualis eſt homo. dicimus rōnalis. ⁊ qualis ē coꝛuus dicimus q̄m̄ niger Eſt aūt rationale quidem drña nigrum vero accidens. Quando autē quid eſt homo interrogamur. animal. reſpondemus. eſt aūt hoīs genus aīal. Quare de pluribus p̄dicari diuidit genus. ab his que de vno ſolo eoꝛū (que ſunt indiuidua) p̄dicātur de differētibus vero ſpecie ſepat genus ab his que ſicut ſpecies p̄dicantur vel ſicut ꝓpria. In eo aūt quod q̄d ſit p̄dicari diuidit genus a differētijs ⁊ cōmuniter accidentibus que non in eo quod quid ſit. ſed in eo quod q̄le ſit vel q̄ūo ſe habet predicantur. Nihil ergo ſupfluū neqꝫ minus ꝯtinet generis dicta deſcriptio

Querit̄ cōſequēter vtrū definitio generis ſit bene aſſignata in qua dicit̄. Genus eſt qd̄ predicatur de pluribus drñtibꝫ ſpecie in eo qd̄ quid eſt Arguitur primo ꝙ nō. q2 generis ē alia bona definitio. g̃ illa ē ſuperflua Secūdo ſic. in iſta definitōne non ponitur genus definiti. igit̄ nō valet Tertio ſic. in primo loco huius definitōnis ponitur illud nomē. qd̄. q̄d de ſe eſt indeterminate ſcatōnis. g̃ eſt mala Quarto ſic. genus ē foꝛma multis cōicabilis. g̃ debet predicari in quale In oppoſitū eſt Poꝛphirius in textu.

Sciendū ꝑmo: ꝙ alia definitio datur de genere ſm ꝙ genus eſt. ſ3 preſens definitio datur de genere ſm ꝙ predicabile ē ⁊ fundatur in prima. q2 genus ſm ꝙ genus ſcat oꝛdinem nature ſuperioꝛis ad inferioꝛa in qua eſſentialiter et actu includitur. Et ideo p̄dicat̄ eſſentialiter. et ſic prima definitio ſolum explicat hmōi oꝛdinem. preſens vero definitio explicat rationem predicandi in illo oꝛdine.

¶Sciendum ſcdo ꝙ intentio generis dicit oꝛdinē. vt iā dictū eſt q̄ oꝛdo in oī predicamēto repit̄. ob h̄ ꝙ intentio generis quodāmō eſt tranſcēdens. et ideo primo loco definitōis ꝯuenienter ponit̄ illud nomē qd̄. qd̄ de ſe eſt incertum et infinite ſcatōis. finit̄ tñ et determinatur ꝑ ſibi adiūcta. et iō pt aliq̇d notificare. Et licet in p̄dicta definitōne nō ponat̄ vl̄e explicite. tñ ſufficiēter intelligit̄ ꝑ hoc qd̄ d̄r qd̄ p̄dicatur de pluribꝫ Supponitur etiam ex diuiſione vniuerſalis in q̄nqꝫ vl̄ia.

Sciendū tertio. ꝙ generi conuenit p̄dicari de pluribus differentibꝫ ſpecie. q2 genus ad eſſe ſpecificū nō deducit̄ niſi diuiſuꝫ ꝑ differētias foꝛmales foꝛmaliter oppoſitas et repugnātes. et iō in eodē ꝯpati ſe nō pñt. et ſic genus p̄dicabile eſt de pluribꝫ differentibꝫ ſpecie.

Concluſio. definitio generis eſt bene aſſignata. patet q2 ſufficiēter explicat naturā generis. et per eā differt genus ab oī eo qd̄ nō eſt genus vt pt3 cuilibet intuenti Et ꝯpetit omni ꝯtēto ſub definito Et nihil ꝯtinet ſupfluū. nec diminutū. igit̄ bñ eſt aſſignata

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶Dubitaꝶ. quid ſit predicari. Reſpondetur ꝙ eſt vnū in alio eſſe ⁊ de alio dici. ⁊ ꝑ notā cōpoſitionis deſignari. que ꝗdem nota ꝯpōnis nō eſt in re ipſa. q2 a ꝑte rei vnū eſt in altero vel nō eſt Et ſi eſt deſignaꝶ ꝑ notā ꝯpoſitōnis. ſi vero nō eſt deſignatur ꝑ diuiſionē Sȝ hec nota ꝯpōis vel diuiſionis ſolū eſt in deſignatōne noſtra

Dubitatur Utrum quale dicaꝶ vniuoce cōuenire ꝓprio accidenti cōmuni differentie ⁊ q̄litati Reſpondeꝶ ꝙ nō. imo quale dr̄ quatuor modis Uno modo dr̄ quale quod eſt denoīatiue dictū ab aliqua q̄tuor ſpecierū de genere qualitatis. vel q̄uolibet aliter ab eis. Et ſic p̄dicari in quale ſolis qualitatibꝫ cōuenit. Scd̄o mō dr̄ quale quod eſt cōſequens eſſe indiuidui. ⁊ ſic oē accidens dr̄ quale. Tertio modo dr̄ quale qđ eſt cōſequēs principia eſſentialia ſpeciei. ⁊ ſic ꝓpriū p̄dicatur in quale Quarto modo dr̄ quale qđ eſt determinatiuum potentie generis ad eſſe ſpēi. et hoc modo differētia dr̄ predicari in quale Uerū tñ aliqua ſunt q̄ dicunꝶ q̄le quid ſignificare. ⁊ tamē nō p̄dicanꝶ in quale vt genera et ſpēs de p̄dicamēto ſubſtantie. Quia ibi accipiꝶ q̄d vt diſtinguiꝶ cōtra hoc aliquid Et ita oīs natura q̄ nōdū eſt determinata in vltimo actu nature. ſed adhuc qualificabilis eſt ſiue per differentias formales. ſiue materiales quale quid dicitur.

Dubitaꝶ. quot modis dicitur aliquid predicari in quid. Reſpondeꝶ ꝙ tribꝫ modis. Primo ⁊ principaliter diciꝶ p̄dicari in quid qđ de ſua natura eſt quid et etiam de modo ſ̄candi dicit quid. vt genera ⁊ ſpecies de predicamento ſubſtantie. Secūdo modo dicitur predicari in quid quod de natura ſua non eſt q̄d ſed ſolū de modo ſ̄andi vt genera ⁊ ſpēs accidentium. Tertio mō dr̄ predicari in quid quod dt̄ totam q̄dditatem rei explicite ⁊ ꝯuertibiliter a p̄ma potētia vſq; ad vltimū actum et oīs actus intmedios cuiuſmōi eſt definitio q̄dditatia

¶Dubitaꝶ Quid eſt quidditas. Reſpondetur cū doctore ſolēni. ꝙ q̄dditas ē. qua aliq̄d habet eē q̄d determinati generis ⁊ q̄d determinate ſpēi. Unde eēntia q̄dditas ⁊ natura idē ſ̄cant re ſed differūt rōne. Nā dr̄ eēntia ſ̄m ꝙ ꝑ eā ⁊ in ea res habet eē. Sed q̄dditas ꝓ quāto explicabilis eſt ꝑ definitōem quidditatiuā. ideo nomē eēntie in nomē q̄dditatis apud pħos trāſlatū eſt. ſȝ eadē res dr̄ natura ꝓ quanto eſt principiū ꝑ ſe motus et opationis eius in quo eſt

Dubitatur. quid eſt ſuppoſitum. Reſpōdeꝶ cū doctore ſubtili ꝙ ſuppoſitū ē q̄d nulli alteri initiꝶ vt ſit nec habet naturalem aptitudinē vt innitatur. et ſic de ratione ſuppoſiti duplex ē innitēcia. ſ. actualꝭ ⁊ aptitudinalꝭ.

Dubitatur. Utrū hec conſequētia ſit bona Genus eſt quod predicaꝶ de pluribꝫ. g̃ genus eſt genꝯ Reſpondeꝶ ꝙ nō. q2 in ſecūdis intentionibꝫ nō reperitur verū genus Nā illud cui attribuiꝶ vera intentio generꝭ aut ſpēi debet ſ̄care naturam realeȝ. Et ita ſi a parte ſubiecti in ꝯſequēte accipiatur genus ꝓ ſecunda intentione cōſequētia nō valet. Sed ſi accipiatur ꝓ re ſubiecta intētioni tunc cōſequēs eſt verum

Dubitatur. vtrū iſte propoſitiones ſint cōcedende. animalitas eſt genus humanitas eſt ſpēs Reſpōdet Auicēna ꝙ nō. quia hec nomina ſignificāt formas ꝑ modū forme tm̄ cū pciſione materie habētis eam. ideo eis non cōuenit ratio predicabilis, neq; de ipſis aliquid proprie p̄dicabile eſt. Et ſic iſta nō eſt cōcedēda. humanitas eſt aīalitas. Sȝ vt dicit Auicēna. hūanitas eſt tm̄ humanitas. ⁊ eſt tantū principiū formale ſpēi ſcȝ hoīs.

Dubitaꝶ. vtrū indiuiduū de ſeipſo prediceꝶ. Uideꝶ ꝙ nō. q2 dicit Areſto. in p̄dicamētis a p̄ma ſubſtantia nulla exit predicatio Indiuiduū etiā in nullo eſt neq; eſt in ſeipō cū nihil ē in ſeipō. vt dt̄ pħs in q̄rto phiſicoꝝ. ſȝ dici de p̄ſupponit eē in In ꝯtrariū arguit Boetius nulla eſt verior predicatio q̄ȝ in qua idem predicaꝶ de ſeipſo. dt̄ etiā textus ꝙ indiuiduū eſt qđ predicaꝶ de vno ſolo. Reſpondeꝶ ꝙ indiuiduū predicaꝶ de ſeipſo p̄dicatōe cōiter dicta ⁊ de nullo p̄dicatōe ꝓprie dicta quo modo loquitur Areſto. in eſt p̄dicamētis

Dubitatur. vtrū indiuiduū vagum ſit predicabile de pluribus. Pro dubio preſuppoiꝶ ex dictis ſupra ſummulas ꝙ indiuiduū quatuor modis deſignari poteſt. et ad queſitum tunc reſpondetur ꝙ indiuiduum vagum poteſt dupliciter conſiderari. Uno mō ex parte nature cōis inclinate ad ſuppoſitum ꝑ ſignū ꝑticulare ⁊ ſic habet aliquo modo conditōem ſpeciei ſi ſit indiuiduum ſpēi. vel etiā generis vel dr̄itie. Sed nō ſequiꝶ propterea ꝙ ſit predicabile ꝓprie dictum. quia nō predicaꝶ de pluribus propria predicatione ſed ſolum p̄dicatione aliena. Secūdo modo poteſt ꝯſiderari ex parte ſigni ꝑticulariſantis. ⁊ ſic nō predicatur niſi de vno ſolo.

Ad rōes. Ante oppoſitum tres prime ſolute ſunt. Ad quartā dr̄ ꝙ q̄ȝuis genus ſit forma multis ꝯmunicabilis. et hoc modo quodāmodo poteſt dici q̄lificabilis. q2 tamē hmōi forma ſignificatur noīe generis nō ꝑ modū forme formātꝭ ſȝ ꝑ modū forme formabilis ideo ſ̄catur talis forma per modum materie ⁊ ſubſtantie. quare predicatur in quid ⁊ nō in quale Bene tamen dicitur quale quid. vt dictum eſt. differētia vero que predicaꝶ in quale non predicaꝶ in quale q2 ſ̄cat qualitatē. ſȝ quia eſt qualificans ⁊ determinans genus. genus em̄ differētia ⁊ ſpecies idem ſignificāt ſ̄m rem. vt dicit doctor ſanctus in de ente et eſſentia. ſȝ rōne differunt

Pecies aūt dr̄ q̄dem et vniuſcuiuſq; rei forma. ſ̄m quam dcm̄ eſt priami quidem ſpecies digna eſt imperio. Dicitur aūt ſpēs et ea q̄ ē ſub aſſignato genere. ſ̄m quā ſolemus dicere hoīem quidē ſpēm animalis cū ſit genꝯ animal. albū aūt coloris ſpeciē. triangulū vero figure ſpecieȝ Et ſi genꝯ etiaȝ aſſignātes ſpēi meminimꝯ dicētes ꝙ de pluribꝫ differētibꝫ ſpē in eo qđ q̄d ſit predicaꝶ: Et ſpēm dicimꝯ id qđ ſub genere ē Noſſe aūt oꝑtȝ q̄m et genꝯ alicuiꝯ eſt genꝯ et ſpēs alicuiꝯ ē ſpēs. id circo nccē eſt in vtrorumq; rationibus vtriſq; vti

Queritur. vtrum definitio ſpeciei ſit bñ aſſignata in qua dicitur. Species eſt que ponitur ſub aſſignato genere. et de qua genus in eo q̄d quid eſt predicatur. Et arguitur ꝙ non. quia genus definitur per ſpeciem. ergo ſpecies non debet definiri per genus. Conſequentia tenet. quia eſſet circulatio in definitionibꝫ. et ſic eſſet idem notius et ignotius prius ⁊ poſterius ſeipſo Secūdo. indiuiduum generis imediate ſub genere poniꝶ. ergo definitio ſpēi aliis a definito ꝯpetit Tertio vt dicit Auicenna pūctus eſt ſpēs. ⁊ tamē nō poniꝶ ſub genere. neq; genus de ipſo predicaꝶ. q2 hec nō eſt vera pūctus eſt quātitas. g̃ definitio eſt inſufficiens. In oppoſitū eſt porphirius in libro ſuo

¶Sciendū p̄mo. Et ſicut nomē generis multiplex eſt. et prius fuit in vſu ciuiliter loquentiū. et inde tranſlatum eſt ad vſum philoſophorū. Ita etiā dicendū eſt de ſpecie. ideo relinquēdo aliquas acceptōnes ſpeciei dicit textus ꝙ ſpecies dupliciter dr̄ Primo dr̄ ſpēs vniuſcuiuſq; rei forma ſiue pulchritudo ſ̄m quā acceptōem dictū eſt ꝙ ſpēs primi digna fuit imꝑio. Et vocaꝶ pulchritudo rei forma. q2 ab actu quē dat forma venit pulchritudo. ideo quāto aliq̄d actualius eſt. tanto pulchriꝯ eſt. Sed a potentialitate cuius radix eſt materia venit turpitudo. ideo quāto aliquid potentialius eſt tāto turpius eſt. Et ſic acceptio ſpēi apud ciuiles ortū habet ex acceptōne nois ſpēi apud naturales. q2 pulchritudo rei oritur a forma. que quidē forma etiam dr̄ ſpecies Scd̄o mō ꝑ ſilitudinē ad iſtā acceptōem dr̄ ſpēs illud qđ ponitur ſub aſſignato genere. quoniā illud qđ poniꝶ ſub genere tanq̄ȝ ſpēs ad genus ſe habet vt actus ad potentiam. et ſic ſe habet pulchritudo ad turpitudinem.

¶Sciendum ſcd̄o ꝙ definitio ſic debet intelligi. Spēs eſt que directa ⁊ immediata ſuppoſitione proprie ⁊ per ſe ponitur ſub aſſignato genere. Et ſic illa p̄poſitio ſub nō dicit quācūq; inferioritatem. ſed dt̄ ordinem ꝑticipantis ad ꝑticipatū. Et dicitur in definitōne ſub aſſignato genere. q2 ſpēs nō pōt eſſe vaga ſub genere. quoniā eſt ſemꝑ determinatum genus qđ eſt de quidditate ipſius ſpeciei.

Sciendū tertio. ꝙ illa prepoſitio ſub. nō ſolum dt̄ inferioritatem neq; etiam ſolū ordinē. ſed cū hoc dicit cām ſiue principiū poſitōnis et ordinatōnis. q̄ q̄dē poſitio ſpēi tota principiaꝶ ex genere. q2 nihil habet ſpēs qđ nō acceperit ab ipō genere. Et ꝑ hoc ſoluiꝶ argumētum quod fit de indiuiduo generis. q2 genus nō eſt tota cauſa aut p̄ncipium ſue poſitōis. Quia aliq̄d habet qđ nō accipit a ſuo genere ſcȝ principium indiuiduatōis qđ capit a materia.

Sciendū quarto. ꝙ peripothetici predicte definitōni qua diciꝶ. Species eſt que ponitur ſub aſſignato genere addiderūt illā ꝑticulā et de qua genus in eo qđ quid eſt p̄dicatur. Nam ſpēs poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo ſ̄m conſtitutōem ipſius a genere. et ex illo habet ꝙ ponaꝶ ſub genere. Alio modo ſ̄m ordinē eſſentialē quem habet ad genus qđ eſt de intellectu ſpēi et ex illo habet ꝙ de ipā predicetur in eo quod quid eſt.

Concluſio. predicta definitio ſpēi bene eſt aſſignata. patet ꝑ conditōnes bone definitōis.

Dubitaꝶ primo. Quare poſt tractatum de genere non ponitur tractatus de differentia cuȝ tamen ſit principium eſſentiale ſpēi. Reſpondetur ꝙ plures pn̄t aſſignari cauſe. quarū primā aſſignat textus ꝓpter correlationem generis ad ſpēm. et ſpeciei ad genus. ideo dt̄ textus ꝙ neceſſe eſt in vtrorūq; rationibꝫ vtriſq; vti Secūda poteſt eſſe. q2 genus actu et intellectu includitur in ſpē et non in differentia. quia differentia nō participat genus. Tertia poteſt aſſignari cauſa. quia genꝯ et ſpecies in modo predicandi plus ꝯueniūt.

Dubitaꝶ ſecūdo. quare neceſſe eſt vnū definiri ꝑ reliquū. Cauſa eſt. q2 eſſe relatiuoꝝ eſt ad aliud ſe habere. definitio aūt eſſe rei indicat. Ubi aduertendum ꝙ reſpectiua pn̄t tripliciter conſiderari. Uno mō inq̄ȝtum ſunt ſimul natura. Secundo modo inq̄ȝtum ſtꝭ ad inuicem mutuo depēdentia. Tertio modo inq̄ȝtum illa q̄ ſic referuntur ſunt ipſam relatōnem que de ipſis eſt et ꝑ quā referūtur cauſantia. Primo nō nccē eſt ꝙ in vtroq; ſit vna forma equaliter ſe habens ꝑ quā dicātur ſimul natura. Et illa forma eſt ipā relatio que accepta eſt vt vna ſecluſis terminis ⁊ indifferēs. Et hoc mō relatiua nō definiūtur ꝑ ſeinuicē. q2 ſunt ſimul natura. ⁊ definitio ſꝑ notior eſt definito. Secūdo modo vtrūq; relatiuorum p̄t eſſe notius et ignotius prius et poſterius Notiꝯ quidem cū eſt terminus depēdentie. Ignotius vero cū dependens ſit ⁊ ſic vtrūq; ꝑ alterū definiꝶ. Sed ſi tertio modo conſiderentur reſpectiua vnū bene eſt cauſa alterius. et non econuerſo. ſicut pater eſt cauſa filii ꝑ actū generationis et non ecōtra. Et illud quod genus eſt p̄ncipium huius quod eſt ſpēs. et ita vnū poteſt definiri per aliud et nō ecōtra Et ſ̄m hanc diſtinctionem poteſt dici ꝙ quedā relatiuorū definitio eſt ſicut demonſtrationis principium. illa ſcȝ que datur de relatiuis ſ̄m ꝙ vnum eſt cauſa alterius. Et alia definitio eſt ſicut cōcluſio demonſtrationis illa ſcȝ per quam relatiua ꝑ ſeinuicem definiuntur. Nam ex hoc ꝙ genus eſt principium ſpeciei cōcluditur ꝙ genus non eſt genus ſuipſius ſed ſpeciei genus. Et ex hoc ꝙ ſpēs eſt principiata a genere determinato concluditur ꝙ ſpecies non eſt ſui ſpecies. ſed generis. Eſt tamen verum ꝙ genus et ſpecies poſſunt ſeinuicem definire quando capiuntur materialiter ꝓ primis intentionibus. et hoc in diuerſis generibus cognitionum et reſpectu diuerſorum

Dubitatur. Quid eſt participare Reſpōdetur ꝙ duobus modis ꝑticipare ſumitur. Uno modo logicaliter. et ſic definitur in quarto thopicorū. participare eſt in ſe participatum et rationem participati ſuſcipere. Et hoc modo vt dictum eſt differentia non participat genus. ſed ſpecies genus participat. Alio modo dicitur ꝑticipare realiter. et hoc dupliciter. Uno modo minus proprie prout idem eſt ꝙ mutari ꝑticipatum. quando ſcȝ effectus non capit rationem efficientis ſ̄m vnam rationem in ſpecie. ſed ſolum ſ̄m quādam ſimilitudineȝ virtutis ſicut in dr̄ītibus ſpecie et equiuocis. Alio modo dicitur proprie et ſic participare eſt idem ꝙ ꝑtem actualitatis ſeu proprietatis alicuius realiter et formaliter accipe. ſicut quodlibet calidum formaliter participat calorem. non tamē totam actualitatem capit. alias eſſet calidum per eſſentiam. Et hoc modo quodlibet ens diciꝶ ꝑticipare eſſe Et materia formam.

¶Ad rōnes. Que prime ſolute ſunt Ad tertiaȝ diciꝶ. ꝙ punctus nō poniꝶ in genere quātitatis tanq̄ȝ ſpecies ſed tanq̄ȝ principiū ⁊ terminus linee Et etiā tanq̄ȝ cōtinuatio et diuiſio partiū eius

Aſſignant ergo et ſic ſpēm. ſpēs eſt qđ poniꝶ ſub aſſignato gn̄e. Et de qua genꝯ in eo qđ q̄d ſit predicatur Amplius aūt ſic quoq; ſpecies ē



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qđ de pluribꝰ et differentibꝰ nūero in eo qđ q̄d ſit ꝑdicaꝛ. ſʒ hec q̄dē aſſignatio ſpēi ſpēaliſſime ē et q̃ ſolū ſpēs eſt alie vero erūt ⁊ nō ſpēaliſſimarū

Planū aūt erit qđ dꝛ hoc modo in vnoquoqꝫ ꝑdicamēto ſunt q̄dā generaliſſima ⁊ rurſus alia ſpēaliſſima: et inter generaliſſima ⁊ ſpēaliſſima alia Eſt āt generaliſſimū q̄dē ſupra qđ nullum aliud eſt ſupueniēs genus. Spēaliſſimū aūt poſt qđ nō erit alia inferior ſpēs. inter generaliſſimū āt ⁊ ſpēaliſſimū ⁊ genera ⁊ ſpēs ſunt eadē ad aliud quidē ⁊ ad aliud ſumpta. Sit aūt in vnoquoqꝫ predicamēto manifeſtū qđ dꝛ ſubſtātia eſt qđdā ⁊ ipā eſt genus. ſub hac autē corpus. ſub corpe vero aiatū corpus. ſub quo animal. ſub aiali rōale aial ſub quo hō. ſub homine vero ſocrates et plato ⁊ q̄ ſunt particulares hoīes. Sed horū ſubſtātia quidē generaliſſimū eſt ⁊ qđ genus ſolū. homo vero ſpēaliſſimū qđ ſolū ſpēs ſit. corpus vero ſpēs quidē eſt ſubſtātie. genus vero corpis aiati. et aiatū corpus ſpēs quidē eſt corpis. genus vero aialis. aial aūt ſpēs q̄dē eſt corporis aiati genꝰ vero rōnalis aialis. ſed rōnale aial ſpēs quidē eſt aialis. genus aūt hoīs. homo vero ſpēs quidē rōnalis aialis. nō aūt genus ꝑticulariū hoīm. ſʒ ſolū ſpēs. et oē qđ ante indiuidua ꝓximū eſt. ſpēs erit ſolū nō etiā genꝰ Queadmodū igiꝛ et ſubſtantia cū ſuprema ſit. eo ꝙ nihil ſup eā ſit genus eſt generaliſſimū. ſic et hō cū ſit ſpecies poſtq̄ nō ſit alia inferior ſpēs. neqꝫ aliq̄d eorū q̃ poſſunt diuidi. ſʒ ſolū indiuidua. indiuiduū eñ eſt ſocrates et plato. ſpēs erit ſola et vltima ſpēs. ⁊ vt dictū eſt ſpēaliſſima. Que vero ſunt in medio coꝝ quidē que ſupra ipā ſunt erūt ſpecies. eoꝝ vero q̃ poſt ipſa ſunt erunt genera.

Queriꝛ. Utrum definitio ſpēi bñ ſit aſſignata in qua dꝛ. Spēs eſt qđ predicaꝛ de pluribꝰ differētibꝰ nūero in eo qđ q̄d eſt Arguiꝛ ꝙ nō. qꝛ ſpēi eſt alia bona definitio. ergo iſta eſt ſupflua. Itē iſta definitio generi cōuenit. ergo eſt inſufficiēs In oppoſitū ē porphiriꝰ i textu

Sciendum ꝓmo. ꝙ prima definitio datur de ſpē incōplexū ſpēs eſt ſm habitudinē ſcʒ quā iportat ad genus per modū inferioris ſiue ſubiecti. Sed preſens definitio datur de ſpecie ſumpta in ratione predicabilis ſm habitudinem ſcʒ ad inferiora in quibus eſt.

Sciendum ſecūdo. ꝙ Auicēna in iſta definitione addit iſtam dictionem excluſiuam ſolum dicēdo de differentibus numero ſolum. excludendo ea que aliter differūt q̄ numero. Et per hoc excludit ſecundā inſtantiā de genere factā. Sʒ venerabilis dominus Albertus illam inſtātiam ſoluit dicēs. ꝙ genus nō imediate predicatur de pluribꝰ differentibus numero. quia nō participaꝛ ab eis. niſi in quodā participante ſcʒ ſpecie. et hec reſponſio melior eſt. Poſſet etiā dici ꝙ equiuoce accipitur predicari de pluribꝰ cum diciꝛ ꝙ genus ⁊ ſpecies predicanꝛ de pluribꝰ. Quia cū diuiſio ſit cauſa multitudinis et duplex reperitur diuiſio ſcʒ formalis que eſt ꝑ differentias formales. et materialis que fit per differentias materiales. ita duplex ē multitudo ſiue pluralitas. ſcʒ multitudo formalis ſpecierū. et multitudo materialis indiuiduorū. Et ſic genus predicaꝛ de pluribus differentibꝰ formaliter. ſpēs vero de pluribꝰ materialiter.

Sciendū tertio ꝙ preſens definitio ſoli ſpēi ſpecialiſſime conuenit. que immediate predicaꝛ de pluribus differentibꝰ numero in eo ꝙ quid eſt. Predicta vero definitio conuenit ſpeciei ſubalterne. et etiā ſpecialiſſime cum vtraqꝫ ponatur ſub aſſignato genere Concluſio predicta definitio ſpeciei eſt ſufficiens. patet ꝑ conditiones bone definitionis.

Dubitatur. Utrum nomē ſpeciei prius dicaꝛ de ſpecie ſpecialiſſima q̄ ſubalterna. Arguit Auicenna ꝙ nō quia deſcendēti a genere generaliſſimo ꝓus occurrit ſubalterna. ideo per prius de ſubalterna dicitur Item accipiēti alicuius rei cognitionē prius occurrit in intellectu ſpēs ſubalterna. ergo videtur ꝙ nomē ſpeciei prius conueniat ſpeciei ſubalterne. In oppoſitum arguitur. quia nomē ſpeciei ad logicum tranſlatum eſt per ſimilitudinem quā habet ad acceptionē ſpeciei ciuilem. Sed ſpecies ciuiliter accepta eſt pulchritudo rei. Cum ergo in ſpecie ſpecialiſſima ſemꝑ habeatur vel ſit maior pulchritudo q̄ in ſubalterna. Quia ſpecies ſubalterna adhuc potentialis eſt et diuiſibilis ⁊ ſpecies ſpecialiſſima non. ſequitur ergo ꝙ ſpecies ſpecialiſſima magis aſſimilatur acceptōni ſpēi ciuili q̄ ſubalterna. Et per ꝯſequens prius trāſlatum eſt nomē ſpeciei ad ſpeciē ſpecialiſſimā q̄ ad ſubalternam. Et iſtud cōceditur q̄uis in hac parte dicat dubitare ſe Auicenna. Et ſic dicitur ad rationes ante oppoſitum dubij factas ſimul ꝙ prioritas occurſus in cōpoſitione rei. aut in cognitione nō attenditur in tranſlatōne nominis. ſed ſola ſimilitudo cōſideratur. ideo vbi eſt maior ſimilitudo ad illud eſt primo tranſlatio.

Dubitatur. Utrū ſpecies in ratione predicabilis poteſt definiri. Uidetur ꝙ nō. quia Areſto. primo thopicorum nō ponit ſpecialiſſimam ſpeciem inter predicata propter defectum ſubiecti. imo in problematibus dyalecticis ſolum ſubijcitur et nō predicatur. Et ſic videtur ꝙ nō habeat rationem predicabilis ſed ſubijcibilis tm̄ Et hoc confirmatur. quia ſpecies ſub ſe nō hʒ niſi idiuidua q̃ ſunt ſenſibilia et infinita. et etiā relinq̄nda ab arte ⁊ ſcia. ergo nō hʒ ſubijcibilia et iō in ſpē ſpēaliſſima iubet plato quieſcere. ergo videꝛ ꝙ non poteſt habere rationem predicabilis. Ad dubium reſpondetur ꝙ ſpecies ſpecialiſſima habet rationē predicabilis et in ratōne predicabilis definiri poteſt definitione poſita in titulo queſtionis. probatur. quia omne vniuerſale predicabile eſt. imo vniuerſale incōplexum, vniuerſale non habet rationem ſubijcibilis ſed predicabilis tm̄ Sed ſpecies ſpecialiſſima eſt vniuerſale. ergo ſequiꝛ ꝙ eſt ꝑdicabile Aſſumptum patet. quia vniuerſale incōplexū huiuſmodi diciꝛ vnū in multis et de multis. ergo vniuerſale incōplexum vniuerſale nō dicit aliquem reſpectū ad aliquod ſuperius quod ſit in eo. ⁊ per conſequens incōplexum vniuerſale non importat rōnem ſubijcibilis. ergo ⁊c. Et ad primā rōnem dꝛ negando ꝯſequentiam. qꝛ ad hoc ꝙ aliquod ſit predicatū requiritur ꝙ habeat ſubiectū de quo poſſit terminari ꝓblema dialecticū ꝑ ꝯſideratiōes thopicas que ſunt maxime vniuerſales. ⁊ nō dantur de ſingularibꝰ. Et ideo in omni problemate dyalectico ſubijciꝛ ſpēs. Et ad ꝯfirmatiōeʒ dꝛ ꝙ indiuiduū poteſt dupłr cōſiderari. Uno mō vt eſt res nature ꝯmunis in qua ſtat nature ipſius fluxꝰ que eſt eſſentialis definitio indiuiduoꝝ. Et ſic ſcatur indiuiduū dicendo aliq̄s homo aliq̄s bos. ⁊ hoc modo cadūt indiuidua ſub arte rōne nature ſpecifice que in ipſis eſt ⁊ ſubijciuntur ſpēi. Alio modo poſſunt ꝯſiderari ex parte materie ſignate ⁊ accidentiū indiuiduantiū. ⁊ hoc modo īdiuidua infinita ſunt infinitas habentia differentias. ⁊ relinquēda ſunt ab arte ⁊ ſcia. Et ſignificantur per nomina diſcreta. quia per accidentia īdiuiduantia fit diſcretio vnius ab altero. ⁊ ex hac parte non ſubijciuntur ſpēi. Et cum allegatur ꝙ in ſpecialiſſimis iubet plato quieſcere. Reſpōdetur ꝙ hoc ideo eſt. qꝛ in ipſis terminatur proceſſus formalis qui eſt per diuiſionem factam ⁊ differentias formales. et incipit nouus proceſſus ſcʒ materialis qui fit per differentias materiales et penes diuiſionem materie. que quidē diuiſio materie fit per accidentales differentias. que non poſſunt comprehēdi ſub arte. quia infinite ſunt. Et ideo etiam relinquenda ſunt indiuidua ab arte ex parte illarū differentiarum. quia infinita ſunt. Ad rationes ante oppoſitum dicēdū ꝙ ſoluūtur ex dictis.

Quare hec quidē duas habēt hītudines. eā q̃ ad ſuperiora ſm quā ſpēs ipſorū eſſe dicūtur et eam que eſt ad poſteriora ſm quā gnā ipſoꝝ eſſe dñr. extrema vero vnā habēt hītudinē. nā et gnāliſſimū ad ea quidē que poſteriora ſunt hʒ habitudinē: cū genus ſit oīm id quod eſt ſupremū eā vero q̃ eſt ad ſupiora non hʒ. cū ſit ſupmū et primū principiū. Spēaliſſimū aūt vnā habet habitudinē eā que eſt ad ſupiora quorū eſt ſpēs. eā vero que eſt ad poſteriora nō hʒ ſed etiā indiuiduorū ſpēs dꝛ. ſed ſpecies quidē idiuiduoꝝ velut ea cōtinens Species aūt ſupioꝝ velut que ab eis cōtinetur Determināt ergo generaliſſimū ita: qđ cū ſit genus nō ē ſpēs: Et rurſus ſupra q̄d non eſt aliud ſupueniens genꝰ Spēaliſſimū autē qđ cū ſit ſpēs nō eſt genꝰ Et qđ cū ſit ſpēs nūq̄ diuiditur in ſpēs. Et qđ de pluribus et differentibus nūero in eo qđ quid ſit predicatur Ea vero q̃ in medio ſunt extremorum ſubalterna vocātur genera et ſpēs et vnūquodqꝫ iporuʒ genꝰ et ſpēs eſſe poſſunt ad aliud q̄dem et ad aliud ſumpta. Ea vero (que ſunt ante ſpēaliſſima vſqꝫ ad generaliſſimū aſcēdentia) et genera dicūtur et ſpēs et ſubalterna gnā Ut agamennon et atrides et Pelopides et tantalides et ad vltimum Iouis

Queritur. Utrum vniuerſalia intermedia in vnoquoqꝫ predicamento duas habeant habitudines et extrema vnam ſolam. ¶ Arguitur primo ꝙ non quia intermedia ſunt vniuerſalia. vniuerſale autem eſt predicabile. predicabile vero dicit ſolum habitudineʒ ad ſubijcibile quod eſt inferius ſibi. ergo intermedia ſolū habent vnam habitudinem. ¶ Secundo ſic. Species ſpecialiſſima eſt vnum de extremis. ⁊ tamen habet habitudinē ad genus ſm quam ſpecies ſiue ſubiectum dicitur. ⁊ etiā habet habitudinem ad indiuidua ſm quaʒ vniuerſale ſeu ꝑdicabile dꝛ. ergo duas hʒ habitudines. In oppoſitū eſt Porphirius in p̄ſenti libro

Sciendum eſt primo. ꝙ in vnoquoqꝫ predicamento neceſſe eſt vnum ſupremum eſſe quod generaliſſimum dicitur. ⁊ plura ſpecialiſſima. ⁊ plura intermedia que ſubalterna vocantur. Cuius ratio eſt. quia aſcenſus fit per collectionem que eſt multorum in vnum. ſed deſcēſus fit per diuiſionem que eſt vnius in plura ꝑticularia

¶ Sciendum ſecūdo Et ſupremum in quolibet predicamento ideo vocatur generaliſſimum. quia nō habet ſupra ſe genus ſuperueniens. ſed infimum diciꝛ ſpecialiſſimum. eo ꝙ non habet ſub ſe aliquod ꝯmune quod diuiſibile ſit in partes ſubiectiuas.

Sciendum eſt tercio. ꝙ in vnoquoqꝫ predicamento reperitur generale generalius generaliſſimuʒ. ſpeciale ſpecialius ſpecialiſſimum. Cum eñ hec intentio generis dicat ordinem inferioris ad ſuperiora. quanto ergo ad plura ſuperius eſt. tanto generalius eſt Etiam hec intentio ſpecies dicit ordinem inferioris ad ſuperius. ideo q̄to aliuid inferius eſt tanto ſpecialius eſt.

Sciendū eſt quarto. ꝙ in vnoquoqꝫ predicamento illa que inter primum quod generaliſſimum dicitur. ⁊ infimum quod ſpecialiſſimuʒ dicitur ſunt media. et ſunt eadem in ſubſtantia. ad aliud ⁊ ad alud tamen comparata ſunt genera ⁊ ſpecies. ⁊ hec vocātur ſubalterna. non capiendo ſubalternum vt ſolum dicit aliquid ſub alio natum. ſed vt dicit illud quod ſubalternatim ordine ſuperioris ⁊ inferioris formaliter poſitum eſt. Et iſta que dicta ſunt declarat Porphius faciens arborem quandā predicabilium de genere ſubſtantie. et ꝯformiter poſſet fieri de alijs predicamentis. que quidem arbor clare ſubſequitur hic ſm formam textus. ¶ Si vero dicat aliquis ꝙ ſit repugnātia in adiecto dicendo genus ſubalternum qꝛ genꝰ dꝛ ſuperpoſitionem. ſubalternum vero ſuppoſitionem Reſpondeꝛ ꝙ nō eſt repugnantia. quia ab alio habet aliquod quod eſt genus. ⁊ ab alio ꝙ ſit ſubalternum. dicitur eñ genus per habitudinem quam habet ad inferiora. ⁊ ſubalternū per habitudinem ad ſuperiora

Sequitur arbor Porphiriana

Arbor Porphiriana

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sortes | | Plato. | Compõ ex natura ꝛ ſuppoito |
| | Homo | | |
| Mortale | | Immortale | |
| | Animal rõnale | | |
| Rationale | | Irrationale | |
| | Animal | | |
| Senſibile | | Inſenſibile | |
| | Corpus aiatum | | |
| Animatũ | | Inanimatũ | |
| | Corpus | | Compõ ex materia ꝛ forma |
| Corporea | | Incorporea | |
| | Subſtantia | | Compõ ex genere ꝛ dr̃ia |
| Cõpõ ex ẽe ꝛ eẽntia | Ens extra | | Compõ ex ſubiecto ꝛ accñte |

Concluſio. Intermedia habent duas habitudines. extrema vero vnã ſolam. Concluſio ſatis pꝫ ex dictis. Et ſi obijciat aliqs ꝙ ſuba que eſt genus generaliſſimũ habet habitudinẽ ad aliquod ſuperius. ſcꝫ ad ens. Reſpondet Porphi. ꝙ nõ habet habitudinẽ ad aliqđ ſuperius quod eſt genus. quia ens nõ dicitur vniuoce de decem p̃dicamentis

Dubitatur primo: vtrum intermedia inter genus generaliſſimũ ꝛ ſpẽm ſpẽaliſſimã in aliquo ordine p̃dicamentali ſint media eodeꝫ mõ. ſicut colores medij ꝑ participatõem extremoꝝ. Rñdeť ꝙ nõ. imo multiplex eſt dr̃ia inter hec media ꝛ illa Prima dr̃ia. qꝛ colores medij cauſanť ꝛ p̃ncipianť a p̃ncipijs ꝛ cauſis extremoꝝ. ideo ſm naturã poſteriores ſunt vtroqꝫ extremo. ꝛ dicũtur media ꝑ participatõem vtriuſqꝫ extremoꝝ. Media aũt inter generaliſſima ꝛ ſpẽaliſſima nõ cauſanť ab vtroqꝫ extremo. ideo nõ ſunt poſteriora vtroqꝫ. Nec debẽt dici media ꝑ participatõem vtriuſqꝫ. ſed debent dici media poſitiõe et ordine inter extrema. Vñ qꝛ qđlibet medium eſt in ſupremo vŕiter. ꝛ in ipſo medio eſt vŕiter illud qđ eſt poſterius eo. ideo ſupremũ eſt p̃ncipiũ medij. ꝛ mediũ eſt p̃ncipium poſtremi. Alia dr̃ia eſt. qꝛ colores medij nõ participant extremos eſſentiaŕr. ſed ſolũ ꝑ quãdam mixtioneꝫ eãrum extremoꝝ. Sed mediũ inter generaliſſimũ ꝛ ſpẽaliſſimũ eſſentiaŕr participat generaliſſimũ ꝛ participatur a ſpecialiſſimo

Dubitatur ſecũdo. Qualis diuiſio eſt cum dr genus diuiditur in genus generaliſſimũ ꝛ ſubalternuꝫ et ſimpŕr queriť de diuiſione ſpẽi. Rñdet dñs Albertus ꝙ eſt diuiſio ſubiecti in accñtia. qꝛ generaliſſimũ ꝛ ſubalternũ noiant rõnes accidentiũ ſuppoſitõis ꝛ ſuprapoſitionis in tali ordine p̃dicabiliũ

Dubitatur tercio. Utrum ab eodeꝫ habeat ſpẽs ꝙ dicať ſpẽs. ꝛ ꝙ dicať ſpẽaliſſima. vel ꝙ dicať p̃dicabile de pluribꝫ numero differentibꝫ. Reſpondeť ꝙ nõ. qꝛ dr ſpẽs ex eo ꝙ ipa generi ſupponiť. ꝛ dr ſpẽaliſſima. nõ ex eo ꝙ ſibi nõ ſupponiť ſpẽs. ſed ex eo ꝙ ſm totã ſubſtantiã et ſm poteſtatẽ eſt in quolibet indiuiduo ꝛ multiplicabilis numeraŕr ꝑ materie diuiſionẽ ꝛ tota ſubſtantia cuiuſlibꝫ indiuidui exiſtens habet ꝙ p̃dicetur de pluribꝫ differentibus numero in eo qđ quid eſt.

Dubitatur quarto. Utruꝫ ſpẽs ſpẽaliſſime poſſunt eſſe infinite. Rñdetur ad dubiũ ꝙ a Porphirio dr ꝙ genera ſunt in numero finito ꝛ ſm naturam ꝛ quo ad nos. ſunt eñ decem in numero. ꝛ oĩe p̃dicabile ꝓprie dictum ſub aliquo ipſorũ ꝯtinetur. et nõ poſſunt iſta reduci ad aliqđ ꝯmune vniuocũ. ideo vt habet textus. q̃uis genus logicũ habeat in multis ſimilitudinẽ cum genere ciuili nõ tñ in oĩbꝫ. Et ad iſtam ꝓprietatẽ reperiť diſſimilitudo. qꝛ in ciuilibꝫ oĩes geniti poſſunt reduci ad vnum patrẽ. ſed non omnes ſpẽs poſſunt reduci ad vnũ genꝰ. Cõſequẽter dr textus ꝙ ſpẽs neceſſario ſunt in maiori numero q̃ genera. qꝛ deſcendẽs a generaliſſimo ad ſpẽaliſſimũ deſcendit diuidendo. Non ſunt tamen ſm naturam neqꝫ potentia neqꝫ actu infinite. ſed bene ſunt infinite quo ad nos. Et ſi querať quare nõ ſunt infinite ſm naturaꝫ nec poſſunt eſſe infinite. Rõ eſt. qꝛ nullũ eſt genus cuius poteſtas eſt infinita. qꝛ generis poteſtas formalis eſt ꝛ nõ materialis. ideo ꝑ dr̃ias formales diuidiť ꝑ quas ꝯſtituũtur ſpẽs. mõ de rõe forme eſt finire. ideo ſub genere nõ poſſunt eſſe infinite ſpẽs. Ulterius dr Porphiriꝰ ꝙ indiuidua nõ ſunt actu infinita. qꝛ vt habeť tercio phyſicorum Impoſſibile eſt eſſe aliquã multitudinẽ actu infinitã. ſunt tñ infinita quo ad nos. qꝛ nos nõ cognoſcimus numeruꝫ ipſoꝝ. ſunt etiã infinita in potentia ſm naturã. Cuius rõ eſt. qꝛ multitudo indiuiduoꝝ fit ꝑ diuiſionẽ materie. q̃ quidem diuiſio materie fit ꝑ accñtia indiuiduãtia q̃ accidẽtia ꝯmunia ſunt. modo talia nõ repugnãt eſſe infinita. ꝛ de talibꝫ dr ꝙ infinita vni accidũt. Et iõ indiuidua ſm naturã poſſunt eſſe infinita. ꝛ oĩs ars qꝛ refugit infinitũ qđ ẽ incomprehenſibile. ideo deſcendentẽ a generaliſſimis ad ſpecialiſſima iubet plato quieſcere.

¶Ad rationes ante oppoſitũ. Ad primam dr ꝙ intermedia nõ ſunt ſolũ p̃dicabilia. ſed etiã ſubijcibilia. ꝛ inq̃tũ ſunt ſubijcibilia nõ debent dici vŕia Ad ſecũdã dr ꝙ ſpẽs ad indiuidua bene habet habitudinẽ predicabilis ſm ꝙ pꝫ ex dictis

Sed in familijs plerũqꝫ ad vnũ reducuntur p̃ncipiũ. verbi gratia ad iouẽ. In generibꝫ aũt et ſpẽbꝫ non ſic ſe habꝫ neqꝫ eñ eſt vnuꝫ cõe genus omniũ ens. nec omnia eiuſdẽ generis ſunt ſm vnũ ſupremũ genus quẽadmodum dicit Areſtoteles. ſꝫ ſunt poſita quẽadmodũ in p̃dicamẽtis dictũ eſt. prima decẽ genera quaſi deceꝫ principia. vel ſi omnia quis entia vocꝫ equiuoce inquit nũcupabit non vniuoce. Si eñ vnũ cõmune eſſꝫ oĩm genus ens. vniuoce oĩa entia dicerẽtur. cũ vero ſint decẽ prima principia. cõmune ſm nomẽ eſt ſolũ non etiaꝫ ſm deſinitionis rationeꝫ que ſm nomẽ eſt Decem vero generaliſſima ſunt. ſpecialiſſima vero in numero quodam ſunt. non tamen in definito Indiuidua aũt que ſunt poſt ſpẽaliſſima infinita ſunt Qua propter vſqꝫ ad ſpecialiſſima a generaliſſimis deſcẽdẽteꝫ iubet plato q̃eſcere deſcẽdenteꝫ aũt ꝑ media diuidẽteꝫ ſpecificis differentijs infinita inquit relinquẽda ſunt neqꝫ eñ horuꝫ poſſe fieri diſciplinam

¶Queritur Utrum ens ſit genus ad decẽ predicamenta ¶Arguitur primo ꝙ ſic. quia ens eſt vniuerſale reſpectu decẽ p̃dicamentoꝝ. ꝛ nõ eſt ſpẽs vel differentia. nec ꝓpriũ nec accñs. ergo eſt genus Secũdo ſic ens p̃dicať de ſuba ꝛ accñte ꝛ nõ accñtaliter. g̃ ſubaliter et non vt ſpẽs vel dr̃ia. ergo vt genus Tercio ſic. ens p̃dicať de pluribꝫ differentibꝫ ſpecie in eo ꝙ quid eſt. vt de homine ꝛ de equo. ergo eſt genus Quarto ſic. ens eſt vniuocũ ad ſubam ꝛ accñs. ergo eſt genus. Añs ꝓbať. qꝛ qñcunqꝫ intellectus noſter certus eſt de vno ꝛ dubius eſt de alio neceſſario eſt alius ꝯceptus ſm queꝫ eſt certus et alius ſm quẽ eſt dubius. ſed intellectus noſter certꝰ eſt ꝙ ſuba eſt ens. ſed dubius an q̃titas ſit ens qđ eſt ſuba. ergo neceſſario ꝯceptus entis eſt alius ꝛ alius a ꝓprio cõceptu ſubſtantie ꝛ a ꝓprio ꝯceptu accñtis. ꝛ ille ꝯceptus entis vnus eſt cõmunis ad ſubam ꝛ accñs. ergo ens eſt genus vniuocũ ad ſubſtantiam ꝛ accidens. Probať hoc idem. qꝛ intellectus noſter nõ p̃t venire in ꝯceptum ſubſtantie niſi ꝑ remotionem accñtis. ergo neceſſe eſt ponere ſubſtantiã ꝛ accñs habere vniuocatõem in aliquo ꝯmuni. Conſequẽtia tenet. qꝛ impoſſibile eſt noſtrũ intellectũ venire de ꝯceptu vnius in ꝯceptum alterius. niſi illud ex quo deuenit alterum ꝯtineat eſſentialiter. vel habeat vniuocatõem cum ipõ. ſed accñs nõ ꝯtinet ſubſtantiã eſſentialiter. ergo oportꝫ ꝙ vniuoceť cũ ſubſtantia. Et aſſumptum ꝓbatur. qꝛ ſi ꝑueniremus in cõceptum ſubſtantie ꝑ ꝓpriuꝫ eius ſequereť ꝙ nos poſſemus iudicare de p̃ſentia et abſentia ſubſtantie in ſacramento altaris. qđ falſuꝫ eſt Et iſte ſunt due rõnes fortiores quas adducit Scotus tenens vniuocatõem entis. ꝛ adhuc p̃ma fortior eſt.
In oppoſitũ eſt Por. in p̃ſenti capŕo de ſpecie ſic dicens. Neqꝫ eñ eſt vnũ genus ꝯmune omniũ ens neqꝫ oĩa eiuſdem generis ſunt ſm vnũ ſupremũ genus. ꝛ allegãs Areſtotelem ſubdit ꝙ ſi quis oĩs entia vocet equiuoce nũcupabit ꝛ non vniuoce. Pro breuiori reſponſione ad queſitum ponitur

Concluſio prima Ens nõ dr vniuoce de ſubſtantia ꝛ accñte. Probať. qꝛ ens imponiť ab actu eſſendi. ſed actus eſſendi nõ ꝯuenit equaliter ſubſtantie ꝛ accidenti. qꝛ ſubſtantie p̃mo ꝛ ſimpŕr ꝯpetit. accñti vero ꝑ poſterius ꝛ ſm quid. ꝛ ꝑ ſubſtantiam ꝛ in ſubſtantia. ergo ens nõ dr vniuoce de ſubſtantia ꝛ accidente. Secũdo arguiť vt Porphirius arguit. ſi ens vna rõne diceretur de ſuba et accñte. ſequereť ꝙ oĩa eſſent vnius generis. ꝛ ꝑ conſequens oporteret ꝙ oĩa eſſent ſubſtantia vel ꝙ oĩa eſſent accñtia qđ falſum eſt. Item ſi ens diceret vna rõne de ſubſtantia ꝛ accñte. ſequereť ꝙ aliquid ſubſtãtie ꝑ eandeꝫ rõnem qua eſt in ſubſtantia eſſet in accñte. ꝛ ſimiliter ꝙ aliquid qđ eſt in accñte eſſet in ſubſtãtia. ꝛ ita ſubſtantia nõ ſolum eſſet ens ꝑ ſe. imo eſſet etiã ens in alio. ꝛ accñs non ſolum eſſet in alio ens. imo etiã ꝑ ſe eſſet ens. Ex hac cõcluſione ſeq̃tur ꝙ ens de ſuba ꝛ accñte non p̃dicatur p̃dicatione generis. cũ non ſit vniuocum. ſed p̃dicatione analogi. Qđ ſic probant phi arabes. qꝛ bene ſeq̃tur. ſi corpus animatũ eſt corpus eſt. ꝛ ſi corpus eſt ſubſtãtia ẽ. ſed non ſequiť ſi ſubſtantia eſt. ergo ens eſt. ergo ens nõ p̃dicatur de ſubſtantia p̃dicatione generis. Tenet ꝯſequentia. qꝛ ſiue aliquid ſit ens ſiue nõ. ſemper genus ſequitur ad poſitionem ſpẽi. cum ſit de intellectu ꝛ rõne ipſius. ꝛ ideo nõ intelligitur ſpẽs quin intelligatur genus. ſed poſita ſubſtantia non ꝓpter hoc ponitur ens. ergo ens nõ eſt genus Nam cum ens abſolute dicitur non intelligiť ens niſi actu exiſtens. Poſſet tñ nũc fieri diſtinctio p̃us facta de ente. ſed ꝓ nũc ſupponitur. Si tamen ens ſ̃cet eſſentiaꝫ cui accidit actu eſſe. iſta bene eſſet vera. ſubſtantia eſt ens. dato ꝙ ſubſtantia actu nõ exiſtat. ꝛ cum ſic p̃dicať de ſubſtãtia predicatur vt idem cũ ea. Et ſimiliter cuꝫ predicať de alijs generibꝫ. qꝛ illo mõ ens dictum diuidiť in decem genera. nõ tamen ꝑ dr̃ias formales. ſed ꝑ modos eſſentiales ꝛ intrinſecos. ꝛ ſic p̃dicatur vt idem cũ aliquo genere quando de ipſo predicatur. ideo nõ ꝓprie p̃dicatur ſubſtãtialiter neqꝫ accidentaliter. qꝛ non ꝓprie p̃dicatur. Et per hoc ſoluitur ſecunda rõ ante oppoſitum ꝛ etiam tercia. qꝛ cuꝫ ens predicatur de homine ꝛ de equo p̃dicatur vt idẽ cum ſubſtantia. Si vero predicareť de differentibꝫ ſpecie diuerſoꝝ generũ non p̃dicareť vniuoce ſed analogice. ſicut neqꝫ vniuoce p̃dicatur de ſuba ꝛ accñte. ſed analogice. qꝛ ſubſtantia veriori modo dicitur ens quocũqꝫ modo capiendo q̃ accidens

Cõcluſio ſecũda. Ens non dicitur pure equiuoce ſed analogice de ſubſtantia ꝛ accñte. Probať p̃mo autoritate phi quarto metaphyſice dicentis ꝙ ens multipliciter dr. ſed ad vnam quãdam naturam. Et ꝓbať autoritas rõne. qꝛ entium eſt naturalis ordo ꝛ reſpectus ad vnũ p̃mum ꝛ ad vnã naturam. ſcꝫ ſubſtantiam in qua ꝛ a qua habent alia ꝙ dicũtur entia. Nam accidens nõ dicitur ens ſimpliciter. ſed ſolum dr ens. qꝛ eſt entis vel mẽſura vel diſpoſitio vel aliqua alia habitudo. ergo ens nõ dr pure equoce. ſed ꝑ analogiam ſiue ꝓportõem. Ideo dr Areſtoteles quarto metaphyſice ꝙ ens dr de entibꝫ ſicut ſanitas de ſanis que dr ꝑ analogiã quã habet ad verã ſanitatẽ q̃ eſt in aĩali. ꝛ q̃ in vrina. ꝛ q̃ in medicina ꝛc̃

Concluſio tercia. Ens nõ eſt genus ad decem predicamenta. Patꝫ qꝛ genus vniuocum eſt ad ſuas ſpẽs ꝛ ad ipſas per differẽtias formales ſibi extraneas cõtrahitur que enti nõ ꝯueniũt. ergo ꝛc̃. Nihil eſt eñ qđ rõnem entis ſubterfugere poſſit. ideo ens nõ p̃t cõtrahi per dr̃ias ſibi extraneas. ſed ꝯtrahiť ad decem p̃dicamẽta. ꝑ modos eſſentiales ꝛ intrinſecos. qui nõ ponũt in numerum nec ſm rem nec ſm rõnem ꝯtra ipſum ens Ideo dr





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pħus tercio metaphyſice. ꝙ ens ſtatim efficit ſubſtantia et accñs. q² nõ ꝯtrahit ad ſubam ⁊ accñs ꝑ aliqđ extra ipſum exiſtens. Et illi modi intrinſeci ſunt ꝑ ſe eſſe ⁊ in alio eſſe. ⁊ ille modus ſcꝫ in alio eſſe adhuc nõ reperitur vniuoce in nouẽ generibꝫ accñtis. ideo ens nõ đr vniuoce de ipſis. et generaliter rebꝫ diuerſoꝝ predicamẽtoꝝ nihil eſt cõmune vniuocum

¶Ad rõnes añ oppoſitũ. Ad primã ꝯcedit ꝙ ens eſt vl'e ꝯmuniter dictum. ſed nõ eſt vl'e ꝓprie dictum. Secũda ⁊ tercia ſolute ſunt. ¶ Pro ſolutiõe quarte rõnis eſt aduertendũ ꝙ ponentes analogiam entis diuerſificati ſunt. q² ſcḋm quoſdaꝫ entis nõ eſt vnus ſimplex cõceptus alius a ꝓprijs ꝯceptibꝫ decẽ generũ. ſed eſt vnꝰ ſolus ꝯceptus vnitate ordinis ⁊ ꝓportõnis ad pͥmũ ſubiectum qđ eſt ſubſtantia. ⁊ ita tot ſunt conceptus entis quot ſunt genera. Facientes tñ vnũ ꝯceptũ vnitate attributionis ⁊ ꝓportõis vt dictũ eſt. ſub qua vnitate hoc nomẽ ens ſcat decem genera. Et tunc reſpondent iſti ad rõnem ꝙ ꝯceptus decẽ generũ dupl'r accipi poſſunt. Uno mõ ſcḋm diſtinctõem quã habent ad inuicẽ. ⁊ hoc mõ de hmõi cõceptibꝫ dubius ẽ intellectus an ſcꝫ q̃titas vel ſubſtãtia ſit ens vel nõ ens. Alio mõ poſſunt ꝯſiderari ſcḋm attributionem ⁊ analogiã quã habẽt ad inuicẽ ⁊ ad vnũ primũ. ⁊ hͦ modo intellectus certus eſt ꝙ q̃titas eſt ens. ⁊ ꝙ ſubſtantia eſt ens. Alij vero ſic ponũt analogiam dicentes. ꝙ entis eſt vnus ſimplex ꝯceptus ⁊ ꝯmunis ꝑter ꝯceptus ꝓprios decem generũ qui ſcatur ꝑ hoc nomen ens. ſed non participatur nec participabilis eſt vniformiter a ſubſtantia ⁊ accñte Et ita ad rõnẽ dicendo ꝯcedũt ꝙ alius eſt cõceptus ꝓprius ſubſtantie a ꝯceptu accñtis. ſed eſt vnus ꝯceptus. nõ tñ vnitate vniuocatiõis ſed analogie. q² non eſt vl'iter vniuoce participabilis. Ad vltimã ſiue ſecũdã Scoti ꝓbatõem đr que ſit de accñte. q² hoc determinare phyſici eſt. Negatur tñ ꝯſequentia. q² accidens ex quo ẽ effectus ſubſtãtie ⁊ attributõem habet ad ſubſtantiaꝫ q̃dãmodo ⁊ virtualiter ꝯtinet ſubſtantiã. ⁊ maxime accñs ꝓprium cuius pͥncipia adequate ſunt principia ſubiecti. et ideo ex cognitõe accidentis ꝓprij poſſumus deuenire in cognitõem ſubſtantie abſq3 hoc ꝙ ponenda ſit vniuocatio ſubſtantie ⁊ accñtis in ente

Deſcẽdentibꝫ autẽ ad ſpecialiſſima. neceſſe eſt diuidentem per multitudinẽ ire. aſcendentibus vero ad generaliſſima neceſſe eſt colligere multitudinem. collectiuũ eñi multoꝝ in vnã naturam ſpẽs eſt. ⁊ magis id qđ genus eſt. particularia vero ⁊ ſingularia ſemꝑ in multitudinẽ econtrario diuidunt qđ in vnum eſt. Participatione ſpẽi plures homines ſunt vnus homo particularibꝫ autẽ vnus ⁊ cõmunis plures: diuiſiuũ eñi eſt ſemꝑ qđ ſingulare eſt: collectiuuꝫ aũt ⁊ adunatiuũ qđ ꝯmune eſt Aſſignato autem genere ⁊ ſpẽ quid ſit vtrũq3 ⁊ genere quidem vno. ſpẽbus vero pluribꝫ. ſemꝑ eñi in plures ſpẽs diuiſio generis eſt. genus quidẽ ſemꝑ de ſpẽ p̄dicatur. ⁊ oñia ſuperiora de inferioribus. Sũt autẽ neq3 de proximo ſibi genere neq3 de ſuꝑioribꝫ neq3 eñi ꝯuertitur. Oportꝫ aũt equa de equis predicari. vt hinnibile de equo. aut maiora de minoribꝫ. vt aĩal de hoĩe. minora ꝟo de maioribꝫ minime. neq3 eñi aĩal dicis eſſe hominẽ. queadmodũ hominẽ dicis eẽ animal. De q̃bus autem ſpẽs p̄dicatur. de his neccãrio ⁊ ſpẽi genus p̄dicabitur. ⁊ generis genus vſq3 ad generaliſſima. Si eñi verũ eſt ſocratẽ hominẽ dicere. hominez ꝟo aĩal. aĩal ꝟo ſubſtantiã. verum eſt ⁊ ſocratez aĩal dicere atq3 ſubſtãtiam: ſemꝑ eñi ſuꝑiora de inferioribꝫ p̄dicantur. ⁊ ſpẽs q̃dẽ de idiuiduis p̄dicabitur. genus aũt ⁊ de ſpẽ ⁊ de indiuiduo: generaliſſimũ aũt ⁊ de genere ⁊ de generibꝫ ſic plura ſint media ⁊ ſubalterna ⁊ de ſpẽ ⁊ de indiuiduis. Dicit aũt generaliſſimũ q̃deꝫ de oĩbꝫ ſub ſe poſitis generibꝫ ſpẽbuſq3 ⁊ indiuiduis. genus autẽ qđ ante ſpẽaliſſimũ eſt de oĩbꝫ ſpẽaliſſimis ⁊ indiuiduis: ſolum aũt ſpẽs de oĩbꝫ indiuiduis. Indiuiduũ aũt de vno ſolo particulari p̄dicat. Indiuiduũ eñi đr ſocrates ⁊ hoc albuꝫ. ⁊ hoc veniẽs ⁊ ſuffronici filius. ſi ſolus ſit ei ſocrates filius. Indiuidua ergo dicũtur hmõi: q̃m ex ꝓprietatibꝫ ꝯſiſtit vnũquodq3 eoꝝ. quarũ collectio nũquam in alio eadẽ erit: ſocratis eñi ꝓprietates nũquã in alio quolibet erũt particulariũ he vero que ſunt hoĩs. dico autẽ eius q̃ eſt cõmunis. ꝓprietates erũt eedeꝫ pluribus. magis aũt in oĩbus particularibus hoĩbus. in eo ꝙ hoĩes ſunt. Continetur ergo indiuiduũ q̃dem ſub ſpẽ. ſpẽs aũt ſub genere: totum eñi q̃dẽ ẽ genus. indiuiduũ aũt pars. ſpẽs vero ⁊ totum eſt et pars. ſed pars q̃dẽ alterius. totum aũt nõ alterius ſed alijs partibꝫ eñi totũ ẽ. De gñe q̃dẽ ⁊ ſpẽ ⁊ q̃d gñaliſſimũ. ⁊ q̃d ſpẽaliſſimũ. ⁊ q̃ gñ a eadẽ ⁊ ſpẽs ſunt. q̃ etiam indiuidua ⁊ q̃t modis genus ⁊ ſpẽs dicãtur ſufficiẽter dictũ eſt

Querit conſequẽter. Utrum diuiſio generis ſemꝑ ſit in plures ſpecies ¶ Arguitur ꝙ non. quia vniuerſale definitur ꝑ aptitudinem eſſendi vnũ in multis ergo ad hoc ꝙ aliquod ſit genus non oportꝫ ꝙ habeat plures ſpẽs ſub ſe. ¶ Secũdo ſic. ſi ſoli eẽnt homines ⁊ nõ alia animalia adhuc hic eẽꝫ ordinata p̄dicatio generis de ſpecie. dicendo homo eſt animal. ergo diuiſio generis non ſemꝑ neceſſario ſit in plures ſpẽs. ¶ Tercio ſic. ad eſſe ſpẽi ſufficit vnicum indiuiduuꝫ. ergo a ſimili ad eſſe generis ſufficit vnica ſpẽs. In oppoſitũ eſt Porph. ſic dicẽs Semꝑ eñi in plures ſpẽs diuiſio generis eſt.

¶Sciẽdum eſt primo. ꝙ deſcẽdentem a generaliſſimo ad ſpẽaliſſima neceſſe eſt per diuiſionẽ in multitudinem ire. cum talis deſcenſus ſit per diuiſionẽ. diuiſio aũt que ſit per oppoſita eſt cauſa multitudinis ⁊ econuerſo neceſſe eſt aſcẽdentẽ a ſpẽaliſſimo ad generaliſſimũ ꝑ collectionẽ multarum ſpẽrum in vnũ aliquod procedere. quia illud quod ꝯmune eſt ſemꝑ eſt collectiuũ multoꝝ vt ſpẽs colligit indiuidua ⁊ ſpẽs in vnam naturam generis colligũtur. Et quia genus ꝯmunius eſt ſpẽ. ideo ẽ magis collectiuũ ⁊ adunatiuũ

¶Sciendum ſecũdo Q³ q̃uis colligere ⁊ adunare ſunt idem ſcḋm rem. differũt tamẽ ſcḋm rõnem. q² collectio incipit a multis ⁊ terminatur ad vnũ. ideo đr collectio multoꝝ in vnum adunatio. ſed adunatio incipit ab vno ⁊ terminat ad multa que in vno vniũtur. Et vt magis videat qualiter aliq̃d eſt collectiuũ multoꝝ

Sciendum eſt tercio. ꝙ multi ſunt collectionis modi Eſt eñi q̃dam collectio pluriũ in vnũ locũ continentẽ tñ ⁊ non vnientẽ. ⁊ hoc modo plures lapides dicũtur eſſe collecti in vnum aceruũ. Et quia ibi non eſt ꝑfecta adunatio. ideo in talibꝫ nomẽ collectiuũ de partibꝫ ſue collectionis non p̄dicatur. vt nõ đr ꝙ iſte lapis eſt aceruꝰ Alia eſt collectio ſub vno mouẽte ⁊ ad vnũ finẽ. vt eſt collectio exercitus ſub vno pͥncipe ad vnum finem qui eſt victoria. ⁊ ibi eſt maior adunatio q̃3 in p̄cedẽti. tamẽ adhuc non eſt ꝑfecta. ideo non p̄dicatur nomẽ collectiuũ de partibus ſue collectionis. vt non dicitur ꝙ vnus miles ſit exercitus. Alia eſt collectio partium integralium in vnaꝫ figuram q̃titatis perfecte vt partes domus colligũtur in vnam figuram domus. Sed quia hec forma ſiue figura non eſt in partibus diuiſim. ſed coniũctim ſumptis. ideo non p̄dicatur nomẽ collectiuũ de partibꝫ diuiſim ſumptis Unde hec non eſt vera paries eſt domus. Alia eſt collectio plurium poteſtatuꝫ ſub vno toto poteſtatiuo. ſicut poteſtates ducum ⁊ baronũ colligũtur ſub poteſtate regis et adhuc ibi non eſt ꝑfecta adunatio. quia totum poteſtatiuũ non eſt ſcḋm totam poteſtatẽ in qualibet parte. ⁊ ideo non p̄dicatur de q̃libet parte. ſicut nõ đr dux eſt rex Et ſic in iſtis collectionibꝫ non eſt vnio ſimpliciter perfecta partium in forma totius. quia forma totius non ſaluatur tota in qualibet parte. quare non p̄dicatur de qualibet parte. Sed alia eſt collectio ſimpliciter ꝑfecta qua ſcꝫ forma totius perfecte colligit ⁊ vnit partes ſic ꝙ eſt tota in qualibet parte vel ſcḋm eſſentiam ⁊ poteſtatem. ſicut ſpẽs vel ſcḋm eſſentiam ⁊ non ſcḋm totam poteſtatem. ſicut eſt genꝰ Et ideo talis forma predicatur de ſuis partibus diuiſim ſumptis Et q̃uis genus ſit plurium collectiuum ⁊ adunatiuũ q̃3 ſpecies. eſt tamẽ ſpẽs magis ⁊ perfectius in ſuis partibus q̃3 genus. quia ſcḋm totam eſſentiaꝫ ⁊ poteſtatem eſt in qualibet parte. Et ſic patꝫ qualiter genus eſt collectiuum plurium ſpecierum. ⁊ ſpẽs indiuiduoꝝ Et qualiter intelligitur illud quod dicit textus. Participatione ſpẽi plures homines ſunt vnus homo. non enim ſunt vnus homo vnitate numerali ſiue indiuiduali. ſed ſunt vnus hõ vnitate ſpẽi ⁊ nõ numerali.

Concluſio. Diuiſio generis ſemꝑ eſt in plures ſpecies. Probatur. quia diuiſio generis ſit per differẽtias formaliter oppoſitas. oppoſita auteꝫ non poſſunt formaliter eſſe actu in eodem. ergo oĩs diuiſio generis ſit in plures ſpecies

Dubitatur Utrum ſpecies de genere ⁊ indiuiduum de ſpecie p̄dicetur. ¶ Uidetur ꝙ ſic. quia iſte ſunt vere. aliquod animal eſt homo. ⁊ aliquis homo ẽ ſortes. Oppoſitum tamen dicit textus. Ad dubium reſpondetur cum textu ꝙ neq3 ſpecies de genere. nec indiuiduum de ſpecie directa ⁊ ordinata predicatione predicantur. Cuius ratio eſt. quia in predicatione ordinata oportet predicatum eſſe actu in ſubiecto vel tanquam aliquod de eſſentia eius vel tanquam accidens Sed ſpecies non eſt actu in genere neq3 indiuiduum in ſpecie. ideo dicit textus oportet autem equa de equis predicari. vt propriuꝫ de ſubiecto ⁊ maiora de minoribꝫ. minora vero de maioribus minime. Et ad obiectionem dicitur ꝙ ibi nõ eſt directa ⁊ ordinata predicatio

¶Dubitatur. Utrũ collectio ſeptem accidentium indiuiduantium ſit de eſſentia indiuidui. ¶ Et videtur ꝙ ſic. quia a tali collectione habet indiuiduum ꝙ eſt in ſe indiuiſum ⁊ diuiſum a quolibet alio. ergo eſt de eſſentia eius. ¶ Sed in contrarium arguitur. quia ſi ſic indiuiduum non eſſet vnum per ſe. ſed magis per accidẽs aggregatum ſcꝫ ex naturis diuerſorum predicamentoꝝ ¶ Ad dubium reſpondetur. ꝙ indiuiduum de genere ſubſtantie materialis poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo naturaliter. ⁊ hoc modo illa accidentia non ſunt de eſſentia eius. ⁊ iſto modo non differt indiuiduum a ſpecie niſi ratione. ſicut ſignatum ⁊ non ſignatum. Alio modo poteſt accipi indiuiduum pro illa diſcretione ſeu dimenſione ⁊ diuiſione ab altero Et quia hec diſcretio ſit per talẽ collectionem que nũquam in alio eadem reperiri poteſt. vt dicit textus. ideo illa collectio eſt de eſſentia indiuidui hoc modo accepti. Et per hanc diſtinctionem ſoluuntur obiectiones facte ab vtraq3 parte. Et etiam ſoluitur dubium. vtrum indiuiduum in ſubſtantijs materialibus addit aliquid reale ſupra ſpeciem. Et ſimiliter ſoluit aliud dubium quod ſolet fieri vtrũ in p̄dictis ſubſtãtijs natura ⁊ ſuppoſitũ re aut rõne ſolũ diſtinguãtur

Dubitatur: vtrum omnis proprietas indiuiduo conueniens ſit incõmunicabilis. Reſpondet ꝙ in indiuiduo ſunt duplices proprietates. Quedam ſunt que ſibi competunt ratõe nature ꝯmunis. vt ſorti conuenit eſſe riſibile. et tales proprietates cõmunicabiles ſunt Alie ſibi cõueniunt inquantum diſcretum eſt. ⁊ incõmunicabile. que etiam ſequũtur collectionem accidentium indiuiduantium. ⁊ tales incõmunicabiles ſunt

¶Ad rationes ante oppoſitũ. Ad primam dicitur ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit genus ſufficit ꝙ aptum natum ſit eſſe vnuꝫ in multis ſpeciebus. ſiue ille ſpecies ſubſiſtant in rerum natura ſiue non. quia ſiue homo exiſtat ſiue non hec ſemper eſt vera homo eſt animal. ⁊ eſt predicatio generis de ſpecie. Et ſic non requiritur ꝙ habeat actu plures ſpecies in vltimo actu nature. ſed requiritur ꝙ habeat plures ſpecies actu loquendo de actu formali ⁊ ſpecifico. ⁊ ſufficit aptitudo ad eſſe exiſtentie. quia in hoc conſiſtit ille actus formalis ⁊ ſpecificus ¶ Ad ſecũdam dicitur. ꝙ ſi in vltimo actu nature nulluꝫ eſſet animal ab homine neq3 poſſet eſſe animal non eſſet genus. ⁊ ſic p̄dicaretur de homine predicatione identica ¶ Ad terciam dicitur ꝙ non eſt ſimile. quia ſpecies ſcḋm totam poteſtateꝫ eius eſt in vno indiuiduo. genus vero non p̄t eſſe in vnica ſpecie ſcḋm totam poteſtatem ꝓpter cãm iam dictam

Differentia vero cõiter ⁊ ꝓprie ⁊ magis pro



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝓprie dicitur. Coīter quidem differre alterū ab altero dicitur: qđ alteritate quadā differt quocūqꝫ modo vel a ſeipſo vel ab alio Differt enī ſocrates a platone alteritate. ⁊ ipē a ſeipſo vel puero. vel iam viro: vel faciēte aliquid vel quieſcēte et ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus  Proprie aūt differre alterū ab altero dr̄ qñ īſeparabili accidēte ab altero differt Inſeparabile accidens eſt: vt naſi curuitas. cecitas oculorum cicatrix cū ex vulnere occalluerit

Magis proprie aūt differre alterū ab altero dr̄ qñ ſpecifica drn̄a differt: quemadmodū hō ab equo ſpecifica drā differt rationali qualitate

Uniuerſaliter ergo omnis drn̄a facit alteratū cuilibet aduenieñs ſꝫ ea que ē coīter et proprie alteratū facit ſolū. illa aūt q̄ ē magis ꝓprie aliud.

¶Queritur Utrum differentia vniuoce dicat̄ de drn̄tia ꝯmuni. ꝓpria. ⁊ magis ꝓpria. ¶ Arguit̄ pͥmo ꝙ ſic. qꝛ drn̄tia ꝯmunis ⁊ ꝓprie dicta in textu appellant̄ differentie ſimpl'r. et cū drn̄tia magis ꝓprie dicta etiā ſit differentia ſimpl'r. ⁊ nō nō ſm q̄d: ſequit̄ ꝙ drn̄tia equaliter et vniuoce dicat̄ de illis tribꝫ ¶ Secūdo ſic. nomē drn̄tie impoſitū eſt ab hoc ꝙ eſt facere differre. ſꝫ ille effect⁹ cuilibet drn̄tie ꝯuenit. ergo drn̄tia vno noīe ⁊ vna rōne de illis tribus dr̄  In oppoſitū eſt Porphirius

¶Sciendū eſt primo Qꝫ ne multiplex indiſtinctū pariat ꝯfuſionē Porph. pͥmo manifeſtat multiplicitatem huius noīs drn̄tia. vt eliciat illā que eſt vnū de q̄nqꝫ p̄dicabilibꝫ. ſicut fecit de genere ⁊ ſpē. Sed nomē drn̄tie pͥus fuit in vſu pħoꝝ q̄ʒ in vſu ciuiliter loquētium. cui⁹ tamen oppoſitū fuit de genere ⁊ ſpē.

Sciendum ſecūdo. Qꝫ licet multi ſint modi drn̄arum ſm quos in textu ponūtur plures diuiſiōes tñ oīnes modi ⁊ oēs diuiſiones reducuntur ad tres modos vel diuiſiones drn̄tie quibꝫ drn̄tia diuidit̄ ſcꝫ in communē. ꝓpriā. ⁊ magis ꝓpriam. Et alij modi drn̄tie ꝯtinētur ſub iſtis tribꝫ tanq̄ʒ ſumpti ab effectibꝫ cāuꝫ illoꝝ triū modoꝝ. vt ſatis videbit̄ in ſequētibꝫ.

¶Sciēdum eſt tercio. ꝙ drn̄tia coīter dicta eſt q̄ alterū differt ab altero accn̄te ſeparabili. vel vt hꝫ textus alteritate quadā ſeu quocūqꝫ mō ſe habendi aliter ad ſeipm̄ in diuerſis tp̄ibꝫ vel ad alteruꝫ. Sed drn̄a ꝓprie dicta dr̄ qua alterū differt ab altero inſeparabili accidente Drn̄tia ꝟo magis ꝓprie dicta dr̄ qua alterū differt ab altero ſpecifica differentia

¶Sciendum eſt quarto. ꝙ ordo inter iſtos tres modos dupl'r attendi p̄t Uno mō ſm naturā ipſarum drn̄aꝝ. ⁊ ſic pͥus drn̄tia dr̄ de magis ꝓpria. inde de ꝓprie dicta. ⁊ vltimo de coī. Alio mō attenditur ordo quo ad nos. ⁊ tūc euerſus eſt ordo. qꝛ accn̄s ꝯmune a quo ſumitur drn̄tia ꝯmunis pͥus venit in cognitōem noſtrā q̄ʒ ꝓpriū. ⁊ ꝓpriū q̄ʒ drn̄tia eſſentialis rei. pͥus enī diſtinguim⁹ res ꝑ accn̄tia exteriora q̄ʒ ꝑ ꝓpria. ⁊ adhuc pͥus ꝑ ꝓpria q̄ʒ ꝑ drn̄tias ſpecificas eſſentiales.

Concluſio Drn̄tia nō dr̄ vniuoce ſed analogice de iſtis tribꝫ drn̄tijs. Probat̄. qꝛ ſubē ⁊ accn̄ti nihil eſt ꝯmune vniuocū. Sed drn̄tia magis ꝓpria facit differre ſubaliter. alie ꝟo accn̄taliter. ergo drn̄tia de ipſis non dr̄ vniuoce. Secūda ꝑs pꝫ ꝑ vltimū notabile

Dubitatur. Quare differentia ſumpta ab accn̄te ſeꝑabili dr̄ ꝯmunis. Rn̄detur ꝙ non dr̄ ideo coīs. qꝛ rebꝫ quas facit differre coīter inſit. qꝛ ſm hoc magis diceretur ꝯueniētia q̄ʒ drn̄a. Sed dr̄ coīs. qꝛ eſt in vſu vulgariter loquentiū tanq̄ʒ coīter nota apud omnes

Dubitatur. Quare differentia ſumpta ab accn̄te inſeparabili ꝓpria dr̄. Rn̄detur ꝙ p̄t dici ꝓpria ideo qꝛ hanc drn̄am cognoſcere ꝓpriū eſt ſapientibꝫ rōne vigētibꝫ. qꝛ ei nō ita ꝓmpte ſe obijcit ſenſui exteriori ſicut drn̄a ꝯmunis. ideo nō eſt i vſu ꝯmuni omniū hominū ſicut illa Poteſt etiā dici ꝓpria. qꝛ tale accn̄s a quo ſumit̄ in ſubiecto eſt ꝑ cām imobilē aut ſaltē cuꝫ difficultate mobilem. Et in hoc magis accedit ad differentiam magis ꝓpriam q̄ʒ differentia ꝯmunis

Dubitat̄ A quo accidēte inſeparabili ſumitur drn̄tia ꝓpria. Rn̄det̄ ꝙ ſumit̄ tam ab accn̄te inſeparabili qđ ꝓpriū dr̄ ⁊ fluit ab eēntialibꝫ pͥncipijs ſpēi. ⁊ ē oīno imobile. q̄ʒ etiā ab accn̄te inſeꝑabili qđ nō eſt tm̄ ex pͥncipijs eſſentialibꝫ ſpēi. ſed ex pͥncipijs ꝯplexionalibꝫ indiuidui. cuiuſmodi eſt ſymitas vel aq̄linitas. ⁊ tale accn̄s dr̄ inſeparabile mō iam dicto Sed drn̄a ꝓpria ſumpta ab accidēte inſeparabili qđ eſt ꝓpriū magis accedit ad verā naturā drn̄e q̄ʒ illa q̄ ſumit̄ ab accn̄te inſeparabili ꝯmuni. qꝛ accn̄tia ꝓpria que fluūt ab eēntialibꝫ pͥncipijs ſpēi magnā partem ꝯferūt ad cognoſcendū qđ q̄d eſt. vt habet̄ in prohemio de aīa. ⁊ ideo vt in pluribꝫ drn̄tias ſpēꝝ nobis ignotas nominibꝫ ꝓprijs nos circūloquimur ꝑ huiuſmodi accidentia propria

¶Dubitat̄. Qualiter idē dr̄ drn̄a ⁊ accidēs Rn̄detur ꝙ hoc ſm diuerſam ꝯſideratōem eſt. Nā ſi accipiat̄ in habitudine ad ſubiectū abſolute dr̄ accn̄s. ſi vero ꝯſiderat̄ ꝓut ſubiectuꝫ in quo eſt ꝑ ipm̄ ab alio differt dr̄ drn̄tia. Sil'r drn̄a magis ꝓpria ⁊ ſpēs ⁊ hoc nomē forma ab eadē reſumūtur diuerſimode ꝯſiderata. Naꝫ illud qđ eſt forma tripl'r ꝯſiderari p̄t. Uno mō vt eſt informans ⁊ ſubam faciens. ⁊ ſic forma dr̄. Alio mō ꝓut formatū per ipſam eſt in certa ſpē ⁊ in certo gradu entis cōſtitutū. ⁊ ſic dr̄ ſpēs. Alio mō ꝓut ꝯſtitutū ꝑ ipām ꝯparat̄ ad aliud vt ab eo ꝑ ipām differēs. ⁊ ſic dr̄ drn̄tia.

Dubitatur Quō intelligit̄ illud dictū Por. ꝙ ſcilꝫ drn̄a coīs ⁊ ꝓpria dicunt̄ ſimpl'r drn̄e. Rn̄det̄ ꝙ ibi accipit̄ ſimpl'r nō vt opponit̄ ei qđ eſt imꝑfecte. ſed accipit̄ vt idē eſt qđ ſine pluri ſiue ſine addito. qꝛ nomē drn̄e hn̄t. et nō hn̄t verā rōnē ei⁹. ſicut interdum ens ſm q̄d dr̄ ens ſimpl'r. nō qꝛ hꝫ rōnē ꝑ ſe ꝑfecti entis ꝯſtituētē ipm̄ in certo gradu. ſꝫ dr̄ ens ſimpl'r ſine determiatōe alicui⁹. ſicut interdū d̄ hoīe ydeota q̄ nō ē bon⁹ neqꝫ mal⁹ moral'r dicim⁹ ꝙ ē ſimplex hō. qꝛ nō hoīs ꝑticipat. ⁊ nō hoīs oꝑatiōes

¶Ad rōnes ante oppoſitū pͥma ſoluta eſt. Ad ſecūdā dr̄ ꝙ ille act⁹ q̄ eſt facere differre nō ꝯuenit eodeꝫ mō illis tribꝫ drn̄tijs. ſed ſimpl'r ꝯuenit magis ꝓprie drn̄e alijs vero ſm q̄d. et adhuc magis ꝓprie ꝯuenit differentie proprie q̄ʒ cōmuni

Drn̄arū ergo alie quidē alteratū faciunt alie vero aliud. ille quidē (que faciūt aliđ) ſpecifice vocātur. ille vero (q̄ alteratū) ſimpl'r drn̄e. aīalis enī drn̄a adueniens rōnalis aliud facit ⁊ ſpēm aīalis facit illa vero (que eſt mouendi) alteratū ſolū a q̄eſcēte facit. Quare hec quidē aliud illa vero alteratū ſolum facit. Scđm igit̄ aliud facientes diuiſiones finita generibꝫ in ſpēs ⁊ definitōnes aſſignātur que ſunt ex genere ⁊ hmōi drn̄tijs. Scđm aūt eas q̄ ſolū alteratū faciunt alteratio ſola cōſiſtit ⁊ aliquo modo ſe habēdi ꝑmutationes. A ſuperioribus ergo rurſus incboanti dicēdū eſt. differētiarū alias quidē eē ſeparabiles. alias vero inſeparabiles. moueri enī ⁊ q̄eſcere ⁊ ſanū eē ⁊ egrū. ⁊ q̄cūqꝫ his proxima ſunt ſeparabilia ſunt. atuero aquiluꝫ eſſe vel ſymum. vel ratōnale vel irrōnale inſeparabilia ſunt  Inſeꝑabiliū aūt. alie q̄dē ſunt ꝑ ſe. alie vero ꝑ accn̄s. nā rōnale ꝑ ſe ineſt hoī ⁊ mortale: ⁊ diſcipline eē ꝑceptibile. atuero aq̄luꝫ eſſe vel ſimū ſm accn̄s ⁊ nō ꝑ ſe. Ille ergo q̄ ꝑ ſe ſunt in ſubſtantie rōne accipiūtur ⁊ faciūt aliud ille vero q̄ ſm accn̄s nec in ſubſtantie rōne accipiunt̄. nec faciūt aliud ſꝫ alteratum



Querit̄. vtrū diuiſiones drn̄e in quarū pͥma dicit̄. Differentiaꝝ quedā faciunt aliud alie alteratū ſit ſufficiens.  Arguit̄ ꝙ non. quia oīs differentia facit alteratū. vt textus dicens ſic. vniuerſaliter ergo oīs drn̄a facit alteratū cuilibet adueniens. ergo illa diuiſio eſt inſufficiens  In oppoſitū eſt porphyrius

Sciendum pͥmo. ꝙ alteratū duobꝫ modis poteſt accipi. Uno modo large ꝓut ſcꝫ dicit quācunqꝫ diuerſitatem ſiue eſſentialem ſiue accidentalem Et hoc modo nō accipitur in predicta diuiſione. Alio modo accipit̄ ꝓprie vt ē relatiuū diuerſitatis accn̄tis. ⁊ diſtinguit̄ ꝯtra aliud qđ eſt relatiuū diuerſitatis ſubſtantie. Et ſic drn̄a coīter dicta ⁊ etiā ꝓprie dicta. qꝛ ſumūtur a forma accidentali faciūt alteratū. Differētia vero magis ꝓpͥa que ſumitur a forma ſubſtantiali ſeu eſſentiali facit aliđ primo et formaliter Sꝫ tñ ex ꝯſequēti facit alteratū effectiue ⁊ nō formaliter. qꝛ ad drām eſſentialem rei ſequūtur differentie accn̄tales. Aduertēdū eſt tñ ꝙ alteratuꝫ ꝓut ē relatiuū accidentis adhuc dupliciter accipit̄. vno mō ꝓprie ſcꝫ ꝓ alteratione proprie dicta que nō eſt ꝑ ſe niſi ſm qualitates de tertia ſpecie qualitatis. et iſto mō nō oīs drn̄a q̄ ſumit̄ ab accidente facit alteratū Alio mō accipit̄ alteratū coīter ꝓut dicit quācūqꝫ diuerſitatē accidentalem. Et iſto modo oīs drn̄a ſumpta a forma q̄ nō eſt de eſſentia rei ſiue illā ſit ꝓprium accidens ſiue nō facit alteratū. Et h̄ mō ſumit̄ drn̄a in diuiſione p̄ſenti

Sciendū ſcđo. ꝙ inter differētias faciētes alteratū tm̄. et inter facientes aliud ponit textus duas drn̄as. Prima ē qꝛ ille q̄ faciunt aliud ſpecifice vocantur id eſt ipſam ſpēm facientes. Sed facientes alteratū tm̄ ſimpliciter drn̄e noīantur accipiēdo ſimpl'r ſicut in precedenti q̄ſtione poſitū ē. Alia drn̄a. qꝛ ſm differentias facientes aliud fiunt diuiſiones generum et ꝯſtitutiōes ſpecierū et aſſignatōnes definitionū quidditatiuarum Sꝫ ſm alias iſta non fiunt Sed alteratio ſola ſm eas fit. q̄a per eas aliquo modo fit permutatio. Et accipitur alteratio large prout dictum eſt de alterato.

Sciendū tertio. ꝙ textus ponit aliam diuiſionē drn̄e ſumptā penes cām drn̄aꝝ. ⁊ imediate p̄cedēs ſumit̄ ab effectibꝫ Eſt ergo tertia diuiſio drāꝝ. quedaꝫ ſunt ſeꝑabiles q̄dā inſeꝑabiles. Inſeꝑabiles vero hn̄t cām firmā ſtantē in illo i q̄ ſunt vt ſunt drn̄tie magis ꝓprie q̄ ſumūtur a formis eēntialibꝫ rei Et etiā drn̄e ꝓpͥe q̄ꝝ q̄dā ſumunt̄ ab accn̄tibꝫ ꝓprijs q̄ ſunt accn̄tia ſpēi Et iſte ſunt oīno inſeꝑabiles Alie vero ſumūtur ꝓprie ab accidente coī qđ inſeꝑabile eſt ꝓpter cām quā hꝫ in ꝯplexione ſubiecti q̄ ſtans eſt ⁊ ꝑmanēs. Et iſte drn̄e ſtꝫ cū difficultate ſeꝑabiles Sꝫ drn̄tie ſum[pt]e ab accn̄te coī ꝯn̄te cauſam de facili mobilē a ſubiecto ſeꝑabiles ſunt.

Sciēdū quarto. ꝙ drn̄aꝝ inſeꝑabiliū q̄daꝫ ſunt ꝑ ſe et q̄dā ꝑ accn̄s. et eſt q̄rta diuiſio drn̄tie q̄ ē ſubdiuiſio vni⁹ mēbri p̄cedētis diuiſionis. Unde drn̄tie ꝑ ſe ſunt q̄ in rōe ſubſtātie ꝯcipiūtur ⁊ faciūt aliud vt ſtꝫ drn̄tie magis ꝓprie. Differētie vero ꝑ accn̄s ſunt q̄ nec in rōne ſubſtātie ꝯcipiunt̄ nec faciūt aliud ſꝫ alteratuꝫ Et ibi accipit̄ rō ꝓ ſola definitōe q̄dditatiua Unū q̄ʒuis accn̄s ꝓpriū qđ eſt accn̄s ſpēi ꝑ ſe p̄dicet̄ de ſpē. nō tñ ꝑ ſe pͥmo. ſꝫ ꝑ ſe ſcđo. qꝛ nō ē de ꝯſtitutōe eēntiali ſpēi. ſꝫ ꝯſequit̄ eē ſubale ꝯpletū ⁊ ꝑfectū. Et ideo nō eſt de definitione quidditatiua ſpēi licet ſit de deſcriptiua.

Sciēdū q̄nto: ꝙ drn̄tiaꝝ q̄dā ſuſcipiūt magis et minus ⁊ q̄dā nō. et eſt q̄nta diuiſio drn̄e poſita in textu de q̄ videbit̄ in ſequēti articulo Et ſic pꝫ ꝙ ſunt q̄nqꝫ diuiſiones drn̄e q̄ꝝ quatuor vltime ſunt declaratiue modoꝝ diuiſionis pͥme qꝛ ſumūt̄ vel ꝑ cauſas vel effectus vel ꝓprietates illoꝝ triū modorum.

¶ Cōcluſio. p̄dicta diuiſio differentie eſt bene aſſignata. Probat̄. qꝛ oīs drn̄a ſumit̄ a forma ſiue a cā q̄ differre facit. vl'g ſumit̄ a forma eſſentiali vel a forma accidētali. ſi pͥmū ſic eſt drn̄a faciens aliud. ſi ſecūdū ſic eſt differentia faciens alteratum

¶Ad rōem ante oppoſitū dr̄ ꝙ porphirius voluit dicere ꝙ Omīs drā facit alteratū capiendo alteratū coīter ꝓ oī diuerſitate ſiue eēntiali ſiue accidentali.

Et ille q̄dem que ꝑ ſe ſunt nō ſuſcipiunt magis ⁊ minus. ille vero q̄ ꝑ accidēs ſunt vel ſi inſeparabiles ſint intēſionē ⁊ remiſſionē. Nāneqꝫ genus magis ⁊ minus p̄dicat̄ de eo cui⁹ eſt genus. neqꝫ generis drn̄e ſm quas diuidit̄. ipē enī ſunt que vniuſcuiuſqꝫ rationē ꝯplent. eē āt vniuſcuiuſqꝫ vnū ⁊ idē. neqꝫ intenſionē neqꝫ remiſſionem ſuſcipiens eſt Aquilum aūt eſſe vel ſimū vel coloratuꝫ aliquo mō intēdit̄ ⁊ remittitur.  Cū ergo tres ſpēs differētie ꝯſiderētur et cū hee q̄dē ſunt ſeꝑabiles. alie vero inſeꝑabiles. Et rurſus inſeꝑabiliū cuꝫ hee quidē ſint ꝑ ſe. ille vero ꝑ accidēs Rurſus earum q̄ ꝑ ſe ſunt alie ſunt ſm quas diuidimus genera in ſpecies alie vero ſm quas ea que diuiſa ſunt ſpecificantur. vt cum ꝑ ſe omnes differētie ſint hmōi aīati ⁊ inaīati. ſenſibilis ⁊ inſenſibilis rōalis et irrōalis. mortalis ⁊ imortalis. ea q̄deꝫ q̄ ē aīa

ci z ſenſibilis dr̄ña ꝯſtitutiua eſt ſubſtātie aialis. eſt em̄ aial ſubſtantia aiata ſenſibilis. ea vero q̄ eſt mortalis z imortalis dr̄ña. z rōnalis et irrōnalis diuiſiue ſunt aialis drn̄tie. p eas em̄ genera z ſpēs diuidimus. ſed hec q̄dem q̄ diuiſiue ſunt dr̄ñe generū ꝯpletiue ſunt z ꝯſtitutiue ſpērum. Diuidit em̄ aial rōnali et irrōnali drā. et rurſus mortali et immortali dr̄ña Sed ea q̄ eſt rōnalis dr̄ña z mortalis cōſtitutiue ſunt hominis. rōnalis vero et imortalis dei Jlle vero q̄ ſunt irrōalis z mortalis irrōnaliū aialiū Sic etiā z ſupme ſubſtantie cū diuiſiua ſit aiati z inaiati drā. et ſenſibil' z inſenſibil' aiata et ſenſibil' ꝯgregate ad ſubſtantiā aial pfecerūt. Quoniā ergo eedē alio modo quidē accepte ſunt ꝯſtitutiue. alio modo aūt diuiſiue ſpecifice oēs vocātur. et his maxime opus eſt ad diuiſiones generū. et definitiones ſpecierū. ſʒ nō his que ſm accidēs inſeparabiles ſunt. nec magis his que ſunt ſeparabiles

Queritur. Utrū differentie p accidēs ſuſcipiant magis et minus z nō differētie per ſe  Arguit pmo q non oēs differētie p accñs ſuſcipiūt magis z minus. qr ſpēs nūeroꝝ z ſpēs quātitatis ꝯtinue que a ſpeciebꝫ nūeroꝝ denoiate ſunt z ſpēs figurarū que etiam a ſpēbꝫ nūeroꝝ denoiate ſunt nō ſuſcipiūt magis z minus Quia ſpēs nūeroꝝ in indiuiſibili conſiſtunt. ergo neqꝫ differentie p accñs q̄ ab illis accidentibꝫ ſumpte ſunt Secūdo arguit ſic differentie p accidēs ſumpte ab accidente, ꝓprio qd nō habet ꝯtrariū vt riſibile aut hynnibile. aut etiā ab accñte cōi ſiue ſepabili ſiue inſepabili cū nō habent ꝯtrariū nō ſuſcipiūt magis z minus Quia intenſio z remiſſio fiūt p ſepationē ꝯtrarij a ꝯtrario aut p mixtionē cū ꝯtrario. Jtē hō eq̄liter pticipat ab oībꝫ hoībus ergo z riſibile. et p ꝯſequens non oēs differentie p accidens ſuſcipiunt magis et minus.  Tertio q differētie p ſe ſuſcipiūt magis et minus. qr vnus hō rationalior eſt altero. nā vt dicit Areſto. quidā hoies ſunt beſtiales z vitam pecudū eligētes. ſed rōnale eſt drña p ſe. ergo aliq̄ differētia p ſe ſuſcipit magis et min⁹  In oppoſitū eſt Por. ſic dicēs ille quidē dr̄ñe q̄ p ſe ſunt nō ſuſcipiunt magis neqꝫ minus. ille vero q̄ p accidēs ſunt ſuſcipiūt magis et minus p intenſionem et remiſſionem.

Sciendū pmo: q p differentiā per ſe intelligi debet magis propria drña. z p drñas p accidens intelligunt oēs alie differentie

¶ Sciēdū ſcdo q p intenſionē alicuius forme vel nature debemus intelligere acceſſum ad verū z pfectum nature terminū a quo cauſatur ratio nominis. Et ex aduerſo p remiſſionē debemus intelligere receſſum a vero termino nature in quo q̄dem receſſu natura pmiſcetur ꝯtrario ſi cōtrarium habeat. z etiam imiſcet priuationi oppoſite ſibi in termino oino depurato a contrario Unde ſicut augmētatio et diminutio dicūt maiorationem et minorationem quantitatis et ſcant per hec aduerbia maius et minus. Jta intenſio et remiſſio dicūt maiorationem qualitatū que methaphorice quātitates virtutis dicūtur et ſignificant per hec aduerbia magꝭ z min⁹

Sciendū tertio. q duplex eſt forma quedaꝫ eſt forma ſubſtantialis q̄ ſcʒ realiter eſt de genere ſubſtātie Et drn̄tia ſumpta a tali forma non ſuſcipit magis et minus de per ſe Et ratio huius eſt qr eſſe ſubſtātiale in indiuiſibili ꝯſiſtit. Alia eſt forma accidentalis et hec eſt duplex. q̄dam eſt cuius ſpēs in indiuiſibili cōſiſtūt q̄les ſunt ille de quibꝫ eſt facta obiectio dubij. et drñe ſumpte ab illis nō ſuſcipiunt magis et minus. Alie forme ſunt accidentales quarū ſpēs nō ꝯſiſtunt in indiuiſibili eo q nō ſunt ex ſeipis ꝯplete et pfecte terminate ꝓprio termino et intrinſeco. ſed terminātur ad aliqd extrinſecū quo variato contingit in ipſis variatio Et iſtaꝝ ſpēs nō cōſiſtunt in indiuiſibili. vt dicit Auicenna Et iſtaꝝ cauſa remiſſionis et intenſionis duplex repit quedā em̄ habēt cōtrariū cū quo pmiſcibiles ſunt. Et eſt tūc intēſio p ſeparatōem a ꝯtrario. Et hoc eſt qd dr phs in thopicis. q albius eſt qd eſt nigro impmixtius. Alie vero ſunt q̄ nō hñt ꝯtrariū. iō nō ſunt pmiſcibiles adiuicē neqꝫ ab vna in aliā fit mot⁹ p ſe de ꝯrio i ꝯriū Sʒ cant iſte forme a ſubiectꝭ i qbꝫ ſunt Hmōi ſtꝭ forme accñtales a qbꝫ ſumūtur drñe ꝓprie q̄ ab habitudinibꝫ pncipioꝝ eēntialiū cauſant. Et ſic in iſtis formis eſt intenſio z remiſſio nō p ſe primo ſed ex ꝯſequēti q̄tuꝫ ſcʒ ad intēſionē z remiſſionē habitudinis et diſpōnis ipius ſubiecti Propt qd ille hō riſibilior eſt qui abilior eſt ad ammirandū z q̄ minus abilis eſt minus aptus ē ad ridēdū Et tales forme nō ſunt p ſe intenſibiles ſicut ad eas nō eſt p ſe motus. ſʒ ſunt intēſibiles z remiſſibiles p accñs tantū

Concluſio reſpōſalis Differentie p accidēs q̄ ſumūtur a formis q̄ꝝ ſpēs in indiuiſibili nō ꝯſiſtūt ſuſcipiūt magis z minus et drñtie p ſe nō. Prima ps patet qr in oī forma q̄ eſt extra eſſentiā rei nec ꝯſiſtit ei⁹ eē naturę penitus in indiuiſibili pt eē acceſſus ad verū nature terminū et ab eo receſſus. g oīs talis forma eſt intēſibilis z remiſſibilis Tenet ꝯña p añ dicta. Scda ps ptʒ qr differētie p ſe ſunt drñe. qr vniuſcuiuſqꝫ rei ꝯplent rationē ſcantē eſſe ſubſtantiale ſiue q̄dditatiuū rei ſed eſſe ſubſtantiale ſiue quidditatiuum rei ſemp vnum et idem eſt neqꝫ intēſionē neqꝫ remiſſionē ſuſcipiēs vt habet textus. g tales drñtie nō ſuſcipiūt magis neqꝫ minus.

Ad ratōnes  Tres pme ſolute ſunt.  Ad quartā rñdet Auicēna. q forma ſubſtātialis tripl'r pt cōſiderari. vno° vt eſt dans eē et ſubſtātiam faciēs. z ſic dr forma q̄ neqꝫ intēſibilis neqꝫ remiſſibilis eſt. Alio° put informatū z ꝯſtitutū p ipam ꝯpatū ad aliud alteri⁹ ſpēi eſt ab eodē Et ſic dr drña et adhuc nō ſuſcipit magꝭ neqꝫ min⁹. Tertio mō vt eſt opatōis pncipiū. et tūc opatio cuius eſt pncipiū pt dupl'r ꝯſiderari Un° ex pte ipi⁹ forme. et iſto mō magis et minus nō ſuſcipit talis actio Alio° ex pte ſui ſubiecti cui⁹ eſt talis actio. et iſto mō ſuſcipit magis et minus. qr aliqñ in ſubiecto ſunt aliqua q̄ pmouent ad agendū et aliqua que impediunt

Quas etiam determinantes dicūt. differentia eſt qua ſpēs abūdat a genere. homo em̄ ab aiali plus habet rōnale z mortale. animal em̄ neqꝫ ipm nihil horum eſt.

Queritur Utrū prima definitio differentie ſit bñ aſſignata in qua dicitur Differentia eſt qua abundat ſpēs a genere  Arguit pmo q nō. qr ſpēs nihil aliud a genere ꝯtinet. g non abundat a genere. Añs pbat. qr genus dicit totam eſſentiam ſpēi. etiā drña nō eſt aliud a genere. Conſequētia ptʒ. qr illud qd dicitur habundare ab alio ꝯtinet ipm z cū hoc aliq̄d aliud. g zc. Scdo ſic genus ꝯtinet plures drās oppoſitas q̄bꝫ diuiditur. Spēs vero vnā earū tm̄ ꝯtinet. g genus eſt habūdanti⁹ ſpecie  In oppoſitū eſt Por. in pñti caplo.

Sciendum pmo. q genus continet drñas q̄bꝫ diuidit ptāte tantū z nō actu. Quia cū oppoſitio ſit cauſa diuiſionis. optet drñas quibꝫ diuidit genus oppoſitas eſſe. Et cū ſint forme abſolute z poſitiue ſequitur q opponātur contrarie. g ſi actu eſſent in genere ꝯtraria ſimul eſſent actu in eodem qd eſt impoſſibile. ſic g gen⁹ nō continet actu drñas q̄bus diuiditur. ſed cōtinet eas poteſtate tantum.

Sciendum ſecūdo q cū dicitur differentia eſt qua habūdat ſpecies a genere ſic debet intelligi q ſpecies vltra genus actu z intellectu includit differentiam per quam ꝯtrahitur genus ad ſpēm Et in ꝓpoſito illd dicitur includi actu in alio quod eſt de definitione eēntiali eius. Ex quo ptʒ q genus tam actu q̄ꝫ intellectu includitur in ſpē ꝓpter cauſam ſepe dictam. Sed neqꝫ genus in drña neqꝫ drña in genere actu z intellectu includitur. vnū em̄ nō pticipat aliud. z ita bene dictū eſt q ſpēs habūdat a genere p drñam. qr ſpēs actu z itellectu includit drām cū genere quā q̄dē drām genus includit poteſtate tm̄. Ex dictis patet q predicta definitio differētie cōmuniter z ꝓprie dictis drn̄tijs nō ꝯpetit. quia tales ſumūtur a formis accñtalibus que ſequuntur ꝯpletum eſſe rei. ideo neqꝫ actu neqꝫ intellectu includuntur in ipa re. ſʒ magis ecōtra q̄a ſubiectum eſt de intellectu accñtꝭ

Concluſio. predicta definitio eſt bene aſſignata. patet quia conuenit omni z ſoli differentie magis proprie. ergo eſt bona. non tamen eſt definitio quidditatiua. ſed eſt deſcriptiua. Declaratiua nature differētie magis proprie dicte per diuerſum modū ſe habēdi ad ſpeciem et ad genus

Dubitatur. cum proprium ſit qualitas ſpēi et accidēs q̄litas indiuidui et differētia magis propria ſit qualitas generis. Quare differentia vt eſt vnū de q̄nqꝫ predicabilibus ſumitur magis a qualitate generis q̄ꝫ a qualitate ſpeciei vel indiuidui. Cauſa eſt quia p qualitatē generis vna res differt ab alia eſſentialiter. z ideo talis qualitas habet modum predicandi in quale diſtinctum a proprio z accidēte ſed p qualitatē ſpēi z indiuidui vna res ſolum differ ab alia accidentaliter. z ideo nō habent hmōi qualitates modum predicandi diſtinctuꝫ a proprio z accidēte

Dubitat. quot ſunt actus differētie et quis eoꝝ eſt prior. Reſpōdetur q ſunt duo actus. ſcʒ diuidere genus z ꝯſtituere ſpēm. Et dicit vltra q differentia prius ſm naturam diuidit genus q̄ꝫ cōnſtituit ſpēm. q̄a non poteſt intelligi q cōſtituat ſpēm niſi iam exierit generis poteſtatē. z ſic diuidere ptātem generis eſt prius actus eius a quo magis ſumptum ē nomē differētie q̄ eſt vnū de quinqꝫ p̄dicabilibꝫ. et ſic act⁹ ꝯſtituēdi loquēdo ꝓprie nō ꝯuenit drñe ſm q drā ſʒ magꝭ ſm q ē forma informās z ſubſtantiam faciēs. Et eſt aduertendum q facere differre debet dici effectus ſequēs ad act⁹ drñtie. et non proprie dicitur actus. Quia ex eo q drña vna ratōne oppoſitionis quam habʒ ad aliam diuidit genus et diuidendo conſtituit ſpēm habet q facit differre ſpeciem conſtitutam p ipſam a ſpecie conſtituta per oppoſitam differētiam.

Dubitatur. vtrū diuiſio generis cadat ſupra naturā generis vel poteſtatē. Reſpondet q ſupra poteſtatē. quia natura generis eſt tota in qualibet eius ſpecie ſʒ non poteſtas. Et inde eſt q proprietates cōſequentes naturam vel eēntiaꝫ generis repiūtur in qualibet ſpē ſʒ proprietates conſequētes poteſtatē nō reperiunt oēs in qualibet ſpecie. Si em̄ tota poteſtas generis eēt in q̄libet ſpecie. ita z oēs proprietates cōſequētes poteſtateꝫ Et ſic homo nō ſolum riſibilis eēt. ſʒ etiam hynnibilis. et ſic de alijs proprietatibus. Et ſi quis obijciat q poteſtas radicatur in natura ſeu eſſentia generꝭ. ergo ſi poteſtas diuiditur ſequitur etiam q natura generis diuiditur. Reſpondetur q poteſtas generis non fundatur in natura in ſe accepta et conſiderata. ſed fundatur in ambitu ſiue cōmunitatis Quod cōtingit ex eo q natura generis non eſt vltima determinatione determinata. ſʒ determinabilis eſt et formabilis. ideo non ſequit q natura in ſe accepta diuidatur. Et ſi q̄ratur an poteſtas realiter diſtinguatur a natura generis Reſpōdetur q poteſtas a natura nō diſtinguit realiter. ſʒ ratione tm̄. Nomē em̄ generis z nomē differētie cū de eadem re predicant eandem rem ſm eēntiam ſcant. ſʒ alia z alia rōne. Sʒ in diuerſis rebus natura et poteſtas diſtinguunt. vt natura aialis in equo realiter diſtinguitur a poteſtate generis in homine. Et cā huius quod dictum eſt eſt iſta. qr in aliqua re preter formam ſpecificaꝫ que eſt realis non ponitur forma generalis realiter diſtincta a forma ſpecifica ſed ratione tantum

Ad ratōnes  Ante oppoſitum. ad primam dicitur q genus dicit totam eſſentiam ſpēi ſm rem ſed nō ſm rōnem. quia dicit illā ſolum ſm rōem potentie determinabilis Dicit vltra q q̄uis differentia nihil aliud ſit ſm rem a genere. eſt tñ aliud ſm rōnem. et ſic ſpecies eſt abūdantior ſm rōem q̄uis nō ſm rē.  Ad ſecūdā dr q genus continet drñas q̄bꝫ diuidit poteſtate tm̄ et nō actu. qd eſt continere ſm q̄d tm̄ Jdeo non ꝓpter hoc debet dici abūdantius ſpē. qr abūdare importat actualē abundantiam.

Nā vñ habebūt ſpēs drās. neqꝫ ei oppoſitas hʒ. nā in eodē ſil' habebit oppoſita. ſʒ queēadmodū ꝓbāt ptāte q̄dē oēs hʒ q̄ ſunt ſub ſe drās. actu vero nullā. At ſic neqꝫ ex his q̄ nō ſunt aliq̄d fit. neqꝫ oppoſita circa idem ſunt

Queritur. Utrū differentie ſint in genere Arguit primo q nō. qr idē eſt dicere aliq̄d eē in genere et ſub genere. ſʒ drñe nō ſupponūtur generi qr h̄ ꝓprium eſt ſpēi. ergo nō ſunt in genere  Secūdo ſic. oē qd eſt in gñe pticipat ipm gen⁹. ſʒ drā nō pticipat ipm gen⁹. g drña nō ē in gñe  Tertio ſic. oppoſita nō pñt ſil' eē in eodē ſʒ drñe diuidētes gen⁹ ſtꝭ oppoſite. g nō pñt eē in eodē gñe Et ſi dicat q ſint in gñe ptāte z nō actu Cōtra hoc arguit. qr iſte ꝓpōes ſunt ſil' vere actu. aial ē rōnale et aial eſt irrationale. ſicut iſte homo eſt albꝫ. hō eſt niger ſʒ nulla ꝓpō eſt actualiter vera niſi p̄dicatum actu ſit in



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſubiecto ergo rõnale et irrõnale ſunt actu in aĩali. Item arguit̃ ad idẽ. ſi dr̃ia ſit in genere poteſtate. vel ergo idẽ eſt ipſam eſſe poteſtate in genere et potentia vel nõ. ſi ſit idẽ ſequit̃ ꝙ differẽtie ſunt in genere vt forma in materia. Et cũ nihil poſſit ſeipm̃ reducere de potentia ad actuꝫ oportebit aliqđ agens eſſe deducens dr̃ias de potẽtia generis ad actũ qđ a peripotheticis nõ reperit̃ dictum. Item arguit̃ ad idẽ. ſi differẽtie ſint in genere ptãte cum poteſtas ſit nomẽ principij vel cauſe oportet genus eſſe principium ⁊ cãm differentiarũ in aliquo genere cauſe. ſꝫ hoc nõ poteſt eẽ. vt patet inducendo ꝑ oẽs cauſas. Primo genus nõ ẽ cauſa materialis dr̃iaꝝ ꝓpter cãm dictã in precedenti rõne. qꝛ genus nõ eſt materia ſꝫ ſm̃ phõs genus eſt forma totius dans eſſe nomẽ ⁊ rõem illi i quo eſt. Sed ꝙ nõ ſit cã formalis oſtẽdit autoritas Porphirij ꝙ ſpẽs ꝯſtituit̃ ex genere tanꝗ̃ ex materia et ex differentia ſicut ex forma. Et eadẽ de cauſa nõ eſt cauſa finalis. qꝛ finis et forma coincidũt. vtꝫ ſecũdo phicoꝝ. Et ꝙ nõ ſit cã efficiens ꝓbat̃. qꝛ om̃e qđ efficit efficit ſm̃ ꝙ eſt in actu forme quam dat effectui. et ſic oporteret ꝙ genus haberet differẽtias actu et ſic relinquit̃ ꝙ genus in nullo genere cauſe eſt cauſa differentiarum. Si dicat aliꝗs ꝙ dr̃ie ſunt in genere ſicut in quodã ſeminario ſiue cauſa ſeminali ⁊ virtute formatiua. Tunc querendũ eſt a quo habet talem virtutem formatiuã. qꝛ eñ genus eſt ſubiectũ primũ. ergo nõ eſt formatiuũ differentie. ſꝫ ꝑ eam genus formatur. et ſic genus non habet talẽ ꝟtutẽ a ſe ipſo Item quereret̃ a quo eſſet talis virtus formatiua ꝑ quã formaret dr̃iam ipſam nõ a ſubſtãtia generis dr̃ia eñ nõ formatur de ſubſtantia generis. alias idẽ eſſet formabile et formãs. In oppoſitũ eſt porphirius dicẽs ꝙ genꝰ habet dr̃ias poteſtate. actu vero nullam.

Sciendum. Et quia dictum eſt ſpecies abũdat a genere ꝑ differẽtias. Oritur dubiũ a quo ſpẽs habeat talẽ dr̃iam. qꝛ nõ pt̃ habere eam a ſeipſa. quia alias idẽ eſſet conſtituens et faciens ſeipm̃. Nec poteſt habere a nihilo. qꝛ in hoc ꝯueniũt phi ꝙ ex nihilo nihil fit oportet ergo ꝙ accipiat eam a genere. quia nõ videtur aliud a quo haberet et tunc ſequit̃ ꝙ ipa differentia eſt in genere et eadem rõne oppoſite differẽtie erũt in genere Et quo oritur dubitatio de mõ quo differentie oppoſite ſunt in genere. et a quo genus habeat eaſ. aut ſcꝫ a ſeipſo. vel ab alio. Et ad hec omnia et etiam ad ea que tacta ſunt ante oppoſitum reſpondet venerabilis dñs Albertus notãdo aliqua. et ibi in aliquibꝰ punctis ſibi contradicere videtur doctor ſanctus ſicut notabitur caute aduertenti.

Notat igitur primo venerabilis dñs Albertus inſequendo cõmentatorem in primo metaphiſice. ꝙ genus non eſt materia ſed eſt forma generalis confuſa ⁊ indiſtincta diffuſa in materia quam formã vocat. Albertus inchoationem formarum in materia. qui ponit ꝙ in naturalibus forma ante generationem formaliter preeſt in materia. ſub eſſe tamẽ confuſo indiſtincto formabili ⁊ diſtinguibili. Et ab illo eſſe formabili ⁊ confuſo ſumitur genus. Ideo dicit ꝙ genus ſignificat aliquid vnum ſm̃ rem quod reperitur in materia antequã reperiatur in ea illud a quo ſumitur differentia ſpecifica et ipſa ſpecies. Et in iſtis duobꝰ punctis doctor ſanctus videtur ſibi contradicere negans inchoationẽ formarum in materia etiam negans ꝙ genus dicat aliquod vnum ſm̃ rem diſtinctum ab eo quod dicitur ſpecies. Et de iſta inchoatione formarum habetur primo phyſicorũ. vide ibi Ulterius notat Albertus ꝙ quia forma predicatur non ſm̃ ꝙ eſt forma materie et ꝓut dicit̃ forma partis. necꝫ etiaꝫ ſm̃ ꝙ eſt forma totius deſignata per modũ forme partꝭ tm̃. ſed p̃dicat̃ ꝓut ſcat̃ vt notio totiꝰ rei. vel in actu vl̃ in potentia. Ideo oportet ꝙ genus ſit forma totius deſignata per modum totius. et ſimiliter ſpecies et differẽtia. Sed genus eſt notio totius eſſe rei ꝑ modũ potentie formabilis et differentia eſt notio rei per modũ actus diſtinguentis et determinãtis genus. ſpecis vero ꝑ modũ diſtincti ⁊ conſtituti ex vtroꝗ ſcꝫ ex genere et differẽtia ideo ſpecies in quid predicatur ſicut genus. ſed dr̃ia predicatur in quale. quia ſignificatur ꝑ modũ diſtinguentꝭ et determinantis. Ulterius notat Albertus ꝙ aliquid multipliciter dicitur eſſe in genere. ⁊ in hoc paſſu ponit quinꝗ modos ⁊ alibi ſuꝑaddit adhuc duos. Uñ vno modo aliquid dicitur eſſe in genere ſm̃ ordinem participantis ⁊ ꝑticipati. Et hoc modo in linea predicamentali ſunt om̃ia genera et ſpecies. Secũdo modo dicitur aliquid eſſe in genere. quod ſe habet ſicut via ad rem illius generis. Et ſic motus eſt in eodem genere reductiue cum termino ad quem fit motus Tertio modo dicit̃ aliq̇d eſſe in genere ſicut principium realiter ꝯſtitutiuum rei illius generis. et hoc modo materia et forma ſunt in genere ſubſtantie. Quarto modo dicitur aliquid eſſe in genere quod ſe habet ſicut principium. vnde ſm̃ imaginationem fluunt nature illius generis. et ſic pũctꝰ eſt in genere ꝗ̃titatis. Quinto modo dicit̃ aliquid eſſe in genere poteſtate formali formabili ⁊ diſtiguibili et nõ ſicut participans ipſum genus. et hoc modo differentie ſunt in genere. ⁊ iſti ſunt quinꝗ modi hic. ſed p̃mꝰ aliorum modorũ eſt ſicut ꝑuatio reducitur ad genus ſui habitus. Secũdus eſt ſicut vltimus actus. id eſt eẽ exiſtẽte alicuiꝰ nature reducitur ad genus illius nature

¶ Cõcluſio. differentie ſunt in genere poteſtate et non actu. patꝫ ꝙ ſint in genere poteſtate. qꝛ ſpecies habet actu differentiam qua abũdat a genere et non habet eam a ſeip̃a necꝫ ex nihilo. ergo a genere. ⁊ ſic differẽtie ſunt in genere Et ꝙ ibi nõ ſint actu patet. qꝛ ſic oppoſita actu ſimul eſſent in eodẽ. ergo dr̃e ſunt in genere ſolum poteſtate. Item dr̃e diuidentes genus oppoſite ſunt. quia diuiſio generis fit ꝑ oppoſita et ſunt forme abſolute. ergo ſunt cõtrarie. ſed cõtrariorum neceſſario eſt vna potentia alias eſſent diſparate et non cõtrarie. ergo differẽtie radicate ſunt in vna generis poteſtate De iſto modo eſſendi differẽtiarũ in genere dat venerabilis Albertus vnũ ſimile de coloribus qui ſunt in lumine Nam diuerſe ſpẽs colorum nõ ſunt actu in lumine. ſed ſolũ in eſſe potẽtiali ⁊ confuſo. que quidẽ potentialitas ſeu confuſio diſtinguitur per hoc ꝙ terminatur ꝑ ꝑſpicuũ luminoſum iſtius determinati corporis vel illius ⁊ proportionabiliter differẽtie ſunt in genere poteſtate formali formabili et diſtinguibili.

¶ Ad rõnes Ad primã dicitur ꝙ differẽtie nõ ſunt ſub genere prout ſub dicit ordinem participantis. et participati. ſed prout dicit ordinem determinãtis ad determinationem. Ex quo patet quo illorum modorũ ſint in genere ⁊ ꝑ hoc ſoluitur ſecũda ratio Ad tertiã conceſſuꝫ eſt ꝙ ſunt in genere poteſtate ⁊ nõ actu Et tũc ad primã replicã dicitur ꝙ ille predicatõnes accidentales ſunt. quia genus nõ participat dr̃iam nec econtra



Dicit̃ vltra ꝙ ſi capiant̃ ille due dr̃e. oppoſite vt actu ſunt. tunc aĩal in ipſis equiuoce accipit̃. Nec plus habet rõnem totius poteſtatiui diſtinguibilis. ſꝫ iam eſſet actualiter diſtinctum ad diuerſa eſſe ſm̃ ſpẽm. nã non eſt inconueniẽs oppoſita ſit̃ eẽ actu in diuerſis. ſicut aĩal habet eſſe diuerſuꝫ actu in hoĩbꝰ ⁊ in alijs. Et ſi q̃rat̃ an genus ſit aliquod vnũ qñ differẽtie adhuc ſunt ſolũ poteſtate in eo. Reſpondet albertus ponẽs inchoationẽ formarũ ꝙ eſt aliqđ vnũ ſm̃ rem nõ tñ eſt ꝯpletũ ſicut ſpecies. Sed ſcũs Thomas negans inchoatõem dr̃ ꝙ genus ſic acceptũ eſt vnũ ſm̃ rõem tm̃. Quia p̃ter formaꝫ ſpecificam nõ ponit aliã formã realem q̃ tp̃e realiter p̃cedat formã ſpecificam Ad ſecũdam replicã dicit̃ ꝙ melius dicunt̃ dr̃ie eſſe in genere ptãte ꝗ̃ potentia. quia ſm̃ Albertũ potentia ſe habet ex parte materie nude ab om̃i forma. ſed poteſtas iaꝫ ſuppõit inchoatõem forme in materia. et ſm̃ ipm̃ genus eſt forma generalis confuſa et inchoata in materia q̃ ptãte cõfuſa et formabili ambit et cõtinet oẽs formas ſpecificas ſub illa forma generali ꝯtentas. ⁊ hoc idem dr̃ ſanctus Thomas. Sed aliam cauſam aſſignat. qꝛ ſm̃ ipm̃ potẽtia ſe tenet ex ꝑte materie. poteſtas vero ex ꝑte forme. Et ſic poteſtas magꝭ inclinata eſt ad eẽ ꝗ̃ potentia. ⁊ qꝛ genus nõ eſt materia. ſꝫ eſt forma generalis nõ diſtincta ſm̃ eſſe a forma ſpecifica ſꝫ rõne tm̃. ideo melius dicitur. dr̃ia eſſe in genere poteſtate ꝗ̃ potentia. Ad tertiã replicã dr̃ ꝙ genus eſt cã dr̃iaꝝ in genere cauſe formalis. nõ quidẽ formãtis ſꝫ formabilis. ideo hec cauſalitas forme formabil̃ quodãmõ ſilis eſt cauſalitati materie. Et cũ querebatur an differẽtie ſint in genere ſicut in quodam ſeminario Rñdet dñs Albertus ꝙ ſic. qꝛ realis ichoatio formaꝝ in materia dr̃ eſſe ſemen oĩm formarũ ſpecificaꝝ. Et cuꝫ querebat̃ a q̊ tale ſemen eſt. Reſpõdet Albertus ꝙ eſt a lumine intelligentie cauſantis materiã ipſam. ⁊ cauſantis in ip̃a talẽ inchoationẽ. qꝛ lumẽ ipſiꝰ itelligẽtie i ſe vehit oẽs formas et ꝟtute illius luminis educũtur hmõi forme ꝑ agẽs ꝑticulare de hmõi inchoatõne forme. ⁊ ꝓportionabiliter loquit̃ de genere logico. Sed ſanctus Thomas bñ ꝯuenit cũ eo in hoc ꝙ genus eſt principiũ dr̃ãꝝ in genere cauſe formal̃ nõ formãtꝭ determinãtꝭ ſꝫ formabil̃ ⁊ diſtinguibilis Sed in ponẽdo talem inchoationẽ realem diſcõuenit cũ eo. ideo nõ ponit ꝙ differentie ſint inchoate in genere realiter ſed tm̃ ſm̃ rõnem

Definiunt autem eam. et hoc modo differẽtia eſt que de pluribus et differentibus ſpecie in eo quod quale ſit predicatur. rationale enim et mortale de homine predicatur in eo quod quale eſt homo dicitur. ſed non in eo quod q̇d eſt. quid eſt eñ homo interrogatis nobis. conueniens eſt dicere animal. quale auteꝫ animal inquiſiti. quoniam rationale et mortale eſt conuenienter aſſignamus. Rebus enim ex materia et forma conſtãtibus. vel ad ſimilitudinem proportionẽꝗ materie ac forme cõſtitutõnem habẽtibus queãdmoduꝫ ſtatua ex materia ere ex forma aũt figura. ſic et homo communis et ſpecialis. ex materia quidem ſimiliter proportionabiliterꝗ conſiſtit ex genere. ex forma autẽ differẽtia. totũ aũt hoc aĩal rõnale mortale hõ eſt queãdmodũ illic ſtatua

Querit̃ Utruꝫ definitio que datur de differentia in ratione p̃dicabilis accepte ſit ſufficiẽs in qua dicitur Differentia eſt quod predicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale. Arguitur primo ꝙ nõ argumẽto Auicenne. quia in hac definitõne nõ ponitur genus definiti. ſcꝫ vniuerſale. Non ponitur etiam aliquod ꝑ quod diſtinguatur differentia ab accidente ergo definitio eſt inſufficiens Secũdo ſic. preſens definitio non cõpetit differentie cõuertibili cum ſpecie ſpecialiſſima que tamen eſt differẽtia magis propria. ergo nõ cõpetit om̃i ꝯtento ſub definito. Antecedens patet. q̇a talis dr̃ia nõ predicatur de pluribus dr̃ntibꝰ ſpecie In oppoſitum eſt porphirius in textu

Sciendum ꝙ differentia non habet rationeꝫ predicabilis in ordine ad genus quod diuidit. quia necꝫ actu necꝫ intellectu continetur in ipſo. necꝫ etiam in ordine ad indiuidua. quia in eis nõ cõtinetur niſi mediãte ſpecie. que primo conſtituta eſt in eſſe per differentiaꝫ Habet ergo rõem predicabilis in ordine ad ſpẽm quaꝫ cõſtituit. et in qua actu ⁊ intellectu includit̃ Et qꝛ om̃e predicabile proprie dictum debet eſſe predicabile de pluribꝰ. ſequit̃ ꝙ differentia in rõne predicabilis nõ eſt predicabile reſpectu vnius ſpeciei. ſed ordinẽ habet ad plures ſpecies. ideo in definitiõe bene dicit̃ differẽtibus ſpẽ Sed quia genus etiã predicatur de pluribus differentibus ſpecie. ideo ſubiungitur in eo ꝙ quale. per quod differt a genere. Et in definitione ſubintelligitur vniuerſale per hoc ꝙ dicitur predicatur de pluribus. Etiã intelligitur de quali eſſentiali ex his que dicta ſunt in textu. qꝛ definit differẽtiam per ſe. ⁊ non ꝑ accidẽs Hoc etiam intelligitur per hoc ꝙ dicitur de pluribus differentibꝰ ſpecie. Debet etiam intelligi ꝙ de his predicatur immediate. modo accidens predicatur immediate de indiuiduis. ideo habet rationem predicabilis in ordine ad indiuidua. Differentia vero in ordine ad ſpecies. et ſic nõ p̃dicatur in quale. ſicut accidẽs. Et ꝑ hoc ſoluitur p̃ma ratio ante oppoſitum.

Sciendum. ꝙ Porphirius tripliciter oſtendit ꝙ differentia predicatur in quale. ſcꝫ exẽplo ſigno et ſimili. Exemplo ſic. quia rationale ⁊ mortale q̃ ſunt differentie hoĩs ſumpte a ratõnalitate ⁊ mortalitate p̃dicãtur in quale qꝛ nõ dicũt aliqđ formabile nec formatũ. ſꝫ aliquid formãs ⁊ diſtinguẽs. Signo oſtẽdit̃ ſic. Illud dr̃ p̃dicari in quale. qđ ꝯuenienter reſpondet̃ ad interrogatõem factã ꝑ q̃le. ſꝫ ſic eſt de dr̃ia. vt ſatis ptꝫ in textu ergo predicat̃ in quale. Per ſimile oſtẽdit̃ ſic in artificialibꝰ. qꝛ ars imitat̃ naturã inꝗ̃tum põt ſcđo phiſicoꝝ. ſicut ſtatua ex ere tãꝗ̃ ex materia formabili ꝑ figurã ſtatue ad quã es ẽ in poñã. ⁊ ex figura tanꝗ̃ ex forma formãte ipm̃ es eſt cõpoſita. Nec tñ ſtatua ẽ es tm̃. nec figura tm̃. ſꝫ ex vtroꝗ cõponit̃ Necꝫ etiã figura dr̃ ipm̃ es figurabile. necꝫ ipm̃ figuratũ. ſꝫ dr̃ ſolã formã determinãtẽ potẽtiã eiꝰ ad eẽ ſtatue. iõ ñ p̃dicat̃ figura de ſtatua ꝑ modũ ſubſtãtie ⁊ in q̇d. ſꝫ ꝑ modũ forme ⁊ in q̃le Sic etiã i naturalibꝰ ſpẽs ꝯſtituit̃ ex gñe tanꝗ̃ ex materia formabili ꝑ dr̃ias. et ex differentia formãte potentiam generis. et ſic ſpẽs nõ eſt alterum tm̃ ſꝫ ex vtroꝗ ꝯpoſitum Necꝫ differẽtia dicit id qđ eſt formabile ꝑ eã. necꝫ dicit id qđ

eſt formatū.ſed dicit ſimplicem formā formātē Jdeo nō habet modū predicandi ſubſtantie in qd qui modus ꝑdicandi ſumitur ſimpliciter a mō eſſendi ſubſtātie q̄ eſt ꝑ ſe eſſe.qui modus materie et toti cōpoſito ꝯpetit.ſʒ hʒ modū p̄dicandi ſimplicis forme ſiue qualitatis que p̄dicatur in quale.

Sciendū tertio.ꝙ quale et qualitas differunt ſicut ꝯcretum et abſtractum.qualitas eīn dicit formaʒ aut qualitatem. et quale dicit ſubiectum tali qualitati informatum. Et logice loquendo reperiuntur tria que in quale p̄dicātur ſicut triplex reperitur quale. Eſt eīn qualitas generis ſicut differentia diuiſiua generis et conſtitutiua ſpēi.q̄ ꝗuis dicaꝉ qualitas generis. non tñ predicaꝉ de ipo ꝓpter cām iam dictam.ſʒ de ſpē predicaꝉ. Alia eſt qualitas accñtalis que duplex eſt. Una eſt q̄litas ſpēi ꝯſequens ꝯpletū eſſe eius ⁊ fluens ab eius pncipijs eſſentialibꝫ vt eſt proprium. Alia eſt qualitas indiuidui ꝯſequēs eſſe ꝯpletum eius et fluens ab eius principijs. vt eſt accidens commune.

¶ Cōcluſio Predicta definitio drñe eſt ſufficiens.qr explicat ꝓpriuʒ modum drñe predicabilis per quem diſtinguitur ab alijs predicabilibꝫ.g̃ ſufficiēter explicat naturā definiti. Cōſequētia nota eſt. Añs patet cuilibet intuenti ꝑticulas definitōnis ꝑ ea q̄ dicta ſunt.

Dubitaꝉ Utrum definitio de qua querit queſtio ꝯueniat drñe magis ꝓprie conuertibili cum ſpē ſpēaliſſima Uideꝉ ꝙ ſic.quia cū quelibet talis drña ſit ꝑ ſe drña. et habet rōem predicabilis.qr in multis eſt.ideo ſequiꝉ ꝙ ꝯueniat omī drñe magis ꝓprie dicte. Ad oppoſitum arguebaꝉ in principio q̄ſtionis rōe poſita ante oppoſitū Ad dubiū reſpōdeꝉ omiſſis varijs modis reſpōdendi qui a diuerſis danꝉ notando cū venerabili dño Alberto.ꝙ drña poteſt in ſe tria habere. Primū eſt ꝙ ſit ſimpliciter diuiſiua generis. ⁊ ab iſto ſortitur nomē differentie. Nam ex eo ꝙ diuidit rōne oppōnis habet ꝙ per eam differūt diuiſa. Secūdū eſt ꝙ ſit ſimpliciter ꝯſtitutiua ſpēi et dependet ex primo.nā ꝑ hoc ꝙ diuidit genus ipm ꝯtrahit ad eē determinatū ⁊ hoc eſt ꝯſtituere ſpēm. Tertium eſt ꝙ ſit ad ſpēm certaʒ determinatiua.et hoc nō habet ex hoc ꝙ eſt diuiſiua ſimpliciter.et ꝑ ꝯſequens nec ex hoc ꝙ drña.quare etiam nō habet iſtud ex hoc ꝙ eſt ſimpliciter cōſtitutiua.ſed habet ex hoc ꝙ eſt forma certa et determinata vltima determinatione formali et nō amplius cōfuſa nec in poteſtate formā continēs Et ex iſto qr ſcʒ eſt forma ſic determinata et certa ſibi ꝯuenit ꝙ.nō eſt ſimplicis virtutis drñe.qr virtutes drñe p̄cedūt ꝟtualiꝉ.et poſt ipam drām nō ē alia drña ſiue forma reſpectu cuius ſimplex dici poſſit Et iō nō eſt ꝓprie pars rei.quia in ſe ꝟtualiter cōtinet totum eſſe rei. Et non differt a definitione niſi in hoc ꝙ definitio dicit totū eſſe rei explicite.ſic ergo talis drña non eſt ſimpliciter diuiſiua ſed eſt forma certa ⁊ determinata dicens totuʒ eē rei. ⁊ ſic non ſortiꝉ nomē drñe ſed poti⁹ nomē nature Et ſm hoc tertium non conuenit drñe inq̄tum differentia eſt.ſed inq̄tum vltima eſt.et inq̄tum tota rei natura eſt Et ideo definitio predicta non conuenit differentie vltime ſiue conuertibili drñe cū ſpecie ſpecialiſſima.ſed tñ reducibilis eſt ad predicabile qḋ eſt drña cū habeat eundem modū p̄dicandi cū drña predicabili

Dubitatur. Utrū in ſequēdo opinionem ſtoycorum ponentium plures deos.et illos eſſe ſubſtantias corporeas ſenſibiles ratōales et non mortales.mortale poſſet dici differentia hominis. Uidetur ꝙ non. q̄a mortale in intellectu ſui dicit priuationem Ad dubiū reſpondetur.ꝙ mortale poteſt capi duobꝫ modis Uno modo vt dicit actum exiſtentem in materia concipiente ꝓuationē illius actus.et iſto mō mortale dicit q̄d poſitiuum et bene diceretur drña. Alio modo poteſt capi vt dicit priuationē potentiarum ad vitam perpetuam. ⁊ ſic non diceret quid poſitiuum.nec eſſet differentia illo modo acceptum.

Ad rationes. Rōes ante oppoſitū ſoluūtur ex dictis ſufficienter.

¶ Deſcribunt autem huiuſmodi differentiam hoc modo. Differentia eſt quod aptuʒ natum eſt diuidere ea que ſub eodem genere ſunt rationale eīn et irrationale hominē et equum que ſub eodem genere ſunt. vt quod eſt animal diuidunt.

Queritur. Utrū definitio differentie ſit bene.aſſignata in qua dicitur. Differentia eſt que apta nata eſt diuidere ea q̄ ſub genere poſita ſunt. Arguitur primo ꝙ non.quia differentia non diuidit niſi ſit actualiter extra generis poteſtatem accepta. ergo male dicitur ꝙ differentia eſt q̄ apta nata eſt diuidere.ſed deberet dici differentia eſt que diuidit. Secundo ſic. vnica differētia non ſufficit diuidere genus.ergo male dicitur ſingulariter differentia eſt que apta nata eſt diuidere Jn oppoſitū eſt porphirius in textu.

Sciendū p̄mo:ꝙ poſita deſcriptione declarante diuerſum modum habendi differentie ad ſpeciem et ad genus.et etiā poſita ſecunda deſcriptione differentie declarante proprium modum predicandi ipſius.conſequenter ponit Porphirius tertiam deſcriptionem differentie datam per reſpectum ad genus quod diuidit. Pro cuius intellectu

Sciendū ſecundo.ꝙ quāuis vna forma preſentia et abſentia ſua poſſit facere diuiſionē loquēdo de diuiſione q̄ fit per cōtradictionē aut priuatiuaʒ oppōem Tamē ad diuiſionē generis ⁊ eoꝝ q̄ ſub genere ꝑ ſe poſita ſunt nō ſufficit vna forma poſitiua ꝑ ſui preſentiā et abſentiam.ſʒ requirūtur due forme poſitiue.qr talis diuiſio fit rōne oppoſitionis ꝯtrarie q̄ eſt inter formas poſitiuas.et ſic debet intelligi pñs deſcriptio.ꝙ drña cum ſua oppoſita nō ꝯtradictorie aut ꝓuatiue.ſed cōtrarie nata ē diuidere genus ⁊ diuidēdo ꝯſtituere diuerſas ſpēs ſub gñe Et ob hoc diuidit genus ⁊ ea q̄ ſub gñe poſita ſunt Et ſi dicat aliq̄s ꝙ aīal diuidiꝉ ꝑ rōnale ⁊ irrationale.et ꝙ hec diuiſio fit per affirmatōem et negatōnem.g̃ male dictum eſt ꝙ drñe q̄ diuidūt genus cōtrarie ſunt. Reſpōdetur ꝙ forme ſpecifice a quibꝫ ſumunꝉ drñe interduʒ nobis ignote ſunt.iō non ſunt nobis noīare noībꝫ ꝓprijs neqꝫ etiam drñe.ideo circūloquimur hmōi drñas interduʒ per ꝓprietates formaruʒ a quibꝫ ſumūtur ⁊ interdū per negatōem drñaꝝ oppoſitarū qñ ille nobis ignote ſtꝫ vt in propoſito.

Sciendū tertio ꝙ qñ diuidiꝉ genus diuidiꝉ ſm ptātem et nō ſm eſſentiam.qr eſſentia generis tota ē in q̄libet ſpē.ſʒ nō tota ptās. Et etiaʒ eēntia generꝫ ſm ꝙ



eſt cōprehenſa ab vnica ſpē tota eſt extra aīā Jdeo.vn. phyſicoꝝ habeꝉ.ꝙ gen⁹ nō eſt aliq̄d vnū ſʒ iuxta genera latent multa.i.multe equocatōes. Et in ꝓhemio de aīa dr ꝙ rō aīalis ſm vnūqḋqꝫ aīmal eſt altera ⁊ altera Uerbi grā aīalitas in hoīe realiter diſtinguiꝉ ab aīalitate in equo ⁊ nō ꝯueniunt ſm ratōem vnam niſi logice tantum et non phyſice.

Sciendū quarto.ꝙ ꝗuis differentie ſint in poteſtate generis.tñ ſm ꝙ actu diuidunt genus oportet ꝙ actu ſint accepte ꝑ intellectū diuidentē extra generis poteſtatē.qr intellectus nō diuidit actu niſi accipiendo actu qḋ diuidit. Sʒ qr drñtie accidit actualꝛ diuidere ⁊ actu accipi ꝑ intellectum diuidentē. iō eſſentiale ē drñtie poſſe diuidere. ⁊ actu diuidere ſibi accidit.q̄re ꝯuenientius definiꝉ ꝑ aptitudinē q̄ꝫ ꝑ actum diuidēdi.

Cōcluſio. p̄dicta definitio differētie eſt ſufficiens. Probaꝉ.qr p̄mus act⁹ drñtie a quo ſumiꝉ nomē drñtie eſt diuidere gen⁹. Et ꝑ hoc ꝙ diuidit gen⁹ actu cū ſua oppoſita drā hʒ ſpēm ꝯſtituere ſub genere. Et h̄ idē facit ſua oppoſita drā.g̃ illa q̄ ſunt ſub genere poſita ſunt ꝑ differentiaꝝ diuiſionē inter ſe diuiſa. Hanc definitōem declarat Porphirius exēplariter. Sicut rōnale et irrōnale oīa diuidunt q̄ ſunt ſub eodē genere ſcʒ aīali. Et vtiꝉ illo noīe ꝓuatiuo irrōnale loco drñtie oppoſite ꝓpter cām ꝓus dictā.quā q̄dē drñtiā ſi volum⁹ brutalitatē noīare poſſem⁹. Uñ ſi nō eēt aliqḋ aīal aliḋ ab hoīe q̄ꝫ equus. Et hynnibile eēt drā eſſentialis ꝯſtitutiua equi tunc aīal diuiderem⁹ ꝑ rōnale ⁊ hynnibile nominādo vtrāqꝫ drām poſitiue. Aduertēdū eſt tñ ꝙ drā cū ſua oppoſita drā diuerſimode diuidit gen⁹. ⁊ illa que ſub genere poſita ſunt. Diuidit eīn gen⁹.qr poteſtas generis ꝑtiꝉ.ſʒ ea q̄ ſub genere poſita ſunt diuiduntur. Quia ꝑ diuiſionē poteſtatis generis quā faciūt drñtie poſita ſub genere ab inuicē ſeparanꝉ. ⁊ ita gen⁹ diuidiꝉ q̄titate ſue cōitatꝫ. ⁊ q̄ ſunt ſub genere diuidunꝉ ſepatōne ſue oppōis ab iuicē. Rōes añ oppoᵐ ſoluunꝉ ex dictꝫ

Aſſignant etiam hoc mō Differētia eſt qua differūt a ſe ſingula.naʒ ſm genus nō differūt ſumus eīn aīalia nos ⁊ irrōnalia. ſed additum rationale ſeparat nos ab illis Rationales eī ſumus nos ⁊ dij. ſed mortale appoſitū diſiungit nos ab illis Jnterius aūt ꝑſcrutātes et ſpeculantes differētiam dicūt nō qḋlibet eoꝝ q̄ ſub eodē ſunt genere diuidentiū eſſe drām. ſed qḋ ad eē ꝯducit ⁊ qḋ ei⁹ (qḋ ē eſſe rei) ꝑs ē neqꝫ eīn qḋ aptū natū ē nauigare erit hoīs drā ⁊ ſi ꝓpuʒ ſit hoīs Dicim⁹ eīn aīaliū hec q̄dē apta nata ſtꝫ ad nauigādū ille ꝟo minime diuidētes ab alijs ſed aptuʒ eſſe ad nauigādū nō eſt cōpletiuū ſubſtantie nec eius pars.ſed aptitudo q̄daʒ eius ē Jdcirco quoniā nō eſt tal'.q̄les ſunt q̄ ſpecifice dicunꝉ differētie erūt.ergo ſpecifice drñtie.q̄cūqꝫ alterā faciūt ſpēm. ⁊ q̄cūqꝫ in eo quod quale ē accipiūtur Et de differētijs q̄dē iſta ſufficiāt

Queritur. Utꝝ due vltime definitōes differentie ſint bñ aſſignate.in quaꝝ p̄ma dr Differētia eſt q̄ differūt a ſe ſingula. Et ſcḋa in q̄ dr drā eſt .q̄ ꝯducit ad eſſe rei. ⁊ eius qḋ eſt eē rei ꝑs eſt Arguiꝉ p̄mo ꝙ nō.qr nulla drā differūt a ſe ſingula.g̃ p̄ma definitō mala. Scḋo.ſingula infinita ſunt ſaltē q̄ ad nos. g̃ ſi aliq̄s noſcat drām alicui⁹ ⁊ ꝑ eā a ſingulis diſtinguit oīa ſeq̄tur ꝙ infinita cognoſcet.qḋ eſt impoſſibile. Tercio arguiꝉ ſic ꝯ ſcḋam.qr illa generi cōpetit cū gen⁹ ſit ꝑs eē rei Jtē drā ꝯſeq̄tur eſſe generis.g̃ generi accidit. ⁊ ꝑ ꝯñs nō ꝯducit ad eē ſpēi.qr qḋ ē accñs in vno nō eſt ſuba in alio Jn oppoſitū eſt Porphiri⁹ in textu.

Sciendū p̄mo.ꝙ p̄dicta p̄ma definitio de drā differt ab oībꝫ alijs definitōibꝫ ꝓus aſſignatis.quia deſcribit naturā drñtie ꝑ ꝓpriū eius effectū q̄ eſt facere differre ſpēm quā ꝯſtituit ab alijs ſpēbꝫ eiuſdē generis oppoſita differentia conſtitutis

Sciendū ſcḋo.ꝙ ꝗuis ſpēs eiuſdē generis inter ſe differāt ſuis ꝓprijs paſſionibꝫ nō tñ p̄mo ⁊ eque eſſentialiter.ſʒ ſolū differūt eſſentialꝛ ꝑ drñas magꝫ ꝓprie dictas que ſpecifice vocantur.

Sciendū tercio.ꝙ ꝑ ſingula in ꝓpoſito primo intelligiꝉ ſpēs. ⁊ ex ꝯñti indiuidua ꝯtenta ſub illis ſpēbus. Quia ꝑ drñas diuidētes gen⁹ p̄mo differunt ſpēs ꝯſtitute ꝑ ipas. ⁊ ex ꝯñti indiuidua illaꝝ ſpecierū.

Sciendū quarto.ꝙ cū dr drñtia eſt q̄ differunt a ſe ſingula.nō dʒ intelligi ꝙ vna determīata drña differūt oēs ſpēs. Sʒ dʒ intelligi ꝙ vnaq̄qꝫ ſpēs ab alia differt ꝑ drñtiam qua conſtituitur. Et non ꝓprie diciꝉ ſpecies differre niſi ab alijs ſpeciebus que ſunt eiuſdem generis cum ipa. Quia ſpecies diuerſoꝝ geneꝝ ꝓprie diuerſe ſunt inter ſe.et illa que differunt ſpecie. proprie loquendo in genere conueniunt.

Sciendū q̄nto.ꝙ ſpēs ꝑ drām qua ꝯſtituiꝉ differt ab omībus ſpeciebus eiuſdem generis.vt homo ꝑ ratōnale ab omībus alijs animalibꝫ differt Nec tamen ꝓpter hoc oportet ꝙ ſi quis cognoſcat differentiaʒ qua differt homo ab alijs animalibꝫ ꝙ in ꝓpria natura cognoſcat differentias alioꝝ animaliū. Sed ſufficit ꝙ ea cognoſcat in generali in ratōne oppoſitōnis quā habent ad differentiā illam que eſt ratōnale quod eſt cognoſcere differentias alioꝝ animaliū in vlī. Et ratio huius eſt.quia differentia hominis.ſ.rōnale non opponitur ꝓprie differētie equi.vel alterius aīmalis in ꝓpria natura accepte.ſed ſm ꝙ ſumitur a forma que irrōnalitas eſt in qua conuenit cum diuerſis differētijs alioruʒ brutoꝝ que directe ratōnali opponitur

Concluſio ꝑ p̄mo articulo ꝙ p̄dicta definitio differētie eſt ſufficiens. vt patet per conditōnes bone definitōnis. Et aliunde poteſt ſic ꝓbari. Jlla q̄ ſub eodem genere ordinantur in ipo non differūt ſed cōueniunt.g̃ oportet ꝙ inter ſe differāt ꝑ differētias diuiſiuas illius generis. ⁊ hec de p̄mo articulo. Quātū ad ſcḋm

Sciendū p̄mo ꝙ licet q̄libet q̄tuor deſcriptionū p̄miſſarum aliquo modo.ſ.ex ſe vel ex ꝯſequenti. vel per accidens vel ſm rem. vel ſm modum poſſit cōuenire alijs differentijs.a magis ꝓprie dicta differētia. vt patet faciliter cuilibet intuenti. Tamen iſta vltima definitio ſoli differētie magis ꝓprie ꝯuenit. Jdeo dicit Porphiri⁹ ꝙ ꝑ ypothetici magꝫ intrinſece ſpeculantes



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

et ꝑſcrutantes que ſoli differentie magis ꝓprie ꝯueniunt. dixerunt ꝙ differẽtia magis ꝓpria eſt que conducit ad eſſe rei. ſ. ſpẽi. et eius quod eſt eſſe rei pars eſt. id eſt definitõnis qdditatiue pars eſt que indicat quid eſt eẽ rei ſpẽi. Et hanc definitõnem oſtendit Porphirius. qꝛ quis ex ꝯſequenti ſpẽs abundet a genere ꝑ ꝓpriã paſſionem. Et etiam genus diuidatur per ꝓprias paſſiones. Et ꝑ eaſdem due ſpecies ex ꝯſequenti inter ſe differant. Et etiam ꝓprietates generales bene ꝑdicantur de pluribꝫ ſpecie in eo ꝙ quale. Et etiam eſſentialiter ꝑ ſe ſcdo mõ tantũ. Tamen hmõi ꝓprie paſſiones conſequentes cõpletum eſſe ſpẽi nõ poſſunt ꝯducere genus ad eſſe ſpẽi. Neqꝫ eſſe pars ipſius eſſe ſpẽi. Et a fortiori neqꝫ alia accidentia cõmunia que ſequunť eſſe completum indiuidui Et ſic patet ꝙ iſta predicta definitio ſoli differẽtie magis ꝓprie cõuenit.

Sciendum ſcdo. ꝙ quis differẽtia magis ꝓpria ſiue diuiſiua generis conſequatur eſſe generis. nõ tamẽ ꝓprie ꝓpter hoc eſt accidens ſm rem. ſed ſolum hꝫ modum accidentis. Cuius ratio eſt. qꝛ genus nondũ habet eſſe cõpletum et ꝑfectum ſimpliciter. ſed habꝫ eẽ ſubſtãtialiter ꝑfectibile ꝑ differẽtiã ſicut materia ꝑ formam. Et ideo differẽtia nõ habet niſi modum accidentis. qꝛ nõ inſeqtur eſſe cõpletum generis ſicut propria paſſio ſpẽi conſeqtur eſſe eius cõpletum. Nam ſpecies nõ eſt plus potentialis ſubſtãtialiter. ſed ſolum accidẽtaliter. ſ. ad opatõem accidentalẽ. Habet tamẽ differẽtia modũ accidẽtis in ordine ad genus inquantũ eſſentiam eius inſeqtur. Neqꝫ eſt de intellectu eiꝰ nec ecõtra

Sciendũ tercio. ꝙ vt dicit dominus Albertus ꝙ ꝓpoſitio in qua ꝑdicať differẽtia de genere aliqd ꝑticipat de ſcdo mõ dicendi ꝑ ſe ⁊ aliqd de pmo. Pro quanto em̃ genus compatur ad differentiã vt pncipiũ originale ipſius. ⁊ quodãmõ vt ſubiectũ formabile ꝑ ipſam in hoc ꝑticipat aliqd de ſcdo mõ dicendi ꝑ ſe. Sꝫ qꝛ genus nõ eſt de definitõe differẽtie ſicut ſubiectum de definitõne paſſionis. ideo ibi non eſt ꝓprie ſcdꝰ modus dicendi ꝑ ſe. Similiter genus et differẽtia ꝓ quanto eandem eſſentiã realiter important in hoc ꝓpoſitio illa aliquid ꝑticipat de pmo modo dicendi ꝑ ſe Sed qꝛ differẽtia nõ eſt de intellectu generis neqꝫ econtra. ideo nõ eſt ꝑfecte pmus modus dicendi per ſe. Et ſic talis ꝑdicatio eſſentialẽ ſm rẽ. ⁊ accñtalis ſm modũ.

Sciendũ quarto. ꝙ cum genus ſit ſubiectũ formabile ꝑ differentiã et ſpecies per ꝓprium et indiuiduũ ꝑ accidens cõmune. Et ita ratõ ſubiecti inueniť in pluribus oportet ꝙ vni pmo ꝯueniat qꝺ ſit cauſa quare alijs ꝯueniat. Et illud pmum eſt genus qꝺ eſt primum ſubiectum formabile et determinabile in natura Ideo pꝰ bene dicebať ꝙ vniuerſale analogice dicitur de quinqꝫ vniuerſalibꝫ. et primo de genere quo remoto oĩa remouerenť. Et eſt aduertendũ ꝙ licet differẽtia ſe habeat ad genus ſicut forma ad materiam. et in hoc dignior ſit genere. Quia tamẽ pncipiatur originaliter a genere. ideo non fit reductio omniũ ꝑdicabiliũ in vno ꝑdicamento ad pmum pncipium illius coordinatõnis ad differentiã. ſed fit reductio illa ad genus. Aduertendum eſt tamẽ ꝙ in differẽtijs vnius generis et vniꝰ lateris bene eſt ordo ſuperioris ⁊ inferioris. non tamẽ ſic ꝙ actu ⁊ intellectu ſupior includať in inferiori. ſed ſoluꝫ virtualiter. ⁊ ideo vna differẽtia ſcꝫ ſupior nõ habet ordinem illũ ad inferiorẽ qui eſt generis ad ſpẽm

Sciendũ quinto: ꝙ licet differẽtia ſit forma dicens totum eſſe ſpẽi per modum actus conſtituentis Sola tamẽ differẽtia nõ ſufficit ꝯſtituere ſpẽm neqꝫ definire ſine genere. et hoc ꝓpter duas cauſas. Prima eſt qꝛ differẽtia ſine genere cadit a ratõne differẽtie. differẽtia em̃ nõ eſt niſi ꝯuenientiũ genere. Scda cauſa eſt. qa quis differẽtia dicat totũ eſſe ſpeciei non tamẽ dicit ipſum ſm omnẽ modum. Neqꝫ eſt pmum pncipium eſſe ſpeciei ꝓpter cauſam iam dictam. ideo non ſufficit differentiã cõſtituere ſpeciem. neqꝫ definire. neqꝫ etiam genꝰ ſufficeret ſine differentijs Quia etiam genus non dicit eſſe ſpeciei ꝑ omnẽ modum. Ideo genus et differentia ſimul reqrunť ad ꝯſtitutõem et definitõnem ſpẽi Ideo dꝛ ꝙ ſpecies ex genere et differẽtia ꝯſtituitur.

Concluſio. ꝑdicta definitio eſt bona. quia veram naturam differẽtie ſignificat ⁊ alijs differẽtijs a differẽtia magis ꝓpria nullo modo conuenit. Neqꝫ generi quod licet ſit pars eſſe ſpeciei. non tamen ſeipm cõducit ad eẽ ſpẽi. Rões añ oppoſitũ ſoluunť ex dictis.

Proprium vero quadrifarie diuidũt. naꝫ et id qꝺ ſoli alicui ſpeciei accidit ⁊ ſi nõ oĩ ꝓpriũ dꝛ. vt hoi medicũ eſſe vel geometrã. Et qꝺ omni accidit et ſi nõ ſoli quẽadmodũ hmõi eẽ bipedẽ Et qꝺ ſoli et oi ⁊ aliqñ vt hõi in ſenectute caneſcere Quartũ vero et quod ſoli et omni et ſemper quẽadmodũ hoi eſſe riſibile Nam et ſi non rideat tamen riſibilis dicitur nõ ꝙ iaꝫ rideat ſed ꝙ aptus natus ſit ad ridẽduꝫ hoc aũt eſt ei ſemꝑ naturale. equo hinnibile Hec aũt proprie nominãtur ꝓpria qniaꝫ etiaꝫ cõuertũť quicquid em̃ eſt equus eſt hinnibile. et quicqd hinnibile eſt equus.

Queritur. vtrum ꝓprium ſit vnum de qnqꝫ vniuerſalibꝫ Arguiť ꝙ nõ. qꝛ ꝓprium ⁊ ſingulare vnũ ſunt. vt dicit grãmaticus. ergo ꝓprium non eſt vniuerſale. Scdo. ꝓprium et vniuerſale habent rões oppoſitas. ergo vnum de altero nõ poteſt verificari In oppoſitũ eſt Porphirius in libro ſuo

Sciendum pmo. ꝙ vt habet Boetius. proprium vere diciť qꝺ emanat ex ꝓprijs eſſentialibꝫ pncipijs ſpẽi iam conſtitute. Et ſic non emanat vere ꝓpriũ de genere ſm ꝙ genus eſt. neqꝫ de differentia ſm ꝙ differẽtia eſt. Sed aduertendum eſt ꝙ proprium non emanat ex principijs eſſentialibꝫ ſpeciei abſolute conſiderate. ſed accepte per inclinatõnem ad materiam et indiuidua. ⁊ hoc modo duplicia ꝓpria conſequunť ſpẽm Quedam em̃ ſequunť ſpẽm ratõne materie que conuenit ſpẽi. Sicut homini ex parte materie conuenit ꝙ ſit oblongi corporis ⁊ recte figure laterũ ⁊ vnguium ⁊ ſic de alijs. Alia vero ſequunť ſpẽm ratõne forme ſpecifice ſicut homini per hoc ꝙ eſt rõnalis ꝓprium eſt ꝙ ſit ammiratiuus de viſis et auditis. et de alijs obiectꝭ cõprehenſis. Et quia ãmiratiuus eſt. ſuſpenditur ad inqſitionẽ. Et inqſitõne facta ſi apprehendat aliquid ꝑ modum ꝯuenientis ſeqtur delectatio. ⁊ per quod natura delectatur emittit ſpũs ⁊ calores ad faciem ⁊ ad ꝑtes exteriores. ex quo ſeqtur dilatatio oris ⁊ alteratõ viſus et ſic fit riſus. Sed econtrario. ſi cõphendat aliqd tanq̃ incõueniens ſeqtur triſticia ad quam ſeqtur retractio caloris ⁊ ſpirituũ ad cor. ⁊ cordis contritio. ⁊ conſequenter cerebri cõpreſſio. ⁊ tandem humidi lachrymabilis expreſſio. ⁊ ſic fit fletus. Patet igitur qualiter ammiratiuum ⁊ per ꝯſequens eſſe riſibile vel flebile ſequũtur hoiem ratõne forme ſpecifice. Et hec ꝓpria non ſequuntur indiuiduum ſm ꝙ huiuſmodi. ſed ſm ꝙ ꝑticipat naturam ſpecificam. Propter quod ꝓprium immediate licet non abſolute ꝑdicatur de ſpecie. ⁊ mediante ſpecie de indiuiduo. Et ſic patet ꝙ vere ꝓprium fluit ex eſſentialibus pncipijs ſpẽi iam ineſſe conſtitute Patet vlterius ꝙ non inſeqtur ſpẽm abſolute Cuius ratõ eſt. qꝛ ꝓprium nihil aliud eſt q̃ aptitudo quedam nature ſpecifice ad agere vel pati quod non conuenit nature niſi ſm ꝙ eſt in ꝑticulari ⁊ in materia determinata. quia actus et operatõnes ſunt ſingulariũ et ſuppoſitoꝝ. Patet vlterius ꝙ duplicia ſunt ꝓpria

Sciendũ ſcdo. ꝙ propria que conſequuntur ſpeciem ratõne forme ſunt veriori modo propria q̃ illa que conſequunť ſpeciem ratõne materie. Quia illa que ꝯſequuntur ipſam ratõne forme intrãſmutabiliter penitus eam ꝯſequuntur in oĩbus indiuiduis. Alia vero licet in pluribus ſpeciem ꝯſequuntur. tamen poteſt aliquando repiri defectus. Ideo ratio ꝓprij vt vlẽ eſt diſtinctum ab alijs intelligenda eſt de illis que ꝯſequuntur ſpeciem gratia forme. Que quidem ratio eſt. Propriũ eſt quod conuenit oĩ ſoli ⁊ ſemꝑ. et ꝯuerſim ꝑdicatur de re et non indicat quid eſt eẽ rei. Et ſm ꝙ alia ꝓpria magis vel minus accedunt ad conditiões veri ꝓprij ſm hoc magis vel minus ꝓpria dicuntur Et ita ꝓprium tercio modo quod ꝯuenit oĩ ſoli et nõ ſꝑ verius eſt ꝓprium q̃ ꝓprium pmo modo. quod ꝯuenit ſoli ſꝫ non oĩ. Et ꝓprium pmo modo magis eſt proprium q̃ ꝓprium ſcdo modo. quod ꝯuenit oĩ ſed nõ ſoli Ex iſto patet ꝙ ꝓprium quod inſeqtur ſpeciẽ rõne forme dũtaxat ꝑdicabile dicitur diſtinctũ ab alijs. Et alia ꝓpria reducuntur ad ꝑdicabile qꝺ eſt accidẽs. Patet vlterius ꝙ ꝓprium analogice dicitur de iſtis quatuor modis. quoꝝ ſufficientia patuit in expoſitõnibus ſupra ſummulas. iõ pro nunc relinquitur

Sciendum tercio. ꝙ ꝑ ꝓprium quod ẽ vnũ de quinqꝫ ꝑdicabilibus. reſpondeť ad interrogatiõem factam per quale. Non qdem de genere. quia differentia eſt generis qualitas. ſed de ſpecie. quia proprium eſt qualitas ſpeciei. Non qdem eſſentialis in primo modo per ſe. ſed in ſcdo modo Ex quo patꝫ ꝙ ꝓprium nõ ꝑdicatur in quid ſed in quale. vt ſi q̃ratur quid eſt ſortes. reſpondetur ꝙ eſt homo. ⁊ ſi queratur qualis Rñr ꝙ riſibilis. et ſic ꝓprium in quale ꝑdicatur.

Concluſio. ꝓprium eſt vniuerſale ꝓprie dictum ⁊ ab alijs diſtinctum. Primum patꝫ. quia ẽ vnũ in multis et de multis dicitur. Scdm patꝫ. ⁊ primo ꝙ diſtinguatur a genere ⁊ ſpecie. quia ꝑdicatur in quale. Sed de differentia patꝫ. qui ꝑdicatur in quale eſſentialiter tanq̃ aliquid de eſſentia ſpẽi. Proprium vero predicatur eſſentialiť non tãq̃ aliquid de eſſentia ſpẽi. ſꝫ tãq̃ naturaliter ⁊ intranſmutabiliter eſſentiam ſpẽi conſeqnens. Et per hoc diſtinguitur ab accidẽte quod pure accidentaliter in quale ꝑdicatur. et ab extrinſeco ſpẽi conuenit. Et ſic patet ꝙ ꝑdicatio ꝓprij media eſt inter ꝑdicatõnem pure eſſentialem. ⁊ inter ꝑdicatõnem pure accidentalem.

Dubitatur: vtrum ꝓpriũ quod inſeqtur ſpeciem de genere ſubſtãtie ſit ſuba ⁊ ꝓpriũ qꝺ inſeqť ſpeciem de genere quãtitatis ſit quãtitas. ⁊ ita de alijs predicamentis. Et videtur ꝙ ſic. qꝛ ꝓprium fluit ꝯ ꝓprijs pncipijs eſſentialibus ſpeciei. Sed huiuſmodi principia ſubſtãtie ſunt ſi ſpecies ſit ſubſtantia. ergo cũ ex ſubſtantijs non fit niſi ſubſtãtia ſeptimo metaphyſice. ſeqtur ꝙ tale ꝓprium erit ſubſtantia Et ita argueretur de ꝓprijs ſpecieꝝ alioꝝ ꝑdicamentoꝝ. Item cum ꝓpriũ predicatur de ſpecie ſubiectum eſt de ratõne predicati. vt habetur pmo poſterioꝝ. Item ꝓprium ꝑdicatur de ſpecie vel accidẽtaliter. ita ꝙ ſpecies per accidens eſt cauſa ꝓprij ſeu cauſa equoca ⁊ ſic ꝓprium nõ ꝑdicatur ꝑ ſe de ſpecie. vel ſpecies eſt cauſa ꝓprij ꝑ ſe ⁊ intrinſeca. ⁊ ſic ſuo cauſato dat eſſe nomen et ratõnem. ergo ꝓpriuꝫ nõ diſtinguitur eſſentialiter ſeu realiter a ſpecie. Oppoſitũ ſatis patet ex dictis. Pro ſolutõne notandũ ꝙ licꝫ eadem ſint pncipia realiter ꝓprij ⁊ ſpẽi. non ſunt tamẽ eadem ſm ratõnem neqꝫ in eodem genere cauſe Quia pncipia ſpẽi in ratõne ſpẽi ipſam ꝯſtituentia accipiuntur in ratõne potentie ⁊ actus. ⁊ accipiũtur ante ꝯſtitutõem ſpẽi in ſuo eſſe ſpecifico. ⁊ dicuntur pncipia ſpeciei in genere cauſe formalis. Sed ipſa eadem principia accepta iam in eſſe ſpecifico. ⁊ in eſſe ſpẽi conſtituto. ⁊ per inclinatõnem ad materiam ⁊ ꝑticularia dicunť pncipia ꝓprij. Et ſic ſunt extrinſeca principia ꝓprij in genere cauſe efficientis ⁊ finalis illius ꝓprij. Et ipſa ſpecies ex illis pncipijs ꝯſtituta in ratõne illoꝝ pncipioꝝ dicitur cauſa efficiens ⁊ finalis ipſius ꝓprij. ⁊ etiam cauſa materialis in qua Et ſic patet ꝙ eadem ſunt pncipia ſpẽi per ſe et ꝓprij. non tamẽ vniuoca ſed equiuoca Ex iſto patꝫ ꝙ ꝓprium inſequens ſpẽm de genere ſubſtãtie nõ eſt ſubſtantia ſed accidens. quia tale ꝓpriuꝫ aduenit ſpẽi poſt eius eſſe cõpletum. Quia ꝓprium non eſt niſi naturalis aptitudo ipſius ſpẽi ad actões vel paſſiones. mõ clarũ eſt ꝙ prius eſt aliquid habere eſſe in ſe q̃ poſſe agere vł pati. Et ſic patet reſponſio ad dubium. quia qꝺ de vno dicitur de alijs dicitur. Patet etiam ſolutio rationũ ad oppoſitum dubij. qꝛ pma arguit de cauſa formali. ⁊ alie ꝓbant ꝙ ꝓprium ꝑ ſe ꝑdicatur in ſcdo modo ꝑ ſe

Dubitatur: vtrum riſibilitas ſit ꝓprium hominis. Reſpondetur ꝙ nõ. ſed eſt pncipium ꝓprij. Nã vt alꝭ dictum eſt ad hoc ꝙ aliquid ſit vniuerſale nõ ſufficit ꝙ realiter ſit forma totius. ſed etiam oportet ꝙ ꝑ modum totius ſignificeť ⁊ vt in habente ipſam formam

Ad ratões ante oppoſitum. Ad pmam cõceditur ꝙ ꝓprium vt eſt idem quod ſingulare et hoc aliquid nõ eſt vniuerſale ſed nõ ſic accipitur in ꝓpoſito ꝓprium. ſed accipitur vt idem eſt quod adequatum alicui ſpẽi. Et ſic patet ꝙ idem eſt ꝓprium et cõmune reſpectu diuerſorum. vt riſibile eſt ꝓpriuꝫ reſpectu ſpeciei humane. ⁊ eſt cõmune reſpectu omniũ eorum que con





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tinentur ſub ip̄a ſpē. Ad ſcd̄am dr̄. ꝙ vl'e ⁊ ꝓprium qd̄ idem eſt qd̄ ſingulare habent oppoſitas rōnes. ſed illud negat' loquendo de ꝓprio qd̄ ꝓprium dr̄. qꝛ ſpēi adequatum eſt. Tale em̄ ꝓprium immediate de ſpē p̄dicat' et mediante ſpē de indiuiduis. Nec ex hoc ſeq̄tur quin ſit vl'e. ſeu p̄dicabile ꝑ ſe. qꝛ vt dictū eſt nō inſeq̄tur ſpēꝫ abſolute. ſꝫ magis inclinatā ad indiuidua Ideo p̄dicatio ꝓprij de ſpē nō eſt pure abſoluta. ſed abſoluta p̄dicatione immediate p̄dicatur de idiuiduis per ſe eo modo quo dictum eſt.

Querit'. vtꝝ accidens ſit vnum vl'e diſtinctū ab om̄ibus alijs. Arguit' ꝙ nō diſtinguat' a ꝓprio. quia om̄e qd̄ eſt vel eſt ſubſtātia vel accn̄s. ſed ꝓprium nō eſt ſubſtantia. ergo eſt accidens. et ꝑ ꝯn̄s ꝓpriū nō diſtinguitur ab accidente. Et ſi dicat' ꝙ diſtinguant'. qꝛ ꝓpriū compatur ad ſubam vt ad ſubiectum ⁊ cauſam. ſed accidens ad ſubſtantiā compatur vt ad ſubiectū. ⁊ non vt ad cauſam et in hoc habet ſolum ratōem accidentis.

Contra hoc replicat'. qꝛ om̄e accn̄s cauſatur a ſubſtantia ⁊ in ſubſtantia eſt ⁊ ꝑ ip̄am ſtabilit'. Cuius rō ē qꝛ primum in aliquo ordine eſt cauſa ſcd̄i. mō in ordine entium ſubſtātia eſt p̄mum ens. ergo eſt cauſa accn̄tis. Et ꝯfirmatur. qꝛ accidens diuiditur in ſepabile ⁊ inſeparabile. Sed inſepabile dicit' qd̄ habet cauſam immobilem in ſubiecto. ergo ad ſubſtantiā compatur vt ad cauſam. ergo nō diſtinguit' a ꝓprio. Scd̄o. ſi accidēs eſſet vniuerſale diſtinctū ab alijs vel p̄dicaretur in abſtracto. vel in ꝯcreto Non p̄mum. qꝛ vel diceretur gen' vel ſpēs. Nec ſcd̄m. qꝛ vl'e eſt ſimplex forma. ſꝫ tale cōcretum denominat formā ꝯcernentē tale ſubiectum. ergo non eſt ſimplex forma. Tercio. accidens nō habet ꝓpria indiuidua in q̄bus ſit. ſꝫ eſt in indiuiduis ſubſtantie. ergo non eſt per ſe vniuerſale. In oppoſitū eſt Porphirius in libro ſuo.

Sciendū p̄mo. ꝙ quinqꝫ vniuerſalia in hoc ꝯueniunt quod eſt eſſe in multis. et dici de multis vniuoce ⁊ nō eq̄uoce. Et qꝛ vnūqd̄qꝫ ſuo modo illis in q̄bus eſt dat eſſe nomen et rōnem. Sicut em̄ ab humanitate ſortes dicitur homo. ita ab albedine dicitur alb'. ideo oportet ꝙ vniuerſale ſit notio totius eſſe qd̄ eſt in eo cui dat nomen et ratōem. Quare ſi vniuerſale inſit eſſentialiter eſt notio totius eſſe ſubalis. ſi ꝟo accidentaliter inſit eſt notio totius eſſe accidentalis.

Sciendū ſcd̄o. ꝙ ꝓprium ⁊ accidens in hoc differunt. quia ꝓprium fluit ex eſſentialib' p̄ncipijs ſpēi. que ſunt penitus immobilia ⁊ formalia Sed accidens fluit ex p̄ncipijs indiuidui que trāſmutabilia ſunt ⁊ nō ſunt adequata vni ſpeciei ſed indiuiduis plurium ſpecierum. ideo ꝓprium dicitur accidens ſpēi. accidens vero dicitur accidens indiuidui. Et ex hac differētia data ex pte cauſaꝝ ſeq̄tur alia de modo inherendi in ſubiecto. ⁊ ꝯſequenter de modo p̄dicandi. Proprium em̄ inſeparabiliter ⁊ ꝯuertibiliter ineſt ⁊ p̄dicatur. accidēs vero ꝑ ꝯtrarium ſepabiliter ⁊ non ꝯuertibiliter. Et ex pte em̄ cauſaꝝ ꝓprij et accidentis venit ꝙ accidens dicitur cōmune vel ꝓprium. Accidens cōmune vocatur etiaꝫ infinitum. quia nō habet in ſubiecto cauſam determinatam ad vnam ſpēm plus q̄ ad aliam. Et eadē de cauſa dicit' ens ꝑ accidens. qꝛ p̄ncipia eius nō ſunt eſſentialia ſpēi. ideo per accidēs eſt ꝙ p̄ncipia ip̄ius accidentis et p̄ncipia ſpēi in eodem ſuppoſito ꝯueniunt. quare aggregatum ex ſubiecto ⁊ accidente dicitur ens ꝑ accidēs id eſt ens aggregatum ex naturis diuerſoꝝ p̄dicamentoꝝ. Et iſta de cauſa etiam in definitōne eius non ponitur determinatū ſubiectum. qꝛ principia eius indeterminata ſunt. Sed in definitōne ꝓprij ponitur determinatum ſubiectum. Et per ꝯtrarium ꝓpriū vocatur accidens ꝑ ſe ⁊ accidens finitum ⁊ accidens proprium ꝓpter cauſas contrarias.

Sciendū tercio. ꝙ vl'e eſt notio totius eſſe eius de quo p̄dicatur. Et qꝛ accidens ꝓut eſt vniuerſale diſtinctum ab alijs dicitur in ordine ad ſubiectum cui accidit. ideo accidens in abſtracto ſignificatū nō eſt p̄dicabile quod eſt accidens. ſed eſt genus ſpecies vel differentia. ideo ſoli accidenti in ꝯcretōne ad ſubiectū ſignificato conuenit ratio accidentis vt eſt p̄dicabile diſtinctum ab alijs. Et q̄uis tali ꝯcreto duo ꝯueniant. ſcꝫ ſubiectum et accidens. tamen ꝓprie loquendo nō ſignificat ſubiectum. ſed ſignificat accidens ⁊ ſupponit ſubiectum. Ideo non p̄dicatur ſm̄ eſſe ſubiecti ſed ſm̄ eſſe accidentis quod habet in ſubiecto ⁊ ſic predicatio per accidens vocatur.

Concluſio. accidēs eſt vl'e diſtinctū ab alijs Qꝫ diſtinguitur a ꝓprio ſatis patet per ſcd̄m notabile. ex quo clare videtur eius diſtinctio ab alijs.

Ad rōes ante oppoſitū. Ad p̄mam dicit'. ꝙ accidens poteſt capi dupliciter. Uno modo cōmuniter ꝓut diſtinguitur contra ſubiectum quod eſt ſubſtātia. ⁊ ſic ꝓprium eſt accidens. Alio modo capitur ꝓprie pro eo ſcꝫ quod fluit ex p̄ncipijs ſpeciei. Et ſic ꝓprium nō eſt accidens Ad p̄mam replicam dicit' ⁊ ꝯceditur ꝙ accidens cauſatur a ſubſtantia. ſed nō eodem modo ſicut ꝓprium quod clare patet in corpore queſtionis. Ad illud quod dicebatur de accidente inſepabili. Reſpondetur ꝙ nō dicitur inſepabile. quia in ſubiecto habeat cauſam penitus immobilē. ſed qꝛ in ſubiecto habꝫ cauſam difficulter mobilē. Scd̄a ratio ſoluitur ex dictis.

Ad terciam dicit' ꝙ accn̄s habet ſubijcibilia formaliter diſtincta ab alijs licet nō materialiter. Predicatur em̄ accidens de ſubſtātia ſm̄ ꝙ ſtat ſub eſſe accidentis et nō ſub eſſe ſubſtantiali. Et illud eſſe accidentale eſt a forma accidentali que in ſubiecto eſt.

Accidens ē quod adeſt et abeſt preter ſubiecti corruptionē Diuiditur aūt in duo .ſ. ſeparabile et in iſeparabile. nāqꝫ dormire ſeparabile accidēs ē. nigrū vero ēē iſeparabiliter coruo et ethiopi accidit Poteſt tamē ſubintelligi ⁊ coru' albus. ⁊ ethiops nitēs cādore preter ſubiecti corruptionē Definitur aūt ſic quoqꝫ accidēs eſt quod contingit eidem ineſſe et nō ineſſe Uel qd̄ neqꝫ differētia neqꝫ propriū ſit ſemper aūt eſt in ſubiecto ſubſiſtens Omnib' ergo determinatis que propoſita ſunt dico aūt genere ſpecie differētia ꝓprio et accidēte: dicēdū erit q̄ eis cōia ſunt et que propria



Queritur. vtrū tres definitōnes accidentis ſint bene aſſignate. quaꝝ p̄ma eſt. Accidens eſt quod poteſt adeſſe ⁊ abeſſe p̄ter ſubiecti corruptōem. Scd̄a eſt. accn̄s eſt qd̄ contingit eidem ineſſe et nō ineſſe Tercia eſt. accn̄s eſt qd̄ nec eſt genus nec ſpecies. nec drn̄a. nec ꝓprium ſemꝑ aūt eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Arguitur p̄mo ꝙ nō. ꝯtra p̄mam ⁊ ſcd̄am rōnib' Auicēne In illis nō ponitur genus definiti. ergo nō ſunt bone. Scd̄o. in illis nō ponit' ꝓprius modus p̄dicandi accn̄tis quo differt ab alijs. ergo nō ſunt bene poſite

Tercio. ſicut accn̄s abeſt p̄ter ſubiecti corruptōnem ita adeſt p̄ter ſubiecti ꝯſtitutōem. ⁊ tn̄ hoc nō notat' in p̄ma definitōne. ergo nō eſt bene data. Quarto ſic. poſita p̄ma definitōne. Accn̄s ſtatim diuidit' in ſepabile. ⁊ in inſepabile. Hoc aūt videt' eſſe ꝯtrariū definitōni ſcꝫ ꝙ accn̄s aliqd̄ ſit inſepabile. Nec vt dicunt Arabes valet reſponſio Porphirij dicentis ꝙ om̄e accn̄s ſepabile eſt ad minus ſm̄ intellectū. qꝛ coruus poteſt intelligi alb' ⁊ ethiops nitens candore Cōtra hoc arguūt qꝛ eſſe ſepabile ſm̄ rē et eſſe ſepabile ſm̄ intellectū dicūtur equoce. et equoca nō debent poni in definitōne. ergo illa ſolutio nō valet. Itē arguunt ſic. qꝛ ſilr ſubiectū ꝓprij p̄t intelligi ſine ꝓprio ⁊ ſic ꝓpriū diceret' accn̄s inſeparabile. Itē accn̄s inſepabile eſt cōpabile ad ſubiectuꝫ ſuū. vt ad ſubiectū ⁊ ad cām. ſꝫ poſita cā ponit' ⁊ effect' g̊ accn̄s inſepabile nō p̄t abeſſe p̄ter ſubiecti corruptionem Quinto. qꝛ mors accidit hoi ⁊ cōbuſtio domui et neutꝝ adeſt vel abeſt poſtq̄ inſunt p̄ter ſubiecti corruptionē Deīn arguit' ꝯtra terciā definitōem ſic. alia p̄dicabilia nō definiunt' ꝑ negatōeꝫ accn̄tis. g̊ accn̄s nō dꝫ definiri ꝑ negatōem alioꝝ Scd̄o ſic. negatio cum ſit infinita nihil notificat. ergo nihil dꝫ definiri ꝑ negatōnem. Tercio ſic. accn̄s abeſt p̄ter ſubiecti corruptionem. g̊ nō ſꝑ eſt in ſubiecto ſubſiſtens Quarto ſic. repugnantia eſt in adiecto dicere accn̄s ēē in ſubiecto ſubſiſtens. qꝛ qd̄ eſt ſubſiſtēs ꝑ ſe ē ⁊ nō in alio Ultimo ſic. ſi accn̄s adeſt ⁊ abeſt p̄ter ſubiecti corruptōem ſeq̄t' ꝙ eſt corruptibile. ⁊ ſic non eſt vniuerſale. In oppoſitum eſt Porphirius in textu.

Sciendū p̄mo. ꝙ ex diuiſione vl'is in q̄nqꝫ vl'ia ſatis p̄t intelligi vl'e abſqꝫ expreſſione ei' in definitione cuiuſlibet. Et qꝛ vl'e definit' ꝑ eſſe in multis. ſatis etiā intelligit' ꝙ accn̄s eſt p̄dicabile de multis. Et per hoc ꝙ in definitōne accn̄tis dr̄ qd̄ adeſt vel abeſt preter ſubiecti corruptōem ſatis intelligit' ꝓprius modus accidentis. Accn̄s em̄ nō eſt de eſſentia ſubiecti. Nec cauſat' ex p̄ncipijs eſſentialib' ſubiecti. iō accn̄talr̄ ſibi ineſt et nō ꝯuertibiliter. Et iō p̄ma definitio ſic intelligi p̄t. Accn̄s ē vl'e qd̄ p̄dicat' de multis in q̄le ⁊ nō ꝯuertibilr̄ qꝛ p̄ncipia ei' nō ſunt adeq̄ta p̄ncipijs ſubiecti. ⁊ iō adeſt ⁊ abeſt p̄ter ſubiecti corruptōem.

Sciendū ſcd̄o. ꝙ accidens nō ineſt ꝑ cauſam eſſentialē ⁊ imobilē. iō ꝯtingit non ineſſe. Et qꝛ in ſubiecto nō ē aliq̄d repugnās accn̄ti aut ꝓhibens inherentiā eius. iō ꝯtingit ineſſe. Et lꝫ accn̄s de pluribꝫ forte p̄dicet' q̄ alia p̄dicabilia. min' tn̄ hꝫ de rōne p̄dicabilis. qꝛ ſepabiliter et nō ꝯuertibiliter ineſt. Et iō ꝑ abnegationem alioꝝ definiri poteſt ſicut impfectū ꝑ abnegationem pfecti cognoſcit'. Et licet negatio ſm̄ ſe ſit infinita. tamen finitur per illud quod negat et illo modo aliquid notificat.

Sciendū tercio. ꝙ cum dicit' accn̄s ſemꝑ ē in ſubiecto nō vult Porphirius ꝙ nō poſſit abeſſe. ſed q̄diu eſt in ſubiecto eſt. Et accipit' ibi ſubſiſtens large vt idem eſt ꝙ ens ſiue in ſe ſiue in alio. qꝛ ſubſiſtens ꝓprie dictū ſoli p̄me ſubſtātie ꝯuenit vt patuit ſupra

Sciendū quarto. qd̄ vt dicit doctor ſanct' in prima parte. queſtione. xc. articulo ſcd̄o in corꝑe queſtionis accn̄s lꝫ ſit ens ſm̄ quid et impfectū. tamē poti' dicit' entis diſpoſitio vel menſura. vel alia habitudo q̄ ens. qꝛ impfectum eſt gratia pfecti. Tamen qꝛ accn̄s aliquā entitatem habet diſtinctam a ſubſtātia. ideo poteſt dici aliquo modo ens ſed nō dicitur ens ſimpliciter ſed ens in ſubiecto.

Concluſio. Predicte definitōnes accidentis ſunt ſufficienter aſſignate. hoc ſatis patet ex dictis

Ad ratōnes ante oppoſitum due p̄me ſolute ſunt Ad terciā dicitur ꝙ illud ſatis intelligit' cum dicit' quod abeſt p̄ter ſubiecti corruptōem. nam ex quo ſic abeſt clarū eſt ꝙ non eſt de eſſentiali conſtitutōe ſubiecti. Ad quartam dicit' ꝙ in illa diuiſione inſeparabile dicit difficultatē ſepatōnis. Et eſt aduertendū ꝙ duplex eſt conſtitutio ſubiecti vna eſt ſubſtantialis que eſt ex materia et forma. et loquendo de tali conſtitutōe accidens inſeparabile poteſt abeē ſubiecto manente eadem ſubſtātialiter. Unde dicit dominus Albertus ſi oua corui vngerent' ſanguine catti vl' anſeris q̄ ſunt frigida animalia mixta cum viuo argento. ⁊ ponerentur in loco frigidiſſimo ex illis generētur corui albi. Immo etiam aliquādo generātur ex ſola frigiditate loci ſicut ethiops in loco frigido efficitur albus. Alia eſt ꝯſtitutio accidentalis. ſ. in eſſe talis vel talis cōplexionis. Et loquendo de ſubiecto ſic cōſtituto accidens inſepabile cōpatur ad ip̄m ⁊ vt ad ſubiectum ⁊ vt ad cauſam. Et manente tali cōplexione manet accidens. Sed ſicut cōplexio variabilis eſt abſqꝫ corruptōne ſubiecti. ita accidens ſepari poteſt. Et per hoc ſoluunt' obiectōes facte ꝯtra reſponſionē Porphirij. Et ad illam que fiebat de ꝓprio dicit' ꝙ q̄uis ſubiectum intellectu ſimplici poteſt intelligi ſine ꝓprio nō tamē econtra. qꝛ in definitōne ꝓprij ponit' ſuum determinatū ſubiectum. Sed accidēs poteſt intelligi ſine illo cui accidit. qꝛ nō adequatur ſibi Sed qꝛ ꝓprium adequat' ꝓprio ſubiecto. ideo ſine ſubiecto intelligi nō poteſt. Ad quintā que arguebat de morte ⁊ cōbuſtione reſpondet Albertus ꝙ mors nō eſt accidentalis mortuo neqꝫ cōbuſtio domui cōbuſte. immo hec eſt propoſitio per ſe in quarto modo perſeitatꝫ mortuum interijt morte ſicut illa propoſitio interfectū interijt ſm̄ interfectōnem. qꝛ tamen mors non conuenit animali ratōne p̄ncipiorum eſſentialiū tanq̄ proprietas quedam poſitiua Sed ſibi conuenit ab extrinſeco ſcꝫ ratōne ꝯtrarietatis qualitatū. ⁊ ratōne oppoſitionis p̄uatōnis ad formam que ē in materia rei Ideo mors animali accidit ⁊ cōbuſtio domui. Alie ratōnes contra terciam definitōnem ſolute ſunt. Ad vltimā dicitur. ꝙ accidens in particulari corrūpitur. ſed non ꝑ ſe in vniuerſali.

Commune q̄dē eſt omnib' de pluribꝫ predicari. ſed genus q̄deꝫ de ſpeciebꝫ et indi



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

uiduis.et differẽtia ſimiliter ſpecies aũt de his
que ſub ipſa ſunt indiuiduis At vero ꝓpriũ et
de ſpecie cuius eſt ꝓpriũ et de his q̃ ſub ſpẽ ſunt
indiuiduis.accidẽs aũt ꝛ de ſpeciebꝫ ꝛ de indi/
uiduis Nãq3 aial de eq̃s et bobꝫ et canibꝫ p̃di/
catur que ſunt ſpecies.et de hoc equo et de hoc
aſino ꝛ de hoc boue que ſunt indiuidua.irratio
nale vero et de eq̃s et de bobꝫ et de his que ſunt
particulares p̃dicatur Species aũt vt hõ ſolũ
de his q̃ ſunt particulares hoies p̃dicatᷣ. Pro/
priũ aũt (quod eſt riſibile) de homine ꝛ de h[i]is q̃
ſunt particulares Nigrũ aũt et de ſpecie co[r]uo
rũ et de his q̃ ſunt particulares qꝺ ẽ accidẽs in
ſeparabile ꝛ mouere de hoie ꝛ de equo qꝺ ẽ acci
dẽs ſeparabile.ſ3 ꝓncipalit̃ q̃dez de indiuiduis
ſcꝺo vero loco de his q̃ continent idiuidua

Ommune aũt generi et dr̃ie cõtinentia
ſpẽꝝ.ↄtinet eñ ꝛ dr̃ia ſpẽs ꝛ ſi nõ oẽs q̃t
genera rõnale eñ ꝛ ſi nõ cõtinet ea q̃ ſunt irrati
onalia vt genus queãdmodũ anial tamen con/
tinet hominẽ et deũ q̃ ſunt ſpecies et q̃cũq3 pre
dicãtur de genere. vt genus et de his (que ſub
ipſo ſunt) ſpeciebꝫ p̃dicentur et q̃cũq3 de diffe/
rẽtia et de his que ſub ipſa ſunt ſpeciebꝫ predi/
cabunt̃ Nã cũ genus ſit aial non ſolũ de eo pre
dicãtur vt genus ſubſtantia et aiatũ.ſ3 etia3 de
his q̃ ſunt ſub aiali ſpeciebꝫ oibꝫ p̃dicantur vſq3
ad indiuidua cũq3 ſit dr̃ia rõnalis p̃dicatur de
ea vt dr̃ia id qꝺ ẽ cõe vti et nõ ſolũ de eo qꝺ eſt
rõnale ſ3 etiã de his q̃ ſunt ſub rõnali ſpẽbꝫ pre
dicabit̃ rõne vti Cõmune aũt et ꝑempto gene/
re vel differentia.ſimul ꝑimi que ſub ipſis ſunt
queãdmodũ ſi non ſit animal non eſt equꝰ neq3
homo.et ita ſi nõ ſit rõnale nullũ erit animal qꝺ
vtatur ratione Propriũ aũt eſt generi de plu
ribꝫ p̃dicari q̃3 dr̃ia et ſpẽs et ꝓpriũ et accñs.
animal eñ de equo et de hoie ꝛ aue et ſerpẽte p̃/
dicat̃: q̃drupes ꝟo de ſolis quattuor pedes ha
bẽtibꝫ.hõ vero de ſolis indiuiduis.et hinnibile
de equo et de his q̃ ſũt particulares.et accñs ſi
mil̃r de paucioribꝫ.opor3 aũt dr̃ias accipe qui
bus diuidit̃ genus.nõ eas q̃ cõplent ſubãm ge
neris Amplius genus cõtinet differẽtias pote
ſtate.animal eñ hoc q̃dẽ rõnale ẽ illud vero ir/
rõnale Ampliꝰ q̃de3 gña priora ſunt his q̃ ſub
ſe poſite ſunt dr̃ĩtijs.ꝓpter qꝺ ſimul q̃de3 eas
auferunt nõ aũt ſimul auferũt̃.ſublato eñ aiali
auferṫ rõnale et irrõnale.dr̃ie vero nõ auferunt
genus.nã ſi oẽs interimãt̃ tñ ſubã aiata ſenſibi/
lis ſubintelligit̃ que ẽ aial Ampliꝰ genꝰ q̃dẽ in
eo quod quid ẽ p̃dicat̃.differẽtia vero in eo qꝺ
quale q̃de3 ẽ (queãdmodũ dcm̃ eſt) p̃dicat̃. Am
plius genꝰ q̃dem vnũ eſt ſcḋm vnãquãq3 ſpẽ3 vt
hois id qꝺ eſt anial.dr̃ie vero pluribꝫ.vt rõnale
mortale mẽtis et diſcipline ꝑceptibile quibꝫ ab
alijs differt. Et genus quidẽ cõſimile ẽ materie
forme vero dr̃ia.cũ aũt ſint et alia cõia et ꝓpria
generis et dr̃ie tunc iſta ſufficiãt Genus aũt
et ſpecies cõmune quide3 habẽt de pluribꝫ quẽ
admodũ dictu3 eſt p̃dicari.ſumatur autem ſpe/
cies vt ſpẽs non etia3 vt genꝰ ſi fuerit ide3 ſpẽs
et genus cõmune aute3 his eſt et priora eſſe eo
rũ de quibus predicãt̃ et totũ quidda3 ẽ vtrũq3

Differũt ãt q᷑ genꝰ quidem cõtinet ſpẽs ſub
ſe.ſpecies vero ↄtinet̃ et nõ cõtinet genera. in
pluribꝫ eñ genus q̃3 ſpẽs eſt: genera eñ preia/
cere oportet et formata ſpecificis differẽtijs ꝑfi
cere ſpẽs. vnde et priora ſũt naturaliter gña et
ſimul interimẽtia ſ3 q̃ nõ ſimul interimãt̃.et ſpe
cies quidẽ cu3 ſit eſt et genus. Genus vero cũ
ſit oĩno erit ſpẽs.et genera quidem vniuoce de
ſpeciebus p̃dicãtur ſpẽs vero de generibꝫ mini
me Ampliꝰ genera q̃de3 abundãt eaꝝ que ſub
ipſis ſunt ſpecieꝝ cõtinẽtia ſpẽs vero a generi/
bus abundãt ꝓprijs differẽtijs Amplius neq3
ſpẽs fiet vnq̃3 generaliſſimum neq3 genꝰ ſpeci
aliſſimum

Eneris aũt et ꝓprij cõmune q̃dem ẽ ſequi
ſpẽs Nã ſi hõ ẽ.aial ẽ.ꝛ ſi hõ ẽ.riſibile eſt ꝛ
eq̃liter p̃dicat̃ genꝰ de ſpẽbꝫ et ꝓpriũ de his q̃ il
lo ꝑticipãt eq̃liter eñ et hõ et bos anial eſt ꝛ Ca
tho et Cicero riſibile.cõmune aũt ẽ et vniuoce
p̃dicari genꝰ de ꝓprijs ſpẽbꝫ et ꝓpriũ de his q̃/
ru3 eſt ꝓpriu3 Differũt aũt qm̃ genꝰ quidẽ p̃/
us eſt.poſteriꝰ ꝟo ꝓpriũ.opꝫtet eñ ꝓus eſſe aial
de hinc diuidi differentijs et ꝓprijs. Et genus
quidẽ de pluribꝫ ſpẽbꝫ p̃dicat̃.ꝓpriũ ꝟo de vna
ſola ſpẽ cuius eſt ꝓpriũ Et ꝓpriũ q̃dem ↄuerſi3
p̃dicat̃ de eo cuius ẽ ꝓpriu3.genꝰ vero de nullo
ↄuerſim Nã neq3 ſi aial ẽ hõ eſt.neq3 ſi aial ẽ riſi
bile eſt.ſi vero homo eſt riſibile eſt: ꝛ e conuerſo
Amplius ꝓpriu3 omĩ ſpeciei ineſt cuius eſt
ꝓprium et vni ſoli et ſemper. genus vero omni
quidem ſpẽi.cuius fuerit genus et ſemꝑ nõ aũt
ſoli Amplius q̃dem ſpecies interempte nõ ſimt̃
interimunt genera q̃rũ ſunt ſpẽs. ꝓpria ꝟo in
terempta ſil̃r interimũt ea.quoꝝ ſunt ꝓpria ꝛ his
quoꝝ ſunt ꝓpria interempt3 ꝛ ipã ſil̃r interimũt̃



Eneris vero ꝛ accidẽtis cõe eſt de pluribꝫ
(quemadmodũ dcm̃ eſt) p̃dicari ſiue ſepa
rabile ſit accñs ſiue inſeꝑabile.etenĩ moueri de
pluribꝫ.ꝛ nigrũ de coruis ꝛ de oĩbus ethiopi/
bus ꝛ de aliq̃bus inaiatis p̃dicat̃. Differt autẽ
genus ab accñte qm̃ genus añ ſpẽs eſt. accñtia
vero ſpẽbus inferiora ſunt: nã ſi etia3 inſeꝑabile
ſumat̃ accñs tñ ꝓus eſt illud cui accidit q̃3 acci
dens Et genera q̃dẽ q̃ ꝑticipant eq̃liter partici
pant.accñtia vero nõ eq̃liter. Intenſionẽ eñ ꝛ
remiſſionẽ ſuſcipit accñtiũ ꝑticipatio. geneꝝ ve
ro mĩme. Et accñtia q̃dem in indiuiduis ꝓnci/
paliter ſubſiſtũt.genera vero ꝛ ſpẽs naturaliter
priora ſunt indiuiduis ſubſtãtijs. Et genera q̃/
dem in eo qꝺ quid ſit p̃dicant̃ de his q̃ ſub ipſis
ſunt.accñtia vero in eo qꝺ quale aliquid eſt vl̃
q̃ñ ſe habeat vnũquodq3. q̃lis eñ eſt ethiops
interrogatus.dicis niger ꝛ queãdmodũ ſocra/
tes ſe habeat dicis qm̃ ſedet vel ambulat. Ge
nus vero q̃ñ ab alijs quattuor differat dcm̃ ẽ.

Cõtingit ãt vnũqꝺq3 alioꝝ differre ab alijs
q̃ttuor. ꝛ cũ q̃nq3 q̃dem ſint ꝛ vnũqꝺq3 ab alijs
q̃ttuor differat: quater quinq3 id eſt viginti fient
oẽs differẽtes ſed ſꝑ poſterioribꝫ enumeratis.
et ſcꝺis q̃dem vna ſuꝑatis. ꝓpterea qm̃ iã ſum
pta eſt.tercijs vero duabꝫ quartis vero tribꝫ q̃n
tis vero q̃ttuor: decẽ oẽs ſunt q̃ttuor tres due
vna genus ꝟo differt a dr̃ia ꝛ ſpẽ ꝛ ꝓprio et ac
cidẽte. q̃ttuor g̃ ſunt oẽs dr̃ie. Differẽtia ꝟo q̃
differt a genere dictũ eſt qñ q̃ differt genꝰ ab ea
dicebat̃.relinq̃tur g̃ q᷑ differat dr̃ia a ſpẽ ꝛ a ꝓ
prio et accñte dicere et fiunt tres. rurſus q̃ ſpẽs
q̃dem differat a dr̃ia dcm̃ eſt qñ q̃ differt dr̃ia
a ſpẽ dicebat̃. Quo aute3 differat ſpẽs a genere
dcm̃ eſt qñ quo genus ab ea differt dicebat̃.reli
quũ ergo eſt. vt q̃ differat ſpẽs a ꝓprio ꝛ accñte
dicat̃. due igit̃ ſunt dr̃ie ꝓpriũ aũt q̃ differat ab
accñte relinq̃tur. nã quo a ſpẽ ꝛ differũt ꝛ gene/
re differat dcm̃ eſt in illoꝝ ad ipm̃ differentijs
q̃ttuor igit̃ ſumptis differẽtijs generis ad alia
tribus vero differentie. duabꝫ autẽ ſpeciei. vna
autem ꝓprij ad accidens. decem erũt omnes.
quarũ quattuor (que erant generis) ad reliq̃ ſu/
perius demonſtramus

Ommune ergo differentie ꝛ ſpeciei eſt eq̃
liter ꝑticipari. homĩe non eñ eq̃liter par/
ticipant ꝑticulares homĩes ꝛ rõnali differẽtia.
Cõmune vero eſt ꝛ ſemꝑ adeſſe his que eoꝝ ꝑ
ticipant ſꝑ eñ ſocrates rõnalis eſt ꝛ ſemꝑ ſocra
tes homo Propriũ aũt differẽtie q̃dem eſt in
eo quod quale ſit p̃dicari. ſpeciei vero in eo qꝺ
quid eſt. Nam ꝛ ſi homo velut qualitas accipia
tur. nõ ſimpliciter erit qualitas ſed ſcḋm id q᷑ ge/
neri aduenientes differẽtie eam conſtituerunt.
Amplius differẽtia q̃dem in pluribus ſepe ſpe
ciebus conſideratᷣ. quemadmodu3 quadrupes
in pluribꝫ animalibꝫ ſpecie differentibꝫ. ſpecies
vero in ſolis his que ſub vna ſpecie ſunt indi/
uiduis: Amplius differentia prima eſt ab ea/
dem ſpecie que eſt ſcḋm ipſam: ſimul eñ ablatu3
rõnale interimit hominẽ. Homo vero interemp
tus non aufert rationale. cum ſit deus. Ampliꝰ
differẽtia q̃dem cõponitur cum alia differẽtia
rõnale eñ ꝛ mortale compoſitum eſt in ſubſtan
tia homis. ſpecies vero ſpeciei non cõponitur
vt gignant aliquã aliam ſpeciẽ. q̃da3 equus cui
dam aſino ꝑmiſcetur ad muli generatõe3. equꝰ
autem ſimpliciter aſino nunq̃3 cõueniens perfi
ciet mulũ Differẽtia vero et ꝓprium cõmune
q̃dem habẽt equaliter ꝑticipari ab his que eoꝝ
participant. equaliter eñ rõnalia rõnalia ſunt.
et riſibilia riſibilia ſunt. ꝛ ſemper ꝛ omni adeſſe
cõmune vtriſq3 eſt. Si autẽ curtetur qui eſt bi
pes. non ſubſtantia perimitur. ſed ad id qꝺ natũ
eſt ſꝑ dicitur. nam ꝛ riſibile ad id ad qꝺ natũ eſt
ſemꝑ dr̃. ſed nõ in eo quod ſemꝑ rideat Propriũ
aũt differẽtie eſt q᷑ hec q̃dem de pluribus ſpe/
ciebus dicitur. vt ratõnale de homĩe ꝛ de deo.
ꝓprium vero de vna ſola ſpecie cuius eſt ꝓpriũ
Et differẽtia q̃dem illis eſt cõſequẽs quorũ eſt
dr̃ia. ſed non cõuertit̃. ꝓpria vero cõuerſim p̃/
dicant̃ de his quoꝝ ſunt ꝓpria Differẽtie aũt
et accñti cõmune q̃dem eſt de pluribꝫ dici. com
mune vero ad ea q̃ ſunt inſeꝑabilia accñtia ſem
per ꝛ oĩbus adeſſe. Bipes eñ ſemꝑ adeſt omĩ/
bus coruis ꝛ nigrũ eſſe ſil̃r Differt aũt qm̃ dr̃ia
quidẽ ↄtinet ꝛ nõ cõtinet̃. cõtinet eñ rõnalitas
hominẽ. Accidẽtia vero quodãmodo cõtinent
in eo q᷑ in pluribꝫ ſunt. quodã vero cõtinentur.
eo q᷑ nõ vnius accidẽtis ſuſceptibilia ſunt ſub/
iecta. ſed plurimoꝝ. Et differentia quide3 inin/
tenſibilis ꝛ irremiſcibilis: accidẽtia vero magꝭ
et minus recipiunt. Et impmixte q̃dem ſunt cõ
trarie differẽtie. mixta eñ contraria accidentia
Huiuſmodi q̃dem cõmuniones ꝛ ꝓprietates
dr̃ĩtie ꝛ ceteroꝝ ſunt. Spẽs ꝟo q̃ q̃dẽ differat
a genere ꝛ dr̃ia dcm̃ eſt in eo q᷑ dicebamꝰ quo
genus differt a ceteris. ꝛ quo dr̃ia a ceteris.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Peciei aūt ⁊ ꝓpꝛij cōe eſt de ſe inuicē p̄dicari. nā ſi hō eſt. riſibile ē. ⁊ ſi riſibile ē. hō ē riſibile vero qm̄ ſm̄ id qḋ natū eſt dꝛ ſepe iā dictum eſt. eq̄liter em̄ ſunt ſpēs his q̄ eoꝝ ꝑticipāt et ꝓpꝛia quoꝝ ſunt ꝓpꝛia. Differt aūt ſpēs a ꝓpꝛio qm̄ ſpēs quidē p̄t ⁊ alijs genus ēē. ꝓpꝛium vero aliaꝝ ſpēꝝ ēē impoſſibile eſt. ⁊ ſpēs q̇dē añ ſubſiſtit q̄ꝫ ꝓpꝛiū. ꝓpꝛiū vero poſtea fit ſpē. oꝫ ei hoīeꝫ añ ēē vt ſit riſibile. Amplꝰ ſpēs q̇dē actu ſꝑ adeſt ſubiecto. ꝓpꝛiū ꝟo aliqñ actu poteſtate aūt ſꝑ. hō em̄ ſꝑ actu eſt. ſocrates nō vero ſꝑ ridet. q̄uis natura ſꝑ riſibilis. Amplius quoꝝ termini ſunt differētes. ⁊ ip̄a ſunt drñtia. eſt aūt ſpēi terminus ēē ſub genere. ⁊ de pluribꝫ ⁊ drñtibus numero in eo ꝙ q̇d ſit p̄dicari. ⁊ cetera huiuſmōi. ꝓpꝛij vero ſoli ⁊ ſemꝑ ⁊ omni adeſſe.

Spēi vero et accñtis cōe quidē eſt de pluribus pꝛedicari. rare vero alie ſt̄ cōitates. ꝓpterea qm̄ plurimū diſtāt a ſe accñs ⁊ cui accidit Pꝛopꝛia vero vtriuſqꝫ ſunt. ſpēi quidē in eo qḋ quid eſt p̄dicari de his quoꝝ eſt ſpēs. accñtis autē in eo qḋ q̄le quoddam eſt vł aliquo mō ſe habēs. ⁊ vnāquāqꝫ ſubſtantiā vna quidē ſpē participare. pluribꝫ aūt accñtibus ⁊ ſeꝑabilibus ⁊ inſeꝑabilibꝫ. ⁊ ſpēs quidem añ ſubintelligi p̄t q̄ꝫ accñtia etiā ſi ſint inſeꝑabilia. oꝑtet em̄ ſubiectū ēē vt illi aliq̇d accidat. Accñtia vero poſterioꝛis generis ſunt ⁊ aduenticie nature. ⁊ ſpēi quidē ꝑticipatio equaliter ē. accñtis vero ſeꝑabilis vel ſi inſeꝑabile ſit nō eq̄liter. ethiops em̄ alio ethiope habebit colorē vł intēſum amplius vł remiſſuꝫ ſm̄ nigredinē. Reſtat ģ de ꝓpꝛio ⁊ accñte dicere. quo em̄ ꝓpꝛium a genere ſpēꝝ drñtia differat dictum eſt in illoꝛum ad ipſum differentijs.

Cōmune autē ꝓpꝛij ⁊ inſeꝑabilis eſt accidentis ꝙ p̄ter ea nunq̄ꝫ conſiſtant illa in q̇bus cōſiderantur quemadmodū em̄ p̄ter riſibile nō ſubſiſtit homo. ita nec p̄ter nigredineꝫ ſubſiſtit ethiops. Et quemadmodū ⁊ ſemꝑ et omī adeſt ꝓpꝛiū. ſic et inſeparabile accidēs. Differt aūt quoniā ꝓpꝛium vni ſoli ſpēi adeſt. quemadmodum riſibile homini. Inſeꝑabile vero accidēs (vt nigrū) nō ſolum ethiopi ſed etiam coꝛuo et carboni et ebeno et quibuſdā alijs. Quare pꝛopꝛium cōuerſim p̄dicatur de eo cuius eſt pꝛopꝛium et eq̄liter. inſeparabile vero accñs cōuerſim non p̄dicatur. Et ꝓpꝛij quidē equalis eſt ꝑticipatio. accidentiuꝫ vero hec q̇dē magis. illa vero minus Sunt q̇dē et alie cōitates vł ꝓpꝛietates eoꝝ q̄ꝫ q̄ dicta ſunt. ſed ſufficiāt etiam hec ad diſcretōem eoꝝ cōitatiſqꝫ traditionem

Querit. vtrum q̇nqꝫ vniuerſalia pñt in idem coincidere Arguit ꝙ nō. qꝛ mēbꝛa bone diuiſionis non debēt coincidere. ſed vłe ſufficiēter diuidit in q̇nqꝫ vniuerſalia. ergo ⁊c. In oppoſitū arguit autoꝛitate phoꝝ Arabum dicentiū ꝙ vł'ia quodāmodo inter ſe cōmiſcent ita ꝙ idē compatū ad diuerſa poteſt dici genus ſpēs differentia ꝓpꝛium ⁊ accidens

Sciendum pꝛimo. ꝙ qñ Arabes intelligūt de omībꝫ vniuerſalibꝫ acceptis in rōne p̄dicabiliū ad inuicē diſtinctoꝝ ſi ſic intelligant dictum eoꝝ nō eſt vniuerſaliter verū. ſed ſi intelligant ꝙ aliqua vniuerſalia coincidāt in idē ſm̄ rem nō tñ ſm̄ rōem in hoc verū dicunt Pꝛimū ſic oſtēditur. qꝛ ſpēs ſpecialiſſima in idē cū genere non coincidit. et ſimiliter genus generaliſſimū cū ſpē nō coincidit. Neqꝫ ſpēs de genere ſubē cum ꝓpꝛio ⁊ accñte coincidere p̄t. Silr licet vna drña ad aliā eiuſdē oꝛdinis habeat moduꝫ generis et alia modū ſpēi. qꝛ vna eſt cōmunioꝛ altera ⁊ vna ſupioꝛ. ſcꝫ que includit in inferioꝛi. Tñ ꝓpꝛie accipiēdo genus ſpēm et differentiā. differētia nō poteſt eſſe ſpēs. quia ſpēs eſt cōpoſita ex genere ⁊ differētia ſiue ex actu ⁊ potentia. mō differentia tm̄ actus eſt. Differētia etiā non poteſt eſſe genus. quia genus hꝫ rōnem potentie determiabilis. differentia vero actus determinātis. ⁊ ſic patet ꝙ dictū Arabum nō eſt vniuerſaliter verū. Secundū oſtenditur nam idem cōparatū ad diuerſa bene eſt genꝰ ⁊ ſpēs vt ſunt intermedia in linea p̄dicamentali. Et accipit ſpecies vt definit in rōne ſpēi ⁊ non in rōne p̄dicabilis. Quia ſic etiā poteſt eſſe accidens ⁊ ꝓpꝛium vt calidū compatū ad ignē ꝓpꝛium dicitur ⁊ compatū ad ſoꝛtē vel platonē accidēs dꝛ. Idem etiā reſpectu diuerſoꝝ eſt genus ⁊ accidens vt coloꝛatū reſpectu albi et nigri genꝰ eſt ⁊ reſpectu pꝛime ſubſtātie accidens dicit. Similiter idem poteſt eſſe ſpecies ⁊ accidens vt albū compatū ad hoc album. vel ad illud habet rōnem ſpeciei. et comparatū ad pꝛimā ſubſtantiā habet rōnem accidentis. Et ſimilit dicendū eſt de ꝓpꝛio ⁊ accidēte. vt caliduꝫ reſpectu ignis eſt ꝓpꝛium ⁊ reſpectu ſoꝛtis accidēs. ſed reſpectu huius vel illius calidi ſpecies eſt. Et ita idem reſpectu diuerſoꝝ poteſt dici ꝓpꝛium ⁊ ſpecies His notatis ponitur concluſio reſponſiua

Concluſio. aliqua vniuerſalia coincidūt ſm̄ rem nō tamē ſm̄ rōnem. Pꝛima pars patet ꝑ notabile dictum. Secūda pars patet ꝑ rōnem ante oppoſituꝫ. Sꝫ hic oꝛitur difficultas vtrum nature rerum ſm̄ ſe ſint vniuerſales. Et videt ꝙ ſic. qꝛ ſm̄ ſe ſimplices ſunt ⁊ nondū in vltimo actu nature exiſtentes. ergo cōmunicabiles ſunt ⁊ ſm̄ ſe vniuerſales. Sed in oppoſitū arguit. qꝛ ſi ſm̄ ſe eſſent vniuerſales nō poſſent eſſe ꝑticulares neqꝫ particulariſari et ſic ſimiliter ſi ſm̄ ſe eſſent particulares nō poſſent vniuerſaliſari. quia quod ſm̄ ſe eſt tale cuicūqꝫ comparet ſemꝑ eſt tale. Ad hanc difficultatē reſpōdet Albertus ꝙ nature reꝝ in quadruplici eſſe ꝯſiderari poſſunt. Pꝛimo in ēē nature ſimplicis ſm̄ ſe accepte. ⁊ nō in reſpectu ⁊ habitudie ad aliq̇d aliud q̄ꝫ ad eius pꝛincipia eſſentialia. Et hoc modo de naturis reꝝ nihil vere enūciatur niſi qḋ ꝑtinet ad eaꝝ definitionē quidditatiuā. Scḋo mō pñt etiaꝫ cōſiderari in rōne ſui eſſe aptitudis ad multa. q̄ q̇dē aptitudo naturā ſeq̇t rōe ſimplicitatꝫ ſue nature ⁊ determiatōis in vltimo actu nature. ⁊ h̄ mō nature reruꝫ ꝯſiderare ſm̄ ſe pñt. dici



vłes in potēa tm̄. Et tñ ꝯplemētum vniuerſalitatꝫ capiūt in intellectu ⁊ ab intellectu. Et ita vł'itas nō eſt totaliter in intellectu ⁊ ab intellectu. ſed fundat in natura rei. Terciꝰ accipi pñt vt ſtꝫ in lumie intelligētie cuius ſtꝫ radij. Et ex hoc hñt ꝙ ſunt foꝛme intelligibiles ⁊ motiue noſtri intellectus poſſibilis de potētia ad actū. Quarto mō ꝯſiderari pñt in eſſe indiuidui determiari ꝑ accñtia idiuiduātia. Et hoc mō ꝑticulares ſunt generabiles et coꝛruptibiles. Et ſic ſoluit difficultas. Quia natura ſm̄ ſe accepta nec ē vłis nec ꝑticularis Et poſſet etiā ſolui ꝑ diſtinctōem. qꝛ vel illa reduplicatio ſm̄ ſe reduplicat aliq̇d ꝑtinēs intriſece ad conſtitutōem nature ſiue eēntie rei. Et iſto mō nature reꝝ non ſunt ſm̄ ſe vłes. qꝛ vł'itas non dꝛ aliq̇d qḋ ſit intrinſece de cōſtitutōe eēntie vel nature Vel p̄t reduplicare aliq̇d eēntialiter ꝯñs naturā rei. Et tunc diſtinguendū eſt de vłi. qꝛ p̄t dici ſm̄ aptitudinē ⁊ ſm̄ actū. Si pmo mō dicat ſic nature reꝝ ſm̄ ſe ſunt vłes. Si vero ſcḋo dicat nature reruꝫ nō ſtꝫ vłes ſm̄ ſe imo ſm̄ accñs ē ꝙ ſcḋo nature reꝝ dicāt vłes. qꝛ vłe ſm̄ actū vł'itatis acceptū eis accidit.

Dubitat. vtrū omia vł'ia in aliquo cōueniāt Rñdet cū textu ꝙ ꝯueniūt ſolū in h̄ qḋ ē p̄dicari de plibꝫ

Dubitat de cōitatibꝫ ⁊ differētijs generis et drñe. Rñdetur cū textu ꝙ ſunt tres cōueniētie ⁊ ſex drñe. Pꝛima cōueniētia eſt. ꝙ ſicut genus cōtinet ſpēs ita drña generalis. Pauciores tñ ꝯtinetqꝫ genus qḋ diuidit. Secūda ꝯueniētia eſt ꝙ ſicut illud qḋ p̄dicat de genere vt genus eſt p̄dicat de eis q̄ ſunt ſub ip̄o. Ita illud qḋ p̄dicat de drña p̄dicat de ꝯtētis ſub ea. Tercia ꝯuenientia eſt ꝙ deſtructis genere ⁊ drña deſtruūt ſilr̄ q̄ ſub ip̄is ſunt ⁊ nō ecōtra. Pꝛima drña eſt. qꝛ genꝰ de pluribꝫ p̄dicat q̄ꝫ drña diuiſiua ip̄ſius. Scḋa eſt. qꝛ genus ꝑtāte cōtinet drñas ſꝫ non ecōtra. Tercia ē. qꝛ genus ꝑus eſt ſuis drñtijs diuiſiuis iō ablato genere auferunt drñe. ſed nō ecōtra. Quarta eſt. qꝛ genꝰ p̄dicat in q̇d ⁊ drña in q̄le. Quinta eſt. qꝛ genꝰ ē vnū ſm̄ vnāquāqꝫ ſpēꝝ drñe vero multe ſunt. Sexta eſt. qꝛ genus ſilr̄ eſt materie. drña vero foꝛme

Dubitat de cōitatibꝫ ⁊ drñtijs generis et ſpeciei. dꝛ ꝙ ſunt tres cōitates ⁊ q̄ttuoꝛ drñe. Pꝛimo ꝯuenientia eſt de pluribꝫ p̄dicari. Scḋa eſt. ꝙ ꝑoꝛa ſunt his de q̇bꝫ p̄dicant. Tercia eſt. qꝛ vtrunqꝫ eſt q̇dammō totū reſpectu eiꝰ de q̄ p̄dicat Pꝛima dr̄a eſt. qꝛ genꝰ ſub ſe ꝯtinet ſpēs. ſꝫ nō ecōtra. Scḋa eſt. qꝛ genus eſt in pluribꝫ q̄ꝫ ſpēs. Tercia eſt. qꝛ genus naturaliter ꝑus eſt ſpē. iō deſtructo genere deſtruit ſpēs ſed nō ecōtra. Quarta eſt. qꝛ genera de ſpēbꝫ vniuoce p̄dicant. ſꝫ nō ecōtra. Et in textu ſuꝑaddunt due drñe. Pꝛima eſt. qꝛ genꝰ in cōtinētia poteſtatiua drñaꝝ abūdat a ſpē. ſed in cōtinentia actuali ſpēs abūdat a genere. Scḋa eſt. qꝛ ſpēs nunq̄ꝫ p̄t eſſe genus generaliſſimū. et genus nunq̄ꝫ p̄t eſſe ſpēs ſpecialiſſima

Dubitat de cōitatibꝫ et drñtijs generis et ꝓpꝛij. Rñdet ꝙ ſtꝫ tres cōuenientie ⁊ q̇nqꝫ drñe Pꝛima cōueniētia eſt eſſe ꝯñs ad ſpēm ſm̄ ſubſiſtēdi ꝯñam. Scḋa ē eq̄liter ꝑticipari ⁊ nō ſm̄ magis ⁊ minꝰ. Tercia eſt vniuoce p̄dicari. Pꝛima drña eſt. qꝛ genꝰ eſt ꝑus ſpē. ꝓpꝛiū vero poſterius. Scḋa eſt. qꝛ genꝰ de pluribꝫ ſpeciebꝫ p̄dicat ꝓpꝛiū vero de vna ſola. Tercia eſt. qꝛ ꝓpꝛiuꝫ ꝯuerſim p̄dicat genꝰ vero nō. Quarta eſt. qꝛ ꝓpꝛiū ineſt oī ſoli ⁊ ſꝑ. ſꝫ genꝰ ineē oī ⁊ ſꝑ ⁊ nō ſoli. Quinta ē. qꝛ deſtructa ſpē deſtruit ꝓpꝛiū ⁊ ecōtra. ſꝫ deſtructa ſpē nō deſtruit genꝰ ſꝫ bñ ecōtra

Dubitat de cōitatibꝫ et drñtijs generis ⁊ accidētis. Rñdet ꝙ ſolū in hoc ꝯueniūt. ꝙ de pluribꝫ p̄dicant Sed q̄ttuoꝛ ponit textus drñas. Pꝛima eſt. qꝛ genus naturaliter ꝑus eſt q̄ꝫ ſpēs. Accñs vero naturalit poſterius ē ſubiecto. Scḋa eſt. qꝛ genus nō p̄dicat de ſpēbꝫ ſm̄ magis et minꝰ. ſed accñs ſuſcipit magis ⁊ minus. Tercia ē accñs ꝑmo ineē indiuiduis. ⁊ de ipſis p̄dicat tāqꝫ aliq̇d poſterius ip̄is. Sꝫ genꝰ ꝑmo de ſpēbꝫ dꝛ q̇bꝫ naturalit ꝑus ē. Quarta eſt. qꝛ genus p̄dicat in q̇d. accñs vero in quale.

Dubitat de cōitatibꝫ et drñtijs drñe et ſpēi. Rñdet ꝙ ponunt due ꝯueniētie ⁊ q̄ttuoꝛ drñe. Pꝛima cōueniētia eſt. ꝙ eq̄liter ꝑticipant ab his de q̇bus p̄dicant et nō ſm̄ magis ⁊ minus. Scḋa eſt ꝙ ſꝑ inſunt his de q̇bus p̄dicant. naꝫ vt hꝫ textus. ſoꝛtes ſꝑ eſt rōnalis ⁊ ſꝑ eſt hō. Pꝛima drña eſt. qꝛ ſpēs p̄dicat in q̇d. drña vero in quale. Scḋa eſt. q̇a drña generalis de pluribꝫ ſpēbꝫ p̄dicat. ſpēs vero de ſolis indiuiduis. Tercia eſt. qꝛ ablata drña generali auferunt omēs ſpēs cōtente ſub ea. ſed ſubſtracta vna illaꝝ ſpēꝝ non auferṫ drña. Quarta eſt. qꝛ vna drña bñ cōponit cū alia ad vnius ſpēi ꝯſtitutōem ſicut ſenſitiuū ⁊ rōnale ad ꝯſtitutōeꝫ hoīs. Sed due ſpēs nō ꝯponunt ad inuicē vt generent aliā ſpēm q̄uis em̄ vna ꝑticularis eq̄ vni particulari aſino ꝑmiſcet ad muli generatiōem. tamē ſpēs equa ⁊ aſinina nō ꝑmiſcētur ad generatōnem ſpēi muli ſiue ad conſtitutionē eius

Dubitat de cōitatibꝫ et drñtijs drñe et ꝓpꝛij Rñdet ꝙ due ſunt ꝯueniētie ⁊ drñe. Pꝛima ꝯueniētia eſt. q̇a eq̄liter ꝑticipant ab his de q̇bꝫ p̄dicant. Scḋa eſt. qꝛ ſꝑ inſunt ſpēbꝫ ⁊ indiuiduis q̇bꝫ inſtꝫ. Pꝛima drña ē. qꝛ drña generat de pluribꝫ ſpēbꝫ p̄dicat. ꝓpꝛium ꝟo de vna ſola ſpē Scḋa eſt. qꝛ ꝓpꝛiū ꝯuerſim p̄dicat. drña vero generalis nō

Dubitat de ꝯueniētijs et drñtijs drñe et accidētis. Rñdet ꝙ ſunt due cōueniētie ⁊ tres drñe. Pꝛima cōueniētia eſt. qꝛ de pluribꝫ p̄dicant. Scḋa cōuenit drñe et omī accñti inſeꝑabili. qꝛ nō ſeꝑant a ꝓpꝛijs ſubiectis. Pꝛima drña eſt. qꝛ drña ꝯtinet ⁊ nō ꝯtinet. accñs vero q̇dammō cōtinet ⁊ ꝯtinet. Scḋa eſt. qꝛ accñs ſuſcipit magꝭ ⁊ minus. drña vero nō. Tercia eſt. qꝛ drñe ꝯtrarie nō ſunt ꝑmiſcibiles ad inuicē. ſꝫ accñtia ꝯtraria bñ ꝑmiſcentur

Dubitat de cōitatibꝫ ⁊ drñtijs ſpēi et ꝓpꝛij. Rñdetur ꝙ ſunt due cōueniētie ⁊ q̄ttuoꝛ drñe. Pꝛima cōueniētia eſt de ſe inuiceꝫ p̄dicari. Scḋa eſt. qꝛ eq̄liter ⁊ non ſm̄ magis ⁊ minus p̄dicant. Pꝛima drña eſt. qꝛ ſpēs aliq̄ p̄t eſſe genus aliaꝝ ſpecieꝝ. ꝓpꝛiū vero nō p̄t eſſe niſi vniꝰ ſpēi ꝓpꝛiuꝫ. Scḋa eſt qꝛ ſpēs naturaliter ꝑoꝛ eſt ꝓpꝛio. Tercia eſt. qꝛ ſpēs actu ꝑ ſe ineſt indiuiduo. ſꝫ ꝓpꝛiuꝫ adeſt ꝑtāte tm̄ aliqñ. vt ſoꝛtes ſꝑ eſt hō. ſꝫ nō ſꝑ actu ridet. ſꝫ ſꝑ ſit riſibilis. Quarta eſt. qꝛ hñt definitōes differentes.

Dubitat de cōitatibꝫ et drñtijs ſpēi ⁊ accidentis. Rñdetur ꝙ ſolū cōueniunt in hoc. qꝛ de pluribꝫ p̄dicantur. Sed tripl'r differūt. Pꝛima eſt in mō p̄dicādi. Scḋa ē qꝛ indiuiduū vnā ſolā ſpēm ꝑticipat. ſed bene ꝑticipat plura accidētia Tercia eſt. qꝛ ſpēs pꝛioꝛ eſt ſuis indiuiduis accidens vero eſt poſterius. Alia differentia eſt. quia ſpēs nō predicat ſm̄ magis ⁊ minus ſicut accidens

Dubitatur de cōmunitatibus et differētijs ꝓpꝛij ⁊ accñtis. Reſpondet ꝙ ſunt due cōueniētie ⁊ tres drñe. Pꝛimo ꝯueniūt ꝓpꝛiū ⁊ accñs inſeꝑabile. qꝛ ſubiecta eoꝝ nunq̄ꝫ ſtꝫ ſine ip̄is. Scḋo ꝯueniūt. qꝛ ſꝑ omī ⁊ ſoli inſtꝫ. Sed pꝛimo differūt. qꝛ ꝓpꝛiū vni ſoli ſpēi conuenit. accñs

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

vero pluribꝫ. Scḋo differūt. qꝛ ꝓpriū p̄dicaṫ ↄuertim. acci⸗
dens vero inſepabile nō. Tercio differūt. qꝛ accn̄s p̄dicaṫ
ſm magis ⁊ minus. ꝓpriū vero nō. Et ſic pʒ de cōitatibꝫ ⁊
differētijs p̄dicabiliū. Et vt dꝛ Por. plures alie pn̄t aſſig⸗
nari. ſʒ q̄ decē ſtꝫ ſufficiūt ad diſtinctōem p̄dicabiliū hn̄dam

Ad rōnem ante oppoſitū dꝛ ꝙ illa ratio bn̄
probat ꝙ non coincidūt in idem re ⁊ rōne. Et hec de que⸗
ſtione. ⁊ ꝑ ↄn̄s de totali libro Porphirij

## Circa initiū li⸗

bri p̄dicamētoꝝ Areſto. Querit p̄ᵒ
Utrū de p̄dicamentis ſit ſcia rōna
lis ab alijs ptibꝫ logice diſtincta
Arguiṫ pmo ꝙ nō ſit ſcia. qꝛ ſcia ha
beṫ ꝓ ꝓpria p̄ncipia ⁊ ꝑ cās rei ſcite ſʒ
p̄dicamētoꝝ nō ſtꝫ p̄ncipia neqꝫ cāe
cū ſint oīm reꝝ p̄ma p̄ncipia. g̃ de ipis nō eſt ſcia Scḋo
mō ſic. oīs ſcia habeṫ ꝑ demr̄atōeʒ cuꝰ mediū eſt definitō
ſed p̄dicamētoꝝ nō eſt definitio. qꝛ nō ſtꝫ ↄpoſita ex gene⸗
re ⁊ drn̄a. g̃ nec demr̄atio. ⁊ per ↄn̄s neqꝫ ſcia Tercio. ꝙ
de ipis nō eſt ſcia rōnal. qꝛ decē p̄dicamēta ſunt deceʒ vo⸗
ces p̄me intētōis decē p̄ma p̄ncipia reꝝ ſn̄tes. vt hʒ Boe
tius. g̃ de ipis eſt ſcia realis ⁊ nō rōnalis Quarto. ꝙ nō
ſit diſtincta ab alijs ptibꝫ logice. qꝛ decē p̄dicamēta ſtꝫ dici
bilia incōplexa. ſed de dicibili incōplexo determiatū eſt in li
bro Por. g̃ iſta ſcia nō diſtinguiṫ ↄtra ſciam p̄dicabilium.

In oppoſitū eſt autoritas Areſtotelis

Sciendū p̄mo. ꝙ vt ſupra dcm̄ eſt Rō q̄ eſt
virtus aīe noſtre vnū cū alio ↄplectēs ⁊ ex vno in aliud diſ⸗
currēs nō p̄t deuenire ad inſtrumentū illud ꝑ qḋ cognitio
ignoti accipiaṫ ꝑ notū niſi tribꝫ actibꝫ Quoꝝ p̄mus eſt ordi
nare vnū ad alterū. ſcḋs eſt ordiata ↄponere. ⁊ tercius ē cō
poſita colligere ſub forma argumētatōis. Primus actus
reqrit duo. p̄mo reqrit cognitōem rōnis p̄dicabiliū q̄ ſunt
rōnes ordinādi p̄dicabilia in cathegoria. qꝛ ordiare neſcit
q̄ rōnes p̄dicabiliū ignorat. Et hec cognitio ſufficiēter tra
dita eſt in libro p̄dicabiliū Por. vbi danṫ definitōnes inten
tionū illaꝝ q̄ importāt ordinē vniꝰ ad alterū ſm rōem pre
dicabilis ⁊ ſubijcibil. Scḋo reqrit ille actus ordinationeʒ
ipam vniꝰ ad alterū ſm rōnem generis drn̄e ſpēi ꝓprij vel
accn̄tis. vl̄is vel pticularis. p̄dicabilis vel ſubijcibilis Et
hec ordinatio tradiṫ in iſto libro p̄dicamentoꝝ. Et ſic patʒ
ordo ⁊ diſtinctio huius libri ad alios libros logice

Sciendū ſcḋo. ꝙ ad ſciam ignoti ꝑ notum
non deueniṫ niſi ꝑ inqſitōem. inqſitio aūt nō fit niſi ꝑ ſmo⸗
nē impoſitū ad ſcandū. Ex q̄ ſeqtur ꝙ ordiatio p̄dicabiliū
ſm ſub ⁊ ſup̄ de q̄ intēdiṫ in hoc libro nō p̄t determiari ni⸗
ſi ſm ꝙ p̄dicabile hʒ ſub voce ſcari. Rebꝫ em̄ in inqſitōne
nō vti nō poſſumꝰ eo ꝙ neqꝫ finite ſtꝫ neqꝫ p̄ntes nob. Jō
vocibꝫ tanqꝫ ſignis ꝓ rebꝫ vtimur. Et ita p̄dicabilia ↄſide
rare oportet vt vocibꝫ ſcanṫ. Propter qḋ dꝛ Boetiꝰ ꝙ hec
ſcia p̄dicamentoꝝ eſt de decē p̄mis vocibꝫ decē p̄ma rerū
genera ſcantibꝫ. Et ex iſto notabili patere p̄t qḋ ſit ſubiec
tū attributōis iſtius libri. Eſt em̄ ens dicibile incōplexuʒ
ordiabile in genere ſm ſub ⁊ ſupra ꝓut ſtat ſub voce taleʒ
ordinē ſcante. Et ſic pʒ q̄liter iſta eſt vna ſcia vnitate ſub⸗
iecti attributōis cuiꝰ ptes accipiunṫ ſm diuerſos modos p̄
dicādi ↄueniētes ſubē ⁊ accn̄ti. ⁊ nouē generibꝫ accn̄tū de
prima ſuba. Pʒ vlterius q̄liter multitudo infinita p̄dica
biliū ⁊ ſubijcibiliū reſtringiṫ ad decē genera. Et decē gene

ra ad duo p̄dicamēta reſtringunṫ ad ſubam. ſcʒ ⁊ ad acci⸗
dens. Et hec duo in aliq̄ vno qḋ eſt ſubiectū huius ſciētie
cōueniūt vt in hoc qḋ eſt dicibile incōplexū ⁊c̄. Et ſic pʒ ꝙ
deceʒ p̄ma genera ſub vna ſcia veniunt ꝓ quāto cadūt ſub
rōne cōmuni ſubiecti attributōis huius ſcientie

Concluſio. de p̄dicamentis eſt ſciētia ratio⸗
nalis diſtincta ab alijs ptibꝫ logice. Qꝫ ſit ſcia pʒ. qꝛ habēt
ſubiectū ꝓprietates principia ⁊ ptes ſubiectiuas ꝑ que ſci
ri pn̄t. Habēt em̄ ꝓ ſubiecto ens dicibile incōplexū ordina
bile in genere ſm ſub ⁊ ſupra ⁊c̄. Etiā habent ptes ſubiec
tiuas q̄ ſtꝫ decē p̄dicamēta q̄ diſtinguunṫ ſm diuerſos mo
dos p̄dicādi ſumptos a diuerſis modis eēndi. g̃ de eis eſt
ſcia. Qꝫ aūt ſit rōnalis ſcia hoc pʒ. qꝛ p̄dicamēta accepiūṫ
ꝓut cadūt ſub rōe dicibilis incōplexi ordiabilis in genere
ſm ſub ⁊ ſup̄ ſm ꝙ ſubſtat voci talē ordinē ſcanti Hmōi
aūt ordo n̄ eſt in rebꝫ niſi potentialiṫ tm̄. ſed eſt ↄpletiue ab
intellectu vel a rōe. iō voces hmōi ordinē ſcantes ſunt vo
ces ſcḋe intentōis imediate ens rōis ſcantes. g̃ eſt ſcia rō
nalis. Qꝫ vero ſit diſtincta ſatis pʒ. qꝛ hʒ ſubiectū attribu
tionis diſtinctū ab alijs ꝑ ſua p̄ncipia. g̃ etiā illa ſcia eſt ab
alijs diſtincta. Un̄ ꝓprie loq̄ndo ſcia capit vnitatē a ſubiec
to ⁊ diſtinctōem vel diuerſitatē a p̄ncipijs capit. Quia ra
dix vnitatis ſcie eſt vnitas ſubiecti. ſʒ radix diuerſitatis ſtꝫ
p̄ncipia. Poteſt tn̄ dici ꝙ ſcia capiat diuerſitatē a ſubiecto
inquantū p̄ncipia ſunt in eo incluſa.

Dubitaṫ p̄mo de fine huiꝰ ſcie. dꝛ ꝙ cuʒ hec ſit
ſpeculatiua, finis intrīſecus eiꝰ ē cōpleta cognitio ſubiecti
ipius in ſe ⁊ ſuis ptibꝫ ⁊ ꝓprietatibꝫ. Sed finis extrīſecus i⸗
mediatior ē vt cognita ordiatōe vniꝰ ad alteꝝ accipiaṫ rec
ta ↄpoſitio in forma enūciationis. Et finis remotior eſt, vt
enūciationes cōplete colliganṫ ſub forma argumētationis
ꝑ quā accipiṫ noticia ignoti complexi

Dubitaṫ ſcḋo de mō ꝓcedēdi huius ſcientie
Rn̄ṫ ꝙ triplex ē ſʒ triplicē modū notificādi. ſ. definitiuꝰ di⸗
uiſiuus ⁊ argumētatiuus. Exēploꝝ em̄ poſitio nō eſt prop
ter ſcibile. ſed ꝓpter diſcipulū vt facilius addiſcat.

Dubitaṫ tercio. an hec ſcia teneat modū ſcie
vel artis. Rn̄det dn̄s Alb. ꝙ vtrunqꝫ modū tenet. Proce
dit em̄ ꝑ modū ſcie in hoc ꝙ ↄſiderat ſubiectū ⁊ eius ptes
p̄ncipales demr̄āndo ꝓprietates q̄ eis inſtꝫ ꝑ p̄ncipia huiꝰ
ſcie. Sed tenet viā artis in hoc ꝙ colligit multa p̄ncipia ⁊
documēta tendētia ad vnū finē cognitōis ſm ordinationē
p̄dicabiliū ſm om̄e genus. Sicut in arte tradunṫ multa p̄
cepta ad vnū finem. ſcʒ ad opus ordinata

Ad ratiōes ante oppoſitū. Ad p̄mā rn̄dʒ Al.
ꝙ p̄dicamēta pn̄t dupl̄r ↄſiderari. Unoᵒ vt ſtꝫ nature q̄⸗
dā ⁊ ptes entis. ⁊ ſic cognitio eoꝝ ptinʒ ad naturalē phm
Et iſtoᵒ ↄſiderata nō hn̄t p̄ncipia formalia ⁊ vniuoca. ſed
bn̄ hn̄t p̄ncipia effectiua ⁊ finalia ⁊ ↄponunṫ q̄dāmō ex ac
tu ⁊ potētia, lʒ non ex genere ⁊ drn̄a. Jō pn̄t habere defini
tionem hn̄tē modū definitōis q̄dditatiue. pn̄t etiā a poſte⸗
riori deſcribi. Alioᵒ pn̄t ↄſiderari vt ſtꝫ dicibilia incōplexa
ordiabilia in gn̄e ſm ſub ⁊ ſup̄ ꝓut ſtāt ſub vocibꝫ talē or
dinē ſcantibꝫ. Et hoc mō hn̄t p̄ncipia et ꝓprietates de ipis
demr̄abiles q̄ mō ↄſideranṫ a logico Et ꝑ h̄ ſoluiṫ ſcḋa rō
et etiā tercia. Licʒ em̄ ſuba ⁊ q̄titas ⁊c̄. ſtꝫ voces p̄me intē
tionis. nō tn̄ h̄ ↄſideranṫ res ſcate ꝑ ipas voces ſm ſuū eē
reale ⁊ ſm ꝓprietates reales et p̄ncipia realia. ſʒ ↄſideranṫ
vt ſtant ſub vocibꝫ ſn̄tibꝫ ordinē ſubijcibiliū et p̄dicabiliū
ſm diuerſos modos p̄dicādi. iō ↄſideratio eoꝝ hic habita
rōnalis eſt. Ultima rō ſoluiṫ ex dictis



Quiuoca dicunṫ. quoꝝ nomē ſoluʒ eſt
cōe. ſm nomē vero ſubſtātie rō diuerſa
vt aīal hō ⁊ qḋ pingiṫ. Hoꝝ em̄ ſolum
nomē cōe eſt ſm nomē vero ſubſtātie rō diuer⸗
ſa. Si q̄s em̄ aſſignet quid vtrūqꝫ eoꝝ ſit. quo
ſint animalia. ꝓpriam aſſignabit vtriuſqꝫ rōem

Queriṫ. Utrum definitio equiuocoꝝ ſit bn̄
aſſignata in qua dꝛ. Equoca dicunṫ quoꝝ ſolū nomē eſt cō
mune. ⁊ ſm illud nomē rō ſubſtātie diuerſa ē Arguiṫ ꝙ
nō. qꝛ vel daṫ iſta definitio de re vel intentōe. nō de intentō
ne. qꝛ intentio nō eſt eq̄uoca. neqꝫ de re. qꝛ logicus non cōſi
derat res. ſed rerū ſecūdas intentōes Scḋo ſic. ſignifica
tio eſt forma nomis a qua hʒ nomē ꝙ ſit nomē. Sed mu
tata forma alicuius mutaṫ illud cuius eſt forma. g̃ impoſſi
bile eſt idē nomē plura ſcare. ⁊ ꝑ ↄn̄s male dꝛ quoꝝ ſoluʒ
nomē cōe eſt. Et ↄfirmaṫ hec rō. qꝛ ſignū relatiue dꝛ ad
ſignatū. ergo ſignato variato multiplicaṫ ſignū qḋ eſt no⸗
men Tercio ſic. ſi illa definitio eſſet ſufficiēs ſeq̄reṫ ꝙ trāſ
cendētia ⁊ indiuidua ⁊c̄. que rōem non habēt nō eſſent eq̄
uoca. Sequereṫ etiā ꝙ nullū verbū eſſet eq̄uocum ⁊ ꝙ acci
dentia eq̄uoce nō poſſent ſcari ꝑ nomē Jſta ſunt falſa. g̃.

In oppoſitū eſt phus in littera

Sciendū p̄mo ꝙ in hoc libro agiṫ de ordia
bili in genere rōne p̄dicabilis ⁊ ſubijcibil q̄ q̄dē ordo ↄgno
ſci nō p̄t niſi ſciaṫ cui ↄuenire p̄t rō p̄dicabilis ꝓprie dicti q̄
ſol vniuocis ⁊ denoiatiuis ↄpetit ⁊ nō eq̄uocis. iō nccārio
habuit Areſto. p̄mittere qḋ ſit eq̄uocum quid vniuocum
quid denominatiuū

Sciendū eſt ſecundo. ꝙ lʒ vniuocū ſit an̄ eq̄
uocū. ſicut vnū eſt an̄ multa. Tn̄ qꝛ p̄ma reductio oīm p̄⸗
dicamētoꝝ eſt ad ens qḋ eq̄uoce p̄dicaṫ de ipis. ⁊ ſcḋa re⸗
ductio eſt eoꝝ q̄ ſunt vniꝰ coordinatōis ad p̄mū genꝰ illiꝰ
coordinatōis qḋ vniuoce p̄dicaṫ de illis. ⁊ tercia reductio ē
accn̄tiū ad ſubam de q̄ p̄dicanṫ denoiatiue. Jō phus p̄mi
ſit definitōeʒ eq̄uocoꝝ definitōi vniuocoꝝ. ⁊ definitōeʒ vni
uocoꝝ definitōi denoiatiuoꝝ. Alia cā p̄t aſſignari. qꝛ p̄us
extirpāda ſtꝫ vicia q̄ inſerēde virtutes. iō p̄us phs ſe expe
dit de eq̄uocis q̄ ſtꝫ extranea ꝓpoſite intētiōi. q̄a nullū equi
uocū eq̄uoce dcm̄ de aliq̄bꝫ ꝓprie p̄dicari poteſt

Sciendū tercio ꝙ res eq̄uoce ſcate ꝑ aliqḋ
nomē in ſolo noīe ↄueniūt. iō dicunṫ eq̄uoce q̄ſi ex eq̄ nomē
hn̄tes. Ob h̄ ponit in definitōe quoꝝ ſolū nomē eſt cōe Et
iō etiā poniṫ in definitōne dicunṫ et nō ſtꝫ. qꝛ. ſ. res eq̄uoce
ſcate in ſolo noīe ↄueniūt ⁊ nō in aliq̄ eē. Alia cā huiꝰ cōi⸗
ter aſſignaṫ. qꝛ logicꝰ oīa ↄſiderat referēdo ad dici ⁊ n̄ ad eē

Sciendū q̄rto. ꝙ melius dꝛ in definitōne ſo
lū nomē q̄ ſola vox. qꝛ eq̄uocatio iā p̄ſupponit relatōnem
vocis ad actū ſcandi. vox aūt nō importat talē relatōeʒ. ſʒ
nomē illā dꝛ. Nomē em̄ eſt vox ad actū ſcandi relata. ideo
nomē a notamie dꝛ. qꝛ rem notificat ꝑ ſuā ſcationē Et nō
accipiṫ nomē ꝓprie. vt ſcʒ diſtinguiṫ cōtra alias ptes orōis
ſed capiṫ ꝓ om̄i voce ſignificatiua ad placitum

Sciendū quinto ꝙ in noīe repiṫ duplex for
ma. ſ. eēntialis ⁊ accn̄talis. Eſſentialis forma eſt cōpoſitio
vocis ex lr̄is ⁊ ſyllabis ⁊ accētu. Et non p̄t variari hmōi
forma q̄n mutaṫ nomē. Sed accidentalis forma eſt ſcatio
rei q̄ nomini ↄuenit ad placitū imponentis. Et hec forma
qꝛ accn̄talis eſt p̄t multipl̄r variari noīe remanēte vno ſm

ſuā ſubam. i. ſm ſuā formā eēntialē Et iō etiā definiunṫ eq̄
uoca in plurali nūero. qꝛ q̄uis nomē vnū ſit. tn̄ res ſcate ꝑ
illud nomē ſunt pl̄es. Et hec multitudo ad rōem eq̄uoca
tionis exigiṫ. qꝛ nomē nō diceret eq̄uocū reſpcū vniꝰ ſcati
tm̄ Ex hoc etiā pʒ. ꝙ definitio daṫ de eq̄uocis eq̄uocatis q̄
bus ↄuenit habere nomē cōe. ⁊ nō daṫ de eq̄uocis eq̄uocā
tibꝫ Un̄ eq̄uoca eq̄uocata dicunṫ res eq̄uoce ſcate ꝑ aliqḋ
nomē. Et eq̄uocū eq̄uocās eſt nomē eq̄uoce ſcās pl̄es res

Sciendū ſexto. ꝙ in definitōe poniṫ ⁊ ſm il
lud nomen. qꝛ aliq̄ pn̄t bn̄ vniuocari in aliq̄ noīe cōi q̄ tn̄ in
aliquo ſpecialiori nomine eq̄uocanṫ. ſicut illa q̄ eq̄uocanṫ in
hoc noīe canis vniuocanṫ in hoc nomine corpus.

Sciendū ſeptimo ꝙ in definitione non acci
piṫ rō ꝓ definitione q̄dditatiue ſed capiṫ pro quacūqꝫ noti
ficatione que eſt maioris declaratōis q̄ ſit nomē ꝑ ſe ſum
ptū. Et ita indiuidua ⁊ tranſcēdentia bene habēt rationeʒ.
Nec accipiṫ ſubſtātia vt diſtinguiṫ contra accidēs. ſed acci
pitur ꝓ omni eo cui nomē imponiṫ. Pro quo aduertenduʒ
ꝙ in nomie duo ſunt. ſcʒ illud cui nomē imponiṫ. ⁊ illud di
citur ſubſtātia nomis. ⁊ etiā illud a quo nomē imponitur.
et illud eſt qualitas nomis ꝑ quā diſtinguiṫ vnū nomē ab
alio. Si ergo ſubſtātia nomis nō ſit vna nomē eſt equiuo
cum. Eſt tamē aduertendū ꝙ in aliq̄bus eq̄uocis rō ſub⸗
ſtantie eſt ſimpliciter diuerſa. ⁊ hec dicūtur equiuoca a ca⸗
ſu quod cōtingit quando nomē plura ſignificat pluribus
rōnibus eque p̄mo. Sed in aliq̄bus eq̄uocis contingit ꝙ
ratio ſubē nō eſt penitus diuerſa neqꝫ etiā ſimpl̄r vna ſed
aliquo mō. ſcʒ vnitate analogie ſeu ꝓportionis. Sed dꝛ di
uerſa eo ꝙ ſcata talis nomis non pticipant rōnem nois
eque primo. et hec eq̄uoca dicunṫ analoga. Et a Boetio
vocanṫ eq̄uoca a ↄſilio eo ꝙ inter ſcata ē ordo ⁊ habitudo
aliqua ꝓpter quā nomē p̄mo ſcat vnū ⁊ ↄn̄ter alia ſm pro
portionē quā habēt ad primū. Et in definitōe equiuocorū
illa dictio diuerſa vtrāqꝫ diuerſitatē cōprehēdit. Et ſic p̄⸗
dicta definitio de oībus eq̄uocis daṫ Et hoc ſatis patʒ per
exemplū phi qḋ eſt de eq̄uoco a cōſilio

Concluſio. p̄dicta definitio eq̄uocoꝝ eſt bn̄
aſſignata. hoc ſatis patet ꝑ p̄dicta in corpe queſtionis. Et
p̄t etiā ꝓbari ꝑ cōditiones bone definitionis

Rationes an̄ oppoſituʒ ſoluuntur ex dictis
dempta cōfirmatione ad q̄uā dꝛ ꝙ duplex eſt ſignuʒ. ſ. na⸗
turale ⁊ volūtariū. De naturali ꝓcedit rō. ſed nō de volun
tario. qꝛ idē p̄t eſſe ſignū voluntariū pluriū. Autoritas
poſt oppoſitum eſt pro dictis

Uniuoca vero dicunṫ. quoꝝ nomē cōmune
eſt. et ſm nomē eadeʒ ſubſtātie rō: vt aīal homo
atqꝫ bos. cōmuni em̄ nomie vtraqꝫ aīalia nun
cupanṫ: ⁊ eſt ſubſtantie rō eadem Si quis em̄
aſſignat vtriuſqꝫ rōem quid vtrūqꝫ ſit. quo ſint
animalia eandem aſſignabit rōem Denoīa⸗
tiua vero dicunṫ q̄cunqꝫ ab aliquo ſolo differē
tia caſu ſm nomē habēt appellatōem. vt a gram
matica grāmaticus. a fortitudine fortis

Queriṫ Utrum definitiones vniuocoruʒ et
denominatiuoꝝ ſunt bene aſſignate. in q̄ꝝ p̄ma dꝛ. Uniuo
ca ſtꝫ quoꝝ noⁿ cōe eſt ⁊ rō ſubē ſm illud nomē ē eadeʒ. et
in ſecūda dꝛ. Denominatiua dicunṫ q̄cunqꝫ ab aliquo ſo⸗
lo caſu differētia ſunt. ⁊ ſm illud nomē habēt appellationē

Arguitur pmo ↄtra primã. q nõ valet. qꝛ oĩe nomẽ imponitur a forma. ſed diuerſarum rerum diuerſe ſunt forme. ergo diuerſarum rerum diuerſa ſunt nomĩa a formis earum impoſita. et ꝑ ↄſequens multe res nõ põt vno noĩe ſignificari. Secundo arguitur ↄtra ſcđam. qꝛ in ea pđicatur vle vniuer ſumptũ. ſ. quecũqꝫ. ergo eſt falſa. Tercio ſic. abſtractũ ſolam formam ſignificat. cõcretũ vero formã ꝛ ſubiectũ. ergo non differũt ſolo caſu. In oppoſitum eſt phs in textu

Sciendum primo q particule in definitõne vniuocorum poſite ꝓportionabiliter debẽt exponi ſicut in definitione equocorum expoſite ſunt. Quare aũt ponitur definitio vniuocorum ꝛ quid ꝑ definitũ intelligitur. ꝛ quare pđicta definitio datur de vniuocis vniuocatis. hec oĩa patent in ſummulis. ideo pro nunc ſupponuntur

Sciendũ ſcđo. qꝛ ſermones ſignificatiui q ad nos finiti ſunt ꝛ res infinite. iõ neceſſe eſt plures res vno nomĩe ſignificari. Qñ ergo plures res cõueniunt in aliq vna natura ꝛ eqliter ab illis ꝑticipata tunc vniuoce ſignificari poſſunt ꝑ vnũ nomẽ. Exẽplificat phs ſicut hõ et bos vniuoce ſcantur ꝑ hoc nomẽ aĩal quod impoſitũ eſt ad ſcanduꝫ formã eqliter repertaꝫ in hoĩe ꝛ boue. ideo ſicut nomẽ eſt cõe ita ꝛ rõ explicãs nomĩs ſubſtantiã nominatã erit cõis eqliter vtriqꝫ ſcilꝫ homini ꝛ boui. Ideo dĩt textus q ſi qs aſſignet vtriuſqꝫ rõnem ſcꝫ hoĩs et bouis ſm q animalia ſunt et nõ ſm q homo ꝛ bos eandẽ aſſignabit vtriuſqꝫ rõnem. Et ſilr diceretur de ſorte ꝛ platone in hoc noĩe homo. et ſic de oĩbus aliis vniuocis. Et in hoc oppoſito mõ ſe hñt vniuoca ꝛ equoca. Pro declaratõe definitõis denoĩatiuorum.

Sciendũ tercio. q dĩt Priſcianus oẽs ꝑpoſitiones trãſitiue ſunt. ideo cũ dĩ denoĩatiuũ ꝑ iſtã ꝑpõem de. ſignificatur trãſitus nature denominãtis ad naturaꝫ denominatã. Et qꝛ trãſitus reqrit diuerſitatẽ realẽ ꝛ extrinſecam. ob hoc ad verã denoĩationẽ reqritur q natura denominãs ſit realiter diſtincta a natura denoĩata ꝛ ſibi extrinſecus applicata. Et ſic denoĩatiuũ dĩ quaſi de aliena natura nominatiuũ. Ex quo patꝫ. q q̃uis in ſubſtãtialibꝫ reperiatur nomẽ cõcretũ ꝛ abſtractũ. nõ tamẽ eſt ibi vera denoĩatio. ſed eſt ſolũ ſimilitudinaria ſiue ſm vocẽ. Seqtur vlterius q ꝓprium non pđicatur de ſuo ſubiecto vera denoĩatione. qa ꝓprium nõ ſcat naturã extrinſecus applicatã ſuo ſubiecto Et eſt cõſiderandũ q denomĩatiua definiuntur in plurali numero ꝓpter mltitudinẽ nũeralẽ eorum que ꝑ nomẽ denomĩatiuũ importantur ſiue ꝓpter multitudinẽ accidentiũ q de eodem ſubiecto denoĩatiue põt pđicari. Ponitur etiã in definitione dicuntur. qꝛ quicqd logicus conſiderat refert ad dici et non ad eſſe. Et cũ additur qcunqꝫ. non dꝫ teneri diſtributiue ſed infinite. Et ponitur ꝓpter multitudinẽ infinitã accidẽtiuꝫ a qbus fit ſubiecti denoĩatio. Sꝫ ꝑ hoc q dĩ ab aliquo deſignatur abſtractũ ſiue pncipale ſcans formã accidentalẽ abſolute nõ vt in ſubiecto. Vñ dĩt Auicẽna ſexto naturaliũ q intellectus accñtis eſt abſolutus q̃uis eſſe eius ſit dependens. ideo nomẽ ſcans formã accidentalẽ non ſub eſſe qđ hꝫ in ſubiecto vocatur nomẽ abſolutũ ſiue abſtractũ vel pncipale. Sed cũ dĩ. ſolo caſu differẽtia ſunt. ꝑ caſum intelligitur inflexio vocis ſiue cadẽtia in fine dcõnis. que qdem cadentia eſt ſignũ cadẽtie in mõ ſcandi. nã diuerſitas in fine dcõnis ꝛ nõ in pncipio eſt ſignũ cadẽtie in mõ ſcandi ꝛ nõ in re ſignificata quõ diſtinguuntur cõcretũ ꝛ abſtractũ. E cõtra vero cõueniẽtia in fine dcõnis et diuerſitas in principio eſt ſignũ diuerſitatis in re ſignificata ꝛ nõ ſolũ in mõ ſignificãdi. Per hoc aũt q in definitõe dĩ habent denotatur habitus extrinſece applicatus denoĩato ſm quẽ denoĩatur. Sed ꝑ hoc q dĩ appellatõem denotatur pulſus vnius nature ad alterã que ꝑ eã formaliter denomĩatur. Et ſic ibi multa pellũtur in vnũ. Et hoc modo etiam per ſimilitudinem quandam omne nomẽ cõmune dicitur appellatiuum. quia in eo multa pelluntur in vnum

Cõcluſio pma. definitio vniuocorum eſt ſufficienter aſſignata. Hec cõcluſio patet ꝑ declarationẽ ꝑtium definitionis. ꝛ etiã ꝑ cõditiones bone definitõnis. Nec determinat hic Areſto. de multiuocis ꝛ diuerſiuocis ſicut de vniuocis ꝛ equocis ꝛ de denoĩatiuis. qꝛ illorum rões nõ cõferunt ad cognoſcendũ ordinẽ pđicamẽtorum.

Concluſio ſcđa. definitio denomĩatiuorum eſt ſufficiens. patet ꝑ conditões partiũ eius. Patet etiã aliunde. qꝛ ad veram denomĩationẽ tria exiguntur. Primũ eſt. q natura denominans ſit realiter diſtincta a denoĩato ꝛ ſibi extrinſecus applicata. ꝓpter qđ ibi nõ eſt vera denomĩatio homo eſt humanitas. Scđm eſt. q natura denominãs ſit cadẽter ſcata ꝑ nomẽ denomĩatiuũ. Vnde ibi nõ eſt vera denomĩatio. homo eſt albedo. et in ſimilibꝫ. Terciuꝫ eſt. q denoĩatiuũ ꝛ denominãs ſiue pncipale cõueniant in principio vocis ꝛ differant in fine Propter cuius defectũ ſtudio ſus nõ denoĩatur a virtute ſaltem ſm vocem licet ibi ſit denoĩatio ſm rem. De hoc clarius habes in ſummulis vide ibi. Sed qꝛ iſta tria ſufficienter explicantur ꝑ denomĩatiuorum definitõem. ergo ipſa eſt ſufficiens

Dubitatur primo. de multitudine denomĩatiuorum Ad dubiũ rñdetur. q triplicia ſunt denomĩatiua Quedã ſunt denoĩatiua ſm rem tñ in qbus ſcꝫ forma cõcreti naturaliter ꝓuenit a forma abſtracti. ꝛ nõ eſt cõueniẽtia in principio dcõnis. ꝛ ſic ſtudioſus dĩ a virtute. Alia ſunt denoĩatiua ſm vocem tñ. que ſcꝫ cõueniunt in principio vocis ꝛ differũt in fine. ꝛ tñ non importãt alienã naturam extrinſecus applicatã ſubiecto. ſicut cum dĩ. homo humanus ab humanitate. Alia ſunt denoĩatiua ſm rẽ ꝛ vocẽ ſimul qbus. ſ. ↄueniũt tres ↄditiões pus poſite. ſicut ſunt albũ. nigrũ Et de iſtis datur pñs definitio denoĩatiuorum.

Dubitatur ſcđo. quare grãmaticus dĩt abſtractum deriuari a cõcreto cum logicus dicat oppoſitũ Ad dubium rñdetur q cauſa eſt. qꝛ grãmaticus conſiderat inflexiones dcõnũ magis ex ꝑte vocũ q̃ ex ꝑte rerum ſiue cõceptuũ. Et qꝛ cuꝫ dĩ iuſti addita cia tunc fit iuſticia dĩt ipſe iuſticiã deriuari a iuſto Logicus aũt inflexiones vocũ attẽdit ex ꝑte rerum ꝛ cõceptuũ. qꝛ nõ refert vocem ad rẽ niſi mediante conceptu Et qꝛ ↄceptus noĩs abſtracti ſimplex eſt ꝛ abſolutus. cõceptus vero cõcreti cõplexꝰ ꝛ dependẽs ob hoc dĩt cõcretuꝫ deriuari ab abſtracto Alia cauſa eſt. qa logicus magis intellectualis eſt q̃ grãmaticus. Et qꝛ cõcretũ nobis notius eſt q̃ abſtractũ. quia magꝫ ſenſibile eſt. ideo dĩt grãmaticus abſtractũ deriuari a cõcreto Et qꝛ nomen abſtractũ ſimplicius eſt. ideo dĩt logicus ab abſtracto deriuari concretũ tanq̃ cõpoſitũ a ſimpliciori

Ad rationes ante oppoſitũ. Ad primã dicitur q diuerſarum rerum inquantũ diuerſe ſunt diuerſe ſunt forme ſpecifice. ꝛ diuerſe rões. et etiam diuerſa noĩa ab illis rõnibus impoſita. Vel ſi ſit vnũ nomẽ erit equiuocũ. nihil tñ ꝓhibet diuerſarũ rerum eſſe vnã formã cõem genericã eqliter ꝛ ſm eandẽ rõnem ab illis ꝑticipatã a qua forma cõi põt vnũ nomẽ cõe imponi. Alie rões ſolute ſunt ex dictis



Duorũ (q̃ dicuntur) alia qdem ſm cõplexionẽ dicuntur. alia vero ſine ↄplexione. Et ea (q̃ ſm ↄplexionẽ dicuntur) ſunt vt hõ currit. hõ vincit. ea vero (q̃ ſine ↄplexione dicũtur) ſunt. vt hõ bos. currit. vincit Eorum q̃ ſunt. alia de ſubiecto qdã dicuntur in ſubiecto vo nullo ſunt. vt hõ de ſubiecto qdã dĩ vt de aliq hoĩe. in ſubiecto vo nullo eſt Alia aũt in ſubiecto qdem ſunt. de ſubiecto aũt nullo dicuntur In ſubiecto eſſe dico qđ cũ in alio ſit. nõ ſicut qdã pars. et impoſſibile eſt eſſe ſine eo in q eſt. vt qdaꝫ grãmatica i ſubiecto qdeꝫ ẽ in aĩa. de ſubiecto vo nullo dĩ. ꝛ qđdã albũ in ſubiecto ẽ corpe. oĩs em̃ colori corpe eſt. de nullo aũt ſubiecto dĩ. Alia vo et de ſubiecto dicũtur et in ſubiecto ſunt. vt ſcĩa in ſubiecto qdeꝫ ẽ in aĩa. de ſubiecto vo dĩ vt de grãmatica. Alia vo neqꝫ in ſubiecto ſunt neqꝫ de ſubiecto dicũtur. vt aliqs hõ vel aliqs equꝰ. nihil enim horum neqꝫ in ſubiecto ẽ neqꝫ de ſubiecto dĩ. Simplr aũt q ſunt indiuidua ꝛ numero ſingularia de nullo ſubiecto dicũtur. i ſubiecto aũt nihil ea ꝓhibet eſſe. qdã em̃ grãmatica in ſubiecto eſt

Quando alterum de altero pđicatur vt de ſubiecto. qcũqꝫ de eo (qđ pđicatur) dicuntur. oĩa etiaꝫ de ſubiecto dicuntur. vt homo de qdã hoĩe predicatur. aĩal vero de hoĩe: ergo ꝛ de qdam homine aĩal pđicabitur quidam enim homo et homo eſt et animal Diuerſorum generũ et non ſubalternatim poſitorum diuerſe ſunt ſpẽs ꝛ differẽtie. vt aĩalis et ſcĩe Animalis quidem differẽtie ſunt vt greſſibile volatile bipes. Sciẽtie vero nulla harũ ẽ. neqꝫ em̃ ſcientia a ſcĩa differt in eo qđ bipes eſt Subalternorum vero generum nihil ꝓhibet eaſdẽ eſſe differẽtias ſuperiora em̃ de inferioribꝫ predicãtur. Quare qcũqꝫ predicati fuerint drĩe eedem erunt et ſubiecti

Queritur. vtrum due regule ante pđicamentales ſint vere in quarum pma dĩ. Quando alterum de altero pđicatur vt de ſubiecto quecũqꝫ de eo qđ pđicatur dicũtur etiam oĩa de ſubiecto dicuntur. Scđa eſt. diuerſorum generum. ꝛ nõ ſubalternatim poſitorum diuerſe ſunt ſpẽs ꝛ differẽtie. Arguitur pmo ↄtra pmã q nõ valet. qꝛ nõ ſeqtur. ſortes eſt hõ ꝛ hõ eſt ſpẽs. ergo ſortes ẽ ſpẽs. ꝛ tñ arguitur ꝑ illã regulã. Scđo arguitur ↄtra ſcđam regulã. qa corpus eſt ſpẽs ſubſtãtie ꝛ q̃titatis. Et ſilr ſcĩa ẽ ſpẽs qualitatis ꝛ relatõis. Et etiã quadratũ drĩa eſt figure ꝛ numeri. ergo diuerſorum generum ꝛ nõ ſubalternatim poſitorum eedẽ ſunt ſpẽs ꝛ drĩe. In oppoſitũ eſt phs

Sciendũ pmo q phs pmamꝰ diuiſionẽ. ſcꝫ eorum q dicuntur alia qdem cum cõplexione dicuntur. alia vero ſine cõplexione ponit ad cognoſcendũ diſtinctõnem eorum q in pđicamẽto ordinari põt ab his q nõ põt. Ubi aduertendũ eſt q incõplexũ ad intellectum ſimplicẽ refertur q vnius ſimplicis rei intuitiuus eſt. ꝛ iõ etiã ordinabile in genere vt dicibile aut ſubiicibile. Sꝫ cõplexũ ad intellectũ cõpoſitũ vel diuiſum refertur q eſt vnius rei in alia vel ab alia intuitiuus. Ideo cõplexũ nõ eſt ordinabile in genere. qꝛ nõ ſcat naturã vnã vel ſi vnã naturam ſcet nõ tñ eã ſcat ſub vno ſimplici ↄceptu. iõ rõem dicibilis vel ſubiicibilis habere nõ põt. Et eſt hic aduertendũ q q̃uis oẽs res de ſe incõplexe ſint tñ cõpoſitionem forme cũ materia vel pđicati cũ ſubiecto nõ cõprehendit intellectus noſter niſi ꝑ vocũ cõplexionẽ. Que qdẽ cõplexio nõ eſt in re ĩpa eo q vna res eſt in alia vel diuiſa ab alia ſine nota cõpoſitõis vel diuiſionis. Sꝫ intellectus noſter hec deſignare volens ſine tali nota explicare nõ põt. Ex quo patꝫ qualiter hec diuiſio deſeruit ad cognitõnem pđicamentorum.

Sciendũ ſcđo: q ad cognoſcendũ ea q ſunt ordinabilia in genere ſubſtãtie ꝛ q in generibꝫ accidentium. ꝛ etiã ad cognoſcendũ diſtincte ſubſtãtias vles a ꝑticularibꝫ. ꝛ ſilr accidẽtia vlia a ꝑticularibꝫ ponitur ſcđa diuiſio q qdrimẽbris eſt ꝛ reducitur ad bimẽbrẽ hoc mõ. Quia oẽ qđ eſt aut eſt ſuba aut accñs. Si pmũ. hoc ẽ duplr. vel eſt ſuba vlis ꝛ ſic eſt pmũ mẽbrũ. vel eſt ſubſtantia ꝑticularis. ꝛ ſic eſt quartũ mẽbrũ. Si ſit accñs. hoc eſt duplr. vel eſt vle vel ꝑticulare. ſi pmũ ſic eſt terciũ mẽbrũ. ſi ſcđm. ſic eſt ſcđm mẽbrũ

Sciendũ tercio: q dici de ſubiecto in ꝓpoſito eſt dici ꝑ ſe ꝛ directe de inferiori. Ex quo ſeqtur q nullũ indiuiduũ de ſubiecto dĩ. iõ dĩt textus ſimplr idẽ vliter q indiuidua de nullo ſubiecto dicuntur. Nihil aũt ꝓhibet ĩpa in ſubiecto eſſe qđ intelligitur de indiuiduis accidentiũ Eſt etiã aduertendũ q eſſe in ſubiecto ſic definitur ab Areſto. q eſt eſſe in alio nõ ſicut qdã ps eiꝰ ꝛ impoſſibile eſt ĩpm eẽ ſine eo in quo eſt. Et illud ſoli accidenti ↄuenit qđ ↄſeqtur eẽ cõpletũ ſubſtãtie. ꝛ nõ eſt ps eiꝰ neqꝫ põt eẽ ſine ſubiecto qđ eſt ſuba. Ex quo ſeqtur q ſcđa ſuba nõ eſt in pma vt accñs. qꝛ eſt cã formalis eẽ pme ſubſtãtie. Et iõ lꝫ ſit in pma. nõ tñ hꝫ eẽ a prima. Et dĩ eorum q ſunt ꝛ nõ dicuntur. qꝛ in ea cõphenduntur aliq qbꝫ nõ ↄuenit ꝓprie pđicari. Et ſi qratur qualis ſit ſcđa diuiſio. Reſpondet venerabilis dñs Albertus q ſilis eſt diuiſioni generis in ſuas ſpẽs. Et ſi obiiciatur q ſubiectum nõ accipitur vniuoce in illa diuiſione. ergo nõ põt eẽ diuiſio generis. Reſpondet Albertꝰ q bñ eſt vna cõis rõ ſubſtandi ↄueniens ſubiecto accñtꝫ ꝛ ſubiecto ſcđe ſubſtantie. ſꝫ ſpecialis rõ nõ eſt vna. In hoc em̃ eſt vna cõmunis rõ. qꝛ vtrũqꝫ ſubſtat pđicato quantũ ad eẽ exiſtentie qđ eſt vltimũ in natura. Accñs em̃ ꝛ ſcđa ſuba in pma vt in ſubiecto exiſtunt. Sꝫ rõ ſpecialis nõ ẽ vna qꝛ ſcđa ſuba nõ hꝫ eẽ actuale a pma. licet ſm qd hoc habeat a pma. Sꝫ accñs hꝫ eſſe in pma ꝛ a pma. Et ſic pꝫ qliter hec diuiſio valet ad cognitõem pđicamentorum

Sciendũ qrto. q ꝑ pmã regulã cognoſcitur q ſunt ordinabilia ſm ſub et ſupra in eadem linea pđicamentali. qꝛ qcunqꝫ ſub ſpẽ ↄtinentur etiã ↄtinentur ſub genere illius. ꝛ etiam qcunqꝫ ſub genere inferiori continentur etiam continentur ſub genere ſuperiori vſqꝫ ad generaliſſimum aſcendendo.

Sciendũ quinto. q pma regula vniuerſaliter veritatẽ hꝫ ſi pma ꝓpõ ordinata ſit. Et in ſcđa ſi eſſentialis pđicatio. Nã eo mõ quo ſubiectum ꝓpõnis



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſcōe p̄dicantur de ſubiecto ꝑme illo eodē modo p̄dicatum ſcōe in ꝯcluſione p̄dicatur de ſubiecto ꝑme. vt hō eſt albus. albū eſt coloratū. ergo homo eſt coloratus. Sortes eſt homo hō eſt animal. ergo ſortes eſt animal Et quando vbiq; nō eſt eſſentialis p̄dicatio non oīa ſubiecta ꝛ p̄dicata vtrarūq; ꝓpōnum reponunt̄ in eodem ordine p̄dicamentali. Et etiā aduertendū ꝙ hec regula negatiue poteſt poni dūmodo negent̄ ea de ſubiecto q̄cunq; ſm formam ſpēi vel generis ſunt ipi predicato oppoſita. vt bene ſeq̄tur homo eſt ratōnalis. rationale nō eſt inſenſibile. ergo homo nō eſt inſenſibilis. Et tamē aduertendū ꝙ ꝑ iſtam regulā inuenitur prima figura ſyllogiſmoꝝ. Et ꝑ eam ſumunt̄ duo p̄ncipia regulatiua ſyllogiſmoꝝ. ꝑ que regulant̄ immediate ſyllogiſmi p̄me figure.

Sciendū ſexto. circa regulā ſcōam ꝙ ꝑ eam cognoſcit̄ ſi aliqua ſpecies vel differētia ꝯtineatur ſub aliquo genere. Et cognoſcit̄ etiā ſi illud genus non ſit alicui alteri generi ſubalternatū. vł ecōtra. tunc talis ſpecies vel differētia nō poteſt ordinari ſub alio genere dūmodo tamē illa ſpecies vel differētia vniuoce teneatur Et per hoc ſoluunt̄ ille obiectōnes que ꝯtra eam fiebāt ante oppoſitum.

Cōcluſio. due regule antep̄dicamētales vniuerſaliter vere ſunt intelligēdo eas ſicut dictū eſt. Iſta ꝯcluſio ſatis patet ex p̄dictis.

Dubitat̄. quō differunt p̄dicamentū ꝛ antep̄dicamentū. Pro dubio ſciendū ꝙ ſicut genus duo dicere poteſt ſcʒ collectōem multoꝝ ꝯtentoꝝ ſub vno primo qd̄ eſt p̄ncipium illius collectōnis ita p̄dicamentuʒ poteſt dicere collectōem pluriū ordinatoꝝ ſm ſub ꝛ ſupra ſub vno p̄mo quod eſt p̄ncipium illius totius collectionis. Et poteſt etiam dici p̄mum p̄ncipium illius totius collectōnis. Et hoc p̄mo ꝛ p̄ncipaliter ſcat hec intentio p̄dicamentū. Ideo dicitur p̄dicamentum illud p̄dicatū ſeu p̄dicabile quod eſt metrū ſeu menſura oīm q̄ ſunt eiuſdē coordinatōnis. qd̄ p̄dicabile ogtet eē primum ꝛ ſimpliciſſimū cū ſit metrū et menſura omnium illius ordinis. Sed anp̄dicamentum importat ordinē alicuius p̄oritatis ad p̄dicamentū q̄ q̄dem p̄oritas eſt p̄oritas cognitōnis eo ꝙ an̄ coordinatōem p̄dicamentoꝝ ſm ꝙ cōueniunt in dicibili incōplexo ordinabili in genere ſm ſub et ſupra cognitōnem eoꝝ oporteat premittere. ideo cōmuniter ſic definitur. Anp̄dicamentū eſt quoddā p̄cognitum traditum ab Areſtotele an̄ ſpecialem determinatōem p̄dicamentoꝝ. cui⁹ cognitio neceſſario eſt ad cognitōnem p̄dicamentoꝝ habendā Ex dictis patet ꝙ tria ſunt anpredicamenta in generali. ſcʒ definitio diuiſio ꝛ regula. et ſeptem in ſpeciali. ſcʒ tres definitōnes due diuiſiones ꝛ due regule. Ratōnes ante oppoſitum ſolute ſunt ex dictis

Orum (que ſm nullā conplexionē dicūtur) ſingulū aut ſubſtātiam ſignificat. aut quātitateʒ: aut q̄litateʒ. aut ad aliq̄d. aut vbi aut quādo. aut ſituʒ eſſe. aut haberi. aut facere. aut pati Eſt auteʒ ſubſtātia quidē vt figuralit̄ dicat̄ vt hō equus. Quantitas vt bicubitū tricubitū Qualitas vt albū nigrū Ad aliquid vt duplum maius Ubi vero vt in loco. Quādo autem vt heri Sitū vero eſſe vt ſedet iacet Habere vt calceatus armat⁹ Facere vero vt ſecare vrere Pati vt ſecari vri. Singula aūt eoꝝ (que dicta ſunt) ipſa quidē ſm ſe in nulla affirmatione dicuntur Horū aūt ad ſe inuicē ꝯplexione affirmatio fit Uidet̄ em̄ omnis affirmatio vel falſa eſſe vł vera. Eorū aūt que ſm nullā cōplexionē dicūt̄ neq; vera neq; falſa ſunt. vt homo. albū. currit

Queritur. vtrum tantū decem ſint predicamenta. Arguitur p̄mo ꝙ ſint pauciora. q2 vnum eſt p̄dicamentum ſubſtantie. ergo vnum eſt p̄dicamentū accidentis. Cōſequentia tenet. q2 ſubſtantia ꝛ accidēs opponunt̄. modo quot modis dicitur vnū oppoſitorum tot modis dicitur et reliquū. Scōo ſic. actio ꝛ paſſio in aliquo vno ꝯueniunt quod de ambob9 p̄dicatur. ſcʒ motu. oīs em̄ actio eſt in motu. ꝛ ſimiliter oīs paſſio ergo non ſunt diſtincta p̄dicamenta. Tercio ſic. ſex vltima genera in aliquo vno ꝯueniunt quod eſt relatio q2 q̄libet ipoꝝum in ſua ratōne aliquā cōparatōem includit. ergo nō ſunt p̄dicamenta diſtincta a relatōne

Quarto ſic. ꝙ ſint plura q̄ decē. q2 agere ꝛ pati ſunt duo p̄dicamenta. ergo a ſimili habere ꝛ haberi erūt duo p̄dicamenta. Quinto ſic. autoritate Auicenne dicētis ꝙ a phis q̄ eum p̄ceſſerunt nondū repertum ē predicamentū motus. et ſic intentio eius videt̄ eſſe ꝙ motus ſit p̄dicamentū diſtinctum ab alijs. Sexto ſic. ſecunde intentōnes habent ſe ſm ordinem ſuꝑioris ꝛ inferioris ꝛ tamē nō ſunt in aliquo iſtoꝝ geneꝝ. quia ens reale diuiditur in decem iſta. Et ens ratōnis ſignificat̄ ꝑ ſcōas intentōnes. ergo p̄ter iſta decem neceſſe eſt ponere aliud in quo ordinent̄ ſcōe intentōes. Et ob hoc poſuit Marſilius p̄dicamentum ſigni In oppoſitū eſt phs in textu.

Maxime vero ſuƀe ꝓpriū videtur eē ꝙ cū vnū ⁊ idem numero ſit. contrariorū ſuſceptiuuꝫ eſt. Et in alijs q̇dē non habebit quiſquā q̄d proferat quecūq3 non ſunt ſubſtantie quod cum ſit vnū ⁊ idem numero ſuſceptibile contrarioꝝ ſit. velut color. quod cū ſit vnū ⁊ idem numero non erit album et nigrum. Neq3 eadem actio ⁊ vna numero erit praua ⁊ ſtudioſa. Similiter autē ⁊ in alijs quecūq3 non ſunt ſubſtātie. Subſtātia vero cum vnū ⁊ idem ſit numero capax eſt contrarioꝝ. vt q̇dam hō cum vnus ⁊ idem numero ſit: aliquando q̇dem eſt albus. aliqñ niger. et calidus ⁊ frigidꝰ ⁊ prauus ⁊ ſtudioſus. in alijs autē nullis aliquod tale videtur Niſi aliquis forſitan inſtet dicens orōnem et viſum huiuſmodi eſſe. eadē eñ oratio et idem viſus verum et falſum eſſe videtur. Ueluti ſi vera ſit oratio ſedere aliquē. ſurgente eo falſa erit. Similiter autem ⁊ de viſu. ſi q̇s eñ vere putet ſedere aliqueꝫ ſurgente eo falſum videtᷣ ei eundē habēti de eo viſum. Sed ſi quis hoc ſuſcipiat tamē mō differt. nam ea (q̄ in ſubſtātijs ſunt) ipa mutata ſuſceptibilia ſunt cōtrarioꝝ. frigidū eñ ex calido factum mutatū eſt. alterū eñ factum eſt ⁊ nigruꝫ ex albo et ſtudioſum ex prauo. Silr̄ auteꝫ et in alijs vnūquodq3 mutationē ſuſcipiēs eſt ſuſceptibile cōtrarioꝝ. Oratio aūt et opinio ipa quidē oīmino imobilia perſeuerāt cuꝫ vero res mouetᷣ cōtrariū circa eam ſit. oratio nāq3 ꝑmaneat eadem. eo ꝙ ſedeat aliquis. cum ꝓ̄ res mota ſit. aliqñ quidē vera. aliqñ q̇dem falſa ſit. Similiter aūt ⁊ in opinione. quapropter ſolūmō ꝓpriū eſt ſubſtantie ꝙ ſm ſui mutationē ſuſceptibilis contrarioꝝ ſit. Si q̇s autē hoc recipiat opinionē et orationē dicens ſuſceptibilia eſſe cōtrariorum non eſt verū hoc. oratio nanq3 et opinio nō in eo ꝙ ipſa aliq̇d recipiant cōtrarioꝝ ſuſceptibilia eſſe dicūtur. ſed in eo ꝙ circa alterū aliqua paſſio facta ſit. Nam eo ꝙ res eſt aut non eſt in eo oratio vera vel falſa dicitᷣ. nō in eo ꝙ ipa ſuſceptibilis ſit cōtrarioꝝ: Simplr̄ eñ a nullo loco neq3 oratio mouetᷣ neq3 opinio. quapropter nō erunt ſuſceptibilia cōtrarioꝝ. cū nulla in eis paſſio facta ſit. Uerū ſubſtātia in eo ꝙ ipa contraria ſuſcipiat: in hoc ꝯtrarioꝝ ſuſceptibilis eē dr̄. languorē eñ et ſanitatē ſuſcipit et candoreꝫ et nigredinē. et vnūquodq3 taliū ipa ſuſcipiēdo cōtrarioꝝ dicitᷣ ſuſceptibilis eſſe. Quare ꝓpriū erit ſubſtantie cū ſit vnū et ideꝫ numero ſm ſui



mutationē ſuſceptibileꝫ eſſe contrarioꝝ. Et de ſubſtantia hec quidem dicta ſunt

Queritᷣ. Utrum ſit maxime ꝓpriuꝫ ſubſtātie cū ſit vnū ⁊ idē numero ſm ſui mutatōem eſſe ſuſceptibilem ꝯtrarioꝝ Arguitᷣ ꝙ nō. q2 forma ſubſtātialis ē ſubſtantia. ⁊ tñ nō ſuſcipit ꝯtraria ſm ſui mutatōem. g̃ illa ꝓprietas nō eſt bñ data. Scđo ſic. intelligētie ⁊ alia corpa celeſtia ſunt ſubſtātie. ⁊ tñ nō ſuſcipiūt cōtraria Tercio ſic. ſupficies eadē in numero eſt ſuſceptibilis ꝯtrarioꝝ puta albedis ⁊ nigredinis. Silr̄ eadē orō ⁊ eadē opinio eſt ſuſceptibilis veritatis ⁊ falſitatis. hec aūt nō ſunt ſubſtātie. ergo ꝯuenit alijs a ſuƀa. In oppoſitū eſt phs in textu

Sciendū: ꝙ illud qđ in ſe ꝑfectuꝫ nō eſt neq3 ſubſiſtēs alteri nō pt̄ dare eſſe neq3 ſubſtare. ideo ſubſtātie cōuenit ꝙ poſſet accñtibꝰ ſubſtare ex eo ꝙ ipa eſt ſubiectum qđ eſt ens in ſe ꝑfectū ⁊ ꝯpletū. Et q2 illđ pⁱmo cōuenit pⁱme ſuƀe ⁊ ſecūdo ſcđe ſm ꝙ eſt in pⁱma. ideo etiā ſubſtare accñtibus pⁱmo cōuenit pⁱme ſuƀe ⁊ ſecūdario ſecunde Ex quo ſeq̄tur ꝙ ſuſcipe ꝯtraria ſm ſui mutatiōem pⁱmo cōuenit ipi prime ſuƀe. cui etiā ꝯuenit pⁱmo ⁊ ꝑ ſe mutari. et ſecūdario cōuenit ipi ſcđe ſubſtātie ſm ꝙ ſecūda ſuƀa mutari generari ⁊ corrūpi dr̄ ex ꝯñti. Sic ergo patꝫ ꝙ hec ꝓprietas cōuenit pⁱme ſubſtātie ⁊ ſecūde. Et ſic cōuenit oī ſubſtantie. licet non eq̄liter vt iā dcm̄ eſt. Eſt tñ hic aduertendum ꝙ licet actu ſuſcipe ꝯtraria ⁊ actu mutari de cōtrario in cōtrariū pⁱmo cōueniat ipi pⁱme ſubſtantie ⁊ ſolū ex ꝯñti ſecūde. q2 actus ⁊ ogationes ſunt ſingulariū ⁊ ſuppoſitoruꝫ Tñ ſuſceptibilitas ⁊ mutabilitas id eſt aptitudo ad ſuſcipere cōtraria ⁊ mutari de vno in alterū pⁱmo cōuenit ſecunde ſuƀe ⁊ ꝑ ſecundā cōuenit pⁱme. Sicut eſſe corruptibile ꝑ ſe cōuenit homī licet actu corrūpi pⁱmo cōueniat alicui homini ꝑticulari. Sicut color in cōmuni eſt ꝑ ſe viſibilis actu tamē non videtᷣ niſi aliq̇s ꝑticularis color. Et ita aptitudo ad agere vel pati inſeq̄tur naturā vniuerſalē. ſed actu agere ⁊ pati pⁱmo inſunt ſingularibus

Concluſio. maxime proprium eſt ſubſtātie a ſubſtādo dicte cū ſit vnū idē numero ſm ſui mutatōem eſſe ſuſceptibilē cōtrarioꝝ. Probatᷣ. q2 cōuenit oīmi ſuƀe vt patuit ⁊ ſoli ſuƀe vt oñdit phus ꝑ inductōeꝫ. q2 in nullo aliorum pdicamentoꝝ repitur aliqđ qđ vnū ⁊ idē numero permanēs ꝯtraria ſuſcipiat ſm ſui mutatōem. Sicut vnus ⁊ idem numero color nō pt̄ eſſe albus ⁊ niger. Neq3 vna et eadem actio in numero poteſt eſſe praua ⁊ ſtudioſa. Reperitur aūt in ſubſtātia ꝙ vnū ⁊ idē numero ꝑmanēs contraria ſuſcipiat ſm ſui mutatōem. Sicut vnus ⁊ idē hō in numero aliqñ eſt albus ⁊ aliqñ niger. aliqñ calidus aliqñ frigidus. ⁊ ſic de alijs. g̃ iſta ꝓprietas maxie ꝓpria eſt ſubſtantie. Eſt tñ hic aduertendū vt volūt aliq̇ ꝙ. maxime. in dicta ꝓprietate tenetᷣ noīaliter ⁊ determiat illā dcōem ſubſtantie. ita vt ſit ſenſus maxime ſuƀe. i. pⁱme ſubſtātie ꝓpriuꝫ eſt Sed Albtus exponit maxie aduerbialiter referēs ipſuꝫ ꝑ modū determinatōis ad ꝓpriū vt ſit ſenſus maxime ꝓpriū id eſt ꝓprie ꝓpriū eſt. volēs ꝙ hec ꝓprietas cōueniat tā pⁱme ſubſtātie q̃ ſcđe. Et hec expoſitio eſt ſm intentōem phi.

Ad ratiōes ante oppoſitū. Ad primā dicitᷣ ꝙ forma ſuƀalis nō ponitᷣ ꝑ ſe in genere ſuƀe neq3 etiā materia. ſed ſolū reductiue ꝑ modū pⁱncipij. Accipitᷣ aūt ſuƀa ī iſta ꝓprietate vt eſt ab actu ſubſtādi dicta. ſed hoc mō forma ſuƀalis nō dr̄ ſuƀa ſed totū ꝯpoſitū. g̃ non valet ꝯñtia. Ad ſcđam dr̄. ꝙ intelligētie ſm naturā accepte nō repugnat mutabilitas de bono in malū. Uñ de facto iā euenitᷣ ꝙ aliq̄ mutate ſunt de bono in malū. Sed ꝙ aliq̄ ꝑmanentes ſunt in bono hoc eſt ex ꝯfirmatōe diuina Et ꝙ ſtꝫ aliq̄ ꝑmanētes in malo hoc eſt ex obſtinatōe. Et hoc ſcꝫ de intelligētijs ſic dicebat Plato in Thimeo O dij deoꝝ quorū opifex paterq3 ego ſum natura q̇dem veſtra mutabiles eſtis volūtate aūt mea ſic ꝑmanebitis. Et ad hoc qđ dicebatᷣ de corpe celeſti. rñdetᷣ ꝙ in celo repiuntᷣ ſex differētie poſitionū ad inuicē ꝯtrarie ⁊ ex natura rei diſtincte. Ex quarū diſtinctōne ⁊ ꝯtrarietate vt dr̄ Auerrois originatᷣ oīs alia cōtrarietas in iſtis inferioribꝰ. Et ipm corpꝰ celeſte de vna iſtaꝝ drñaꝝ in aliā mutatᷣ. vt de dextro in ſiniſtruꝫ. de ante in retro. Nec ex hoc ſeq̄tur ꝙ ſit corruptibile. q2 motus localis de ꝑ ſe nihil abijcit de ſuƀa rei neq3 de ſubſtātialibus ꝑfectionibꝰ aut diſpōnibꝰ ſubſtantialibꝰ rei. Ad terciā q̄ arguebat de ſupficie dicendū eſt ꝙ ſubiectū ad accñs reperitᷣ habere triplicē habitudinē ſcꝫ potētie ad actuꝫ. cauſe ad cauſatū. ⁊ habitudinē ꝑ̄tentis et ſtabilimētū eēndi. Duas pⁱmas habitudines bñ pt̄ habere vnū accidēs ad aliud et quodāmō dici ſubiectū. Sed terciā habitudinē ꝑ ſe habere nō pt̄ vnū accñs ad aliud. ideo nō pt̄ habere ꝑfectā ⁊ cōpletā rōem ſubiecti. Et ſic ſupficies nō eſt illud qđ ſubſtat albedini. neq3 eſt illud qđ mutatᷣ de vno in alteruꝫ. ſed bene eſt illud mediāte quo ſubiectū quod eſt ſubſtātia ſubſtat albedini ⁊ nigredini. Ad aliā inſtantiā q̄ fiebat de opinione ⁊ oratione. Dcm̄ eſt ꝙ veritas ⁊ falſitas ſunt in re ſicut in cauſa. ⁊ ſunt ī intellectu ꝯponente ⁊ diuidēte vt in ſubiecto cognoſcēte. ⁊ in orōne vt in ſigno. Et ideo eadeꝫ oratio in nūero et etiaꝫ eadē opinio re mutata dr̄ vera et falſa ſine mutatione opinionis vl' orōis. Ex quo ſeq̄tur ꝙ oratio et ſimiliter opinio ꝓprie loquēdo nō debent dici ſuſceptibiles veri ⁊ falſi. cum vna ⁊ eadē oratio numero dicatᷣ vera ⁊ falſa ſine ſui mutatiōe. Alr̄ eñ ſeq̄retᷣ ꝙ duo cōtraria poſſent ſimul recipi in vno ⁊ eodem numero tanq3 in ſubiecto ſine ipſius mutatōe quod eſt ipoſſibile. Ideo bene dr̄ textus ꝙ ab eo ꝙ res eſt vel non eſt oratio dr̄ vera vel falſa. ⁊ non ex eo ꝙ ipſa oratio ſit ſuſceptibilis cōtrarioꝝ. Et ita ſi oratio dicatᷣ aliquādo ſuſcipere veritatē vel falſitatem. ⁊ quando dr̄ ꝙ ſubſtantia ſuſcipit cōtraria. ibi equiuoce accipitᷣ ſuſcipere ꝯtraria. Sicut equiuoce accipitur cum dicitur ꝙ vrina eſt ſuſceptibilis ſanitatis ⁊ corpus aīalis eſt ſuſceptiuū ſanitatis. Nā corpus tanq3 ſubiectū ⁊ vrina tanq3 ſignū.

Uantitatis aliud continuum aliud diſcretū. Et aliud quidem ex habentibus poſitioneꝫ ad ſe inuicem ſuis partibus conſtat: aliud autem ex non habentibus poſitionem.

Queritur vtrum quantitas a logico conuenienter prius diuiſione q̃ definitione notificetur Arguitur ꝙ ſic. quia quantitas eſt genus generaliſſimū vniuoce dictum de ſuis ſpeciebus. ſed in vniuocꝭ definitio precedit diuiſionem. ergo quantitas a logico cōuenientius definitōne q̃ diuiſione notificari habet Secūdo ſic. qualitas a logico definitur. ergo a ſimili quātitas debet ab eo definiri

Tercio ſic. phus in quarto metaphyſice definit quantum dicens. Quantū eſt qđ eſt ꝑ ſe diuiſibile in ea q̄ inſunt quoꝝ quodlibet natū eſt eſſe aliq̇ vna natura. g̃ vt videtur quantitas debet definiri

In oppoſitum eſt phus in littera

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sciendum primo ꝙ determinando de pdi camentis accidentiū pħs ꝑus agit de quātitate. qꝛ quantitas inter cetera accidētia ſubē materiali imediatius adheret. qḋ oñdit Albꝛtus triplici rōne. Prima eſt. ꝗa materia ſolū eſt potētia diuiſibilis. actu tñ diuidit ꝑ quātitatē. Cū ꝗ omes forme materiales numerent̄ ⁊ diuidant̄ ꝑ materie diuiſionē ſeqt̄ur ꝙ quantitas inter cetera accñtia materialia imediatius ſubē materiali inheret. Scḋa eſt. ꝗa ſubā materialis motui ⁊ mutatōi nō ſubijcit̄ niſi mediāte quātitate. qꝛ vt habet̄ ſexto phyſicoꝝ. nihil mouet̄ niſi quantū ergo q̄ntitas in ſubiecto p̄cedit oēm formā ꝑ motū acqſibilē. Tercia eſt. qꝛ nō ſunt niſi duo genera accñtiū abſolutoꝝ. ſcꝫ q̄litas ⁊ q̄ntitas. ſꝫ oēs q̄litates materiales neceſſario p̄ſupponūt q̄ntitatē. iō inter oīa accñtia materialia q̄ntitas ꝑmo ineſt ſubē q̄re de ipa ꝑmo determiat pħs

Sciēduꝫ ſcḋo. ꝙ licꝫ quātitas ſm ſuuꝫ eſſe formale ⁊ q̄ddıtatiuū ꝯſiderata id eſt ꝑ ꝯꝑatōnem ad ſua inferiora vt notio totius eſſe formalis ipſoꝝ de ipis vniuoce dicat̄. Quia tñ logicus ꝯſiderat quātitatē ſub rōne mēſure q̄ non cōuenit eodē mō ꝯtinuo ⁊ diſcreto necꝫ equaliter. iō logicus nō definit quātitatē. ſed eaꝫ notificat ꝑ duas diuiſiones quaꝝ ꝑma eſt Quātitatis aliud cōtinuū aliud diſcretū. vt clare pꝫ in exēplis textus. Alia ē. Quātitatū aliud eſt ex ꝑtibꝰ poſitōnem ad inuicē hñtibꝰ. aliud vero ex nō habentibꝰ poſitōem. exēplū ꝑmi. vt linea ſuꝑficies corpus ⁊ locus. exemplū ſcḋi. vt tp̄s numerus ⁊ oꝛōes. Vñ ad poſitōem partiū alicuius quātitatis in ſuo toto nō ſufficit oꝛdo ipſaꝝ ſm ꝑus ⁊ poſterius. ſed cū hoc reqritur ſitus q̄ in ꝑtibus numeri nō reꝑitur. Tercio reqrit̄ ꝑmanentia partiū q̄ ꝑtibꝰ oꝛōnis ⁊ tp̄is nō ꝯpetit. ⁊ ſic tria reqrunt̄ ad hoc ꝙ quātitas aliq̄ poſitōem habeat in ſuis ꝑtibꝰ. Si vero q̄rat̄. q̄re hic logicus q̄ntitatē ſub rōne mēſure ꝯſiderat. cū tñ ſub tali rōne ꝯſiderata nō dicat̄ vniuoce de cōtinuo ⁊ diſcreto. Cauſa eſt. qꝛ accñs magis dr̄ entis diſpoſitio mēſura vel aliq̄ alia habitudo q̄꧁ debeat dici ens ꝓpter imꝑfectōem ſue nature. ⁊ ita nō p̄t ꝑfecte notificari iſta de cā niſi ꝑ habitudinē ad ſubam. Et iō pħus q̄ntitatē notificat in oꝛdine ad ſubam id eſt ꝑ ꝓꝑiū modū inherendi q̄ntitatis ipi ſubē ſub q̄ mō ineſſendi ſeu inherēdi fundat̄ ꝓꝑius modus denominādi ⁊ p̄dicādi. ſcꝫ q̄ntitatis de ſubiecto. Et qꝛ modus ineſſendi ſeu inherēdi quātitatis ſubſtantie eſt ineſſe ꝑ modū menſure. ideo pħus hic quātitatē conſiderat ⁊ notificat ſub rōne menſure

Concluſio. quātitas a logico cōueniētius diuiſione q̄꧁ definitōe notificat̄ ⁊ vt eā cōſiderat definiri non p̄t. Pꝛobat̄ cōcluſio. qꝛ quātitas a logico ꝯſiderat̄ ſub rōe mēſure. ſed rō mēſure nō cōuenit eq̄liter continuo ⁊ diſcreto. ꝗ ſub tali rōne definiri non poteſt

Dubitat̄ ꝑmo. quare in diuiſiōe quātitatis ponit̄ aliud ⁊ non alteꝝ. Dicit̄ ꝙ hoc eſt ad denotandū diuerſitatē eſſentialē. ⁊ nō ſolū accidentalē inter cōtinuū ⁊ diſcretū. Et dr̄ aliud in neutro genere. quia cōtinuū ⁊ diſcretum ſunt genera ſubalterna ⁊ non ſpēs ſpēaliſſime. ob hoc in diuiſione ſubintelligit̄ genus.

Dubitat̄ ſecundo. vtrū cōtinuitas ⁊ diſcretō debeāt dici quātitates. Rñdetur ꝙ nō. qꝛ vt abſtracte deſignant̄ dicunt̄ magis q̄litates quātitatē ipam cōtrahētes ad diuerſas naturas ſm ſpēm a q̄bus q̄litatibꝰ ſumūtur differētie genus quātitatis diuidentes

Dubitat̄ tercio. quare pħs diuidēs quātitatem p̄ponit continuū diſcreto. ⁊ tñ determinando de ipſis tenet oꝛdinē euerſum Rñdetur ꝙ cā eſt ad denotanduꝫ ꝙ licet ꝯtinuū ⁊ diſcretū ſi ꝯparent̄ ad ſuum genus coeq̄ſub eo ꝯtineāt̄. Tñ ſi ꝯparent̄ inter ſe in eis reꝑitur duplex oꝛdo. qꝛ ſm rōnem diſcretū eſt ꝑus cōtinuo. qꝛ ꝑncipium diſcreti qḋ eſt vnitas ſimplicius eſt ſm rōem ꝑncipio cōtinui qḋ eſt pūctus. nā rō vnitatis in ſola idiuiſibilitate cōſiſtit. pūctus vero ſupꝛa indiuiſibilitatē addit poſitōnem in cōtinuo. Et qꝛ vnitas ſm rōnem ſimpliciōr eſt. iō ꝑ conſequēs eſt pꝛioꝛ. qꝛ habet̄ in p̄hemio metaphyſice ſimpliciora ſunt pꝛiora ex additōe dictis. Hac em̄ de cā ratō menſure ſm rōem ꝑus cōuenit diſcreto q̄꧁ ꝯtinuo. Quia menſurare aliq̄d nihil aliud eſt q̄꧁ notificare quātitatē ipius ignotā ꝑ aliam quātitatē magis notā. Et ſic rō mēſure conuenit pꝛius illi qḋ ſm rōem ꝑus ⁊ notius eſt Et tñ eſt ꝙ multa que cōtinua ſunt realiter ſub rōne diſcreti menſurant̄. Et etiā multa cōtinua a ſpēbus numeri denominant̄ vt bipedale. Sed ſi cōtinuū ⁊ diſcretū ſm eſſe cōſiderent̄. tūc cōtinuū ꝑus eſt diſcreto. nā diſcretū ex diuiſione cōtinui cauſat̄ Et ita pꝫ q̄liter cōtinuum vno mō pꝛius eſt diſcreto ⁊ alio mō poſterius. Patet etiā quare rō menſure ꝑus conuenit diſcreto q̄꧁ continuo. Et qꝛ ꝓceſſus diuiſiuus ꝓportionat̄ materie. ⁊ ꝓceſſus definitiuus forme. ⁊ materia ſm eſſe p̄cedit formaꝫ. forma vero ſm eſſe poſterioꝛ eſt materia. ſed ſm rōem eſt ꝑoꝛ ipſa. Ideo in ꝓceſſu diuiſiuo quantitatis pꝛius notificat pħus cōtinuū q̄꧁ diſcretū. ⁊ tñ in ꝓceſſu definitiuo ꝑus notificat diſcretū q̄꧁ cōtinuū.

Ad rōnes añ oppoſitū. ꝑma ſoluta eſt. Ad ſecundā negat̄ ꝯña. quia oim qualitatuꝫ eſt vnus modus denominādi ſubam ſcꝫ qualē. ſed nō eſt vnus oim quantitatū. qꝛ ꝯtinua quātitas denoiat ſubam quantā. diſcreta vero quotā Ad terciā negat̄ ꝯña. qꝛ metaphyſicus nō cōſiderat quantitatē ſub rōne menſure. ſed vt eſt q̄daꝫ ꝑs entis. ideo potuit definire quantum.

**Eſt autem diſcreta quātitas vt numerus et oꝛatio. cōtinua vero vt linea ſuperficies coꝛpꝰ. Amplius autē p̄ter hec locus ⁊ tempus. Partium em̄ numeri nullus eſt terminus cōmunis ad quē copulant̄ ꝑticule eius. vt quinꝙ ⁊ quinꝙ cū ſint ad decem ꝑticule ad nullū terminū copulant̄ cōmunē. ſed ſemꝑ diſcreta ſunt. ſꝫ et tria et ſeptem ad nullū terminū ꝑticulaꝝ copulātur. ſed ſemꝑ diſcreta ſunt ⁊ ſeparata. Quapꝛopter numerus quidem diſcretoꝝ eſt. ſimiliter autem et oꝛatio diſcretoꝝ eſt. quia etem̄ quātitas oꝛatio eſt manifeſtum eſt. Menſurat̄ enim ſyllaba longa ⁊ breuis. Dico autem oꝛationē cum voce pꝛolatā ad nullum enim terminū cōmunē ꝑticule eius copulant̄. nō enim ē cōmunis terminus ad quem ſyllabe copulentur. ſed vnaqueꝙ diuiſa eſt ſm ſeipſam**

Querit̄ Utrum numerus ⁊ oꝛatio ſint ſpecies quātitatis diſcrete Arguitur pꝛimo ꝙ numerus non ſit quantitas. quia ex non quantis non poteſt fieri quantum ſed numerus conſtituit̄ ex vnitatibꝰ que non ſunt quante. ergo nūerus nō eſt quantitas. Secūdo ſic. ſpēs poſitiua ex pꝛiuatōibus nō poteſt cōſtitui. ſed nūerus cōſtituitur ex vnitatibus quarū tota rō in pꝛiuatōe diuiſiōis cōſiſtit ergo nūerus nō ē ſpēs quantitatis. igitur necꝫ quātitas Tercio ſic ꝙ oꝛatio non ſit quantitas. qꝛ oꝛatio eſt vox et vox eſt qualitas. ergo oꝛatio eſt qualitas. ¶ Quarto ſic. oꝛatio menſuratur ſyllaba breui ⁊ longa. ſed breue et longum ſunt paſſiones ꝯtinui. ergo oꝛatio eſt q̄ntitas cōtinua ⁊ non diſcreta. In oppoſitum eſt pħus in textu. Pꝛimo videbitur de numero. ⁊ ſecūdo de oꝛatione. Quantum ad pꝛimū ponit̄

Concluſio. Numerus eſt quātitas diſcreta ꝙ ſit q̄ntitas pꝛobatur. qꝛ illud eſt q̄ntitas quo menſurante foꝛmaliter redditur ⁊ certificat̄ quantitas aliquoꝛū vel alicuius. ſed numerus eſt huiuſmodi. ergo ⁊c̄. Maioꝛ pꝫ qꝛ rō menſure eſt rō quātitatis. Minoꝛ pꝛobatur. qꝛ numero denario accipit̄ ⁊ certificatur numerus decem hominum. decem canum ⁊ ſic de alijs. Et ita denarius numerus eſt foꝛmalis numerus quo plura numerari poſſunt. Item patꝫ ſecūdo ſic. omne per ſe diuiſibile in ea que inſunt quoꝛum quodlibet natum eſt eſſe vna natura eſt q̄ntitas. numerus eſt huiuſmodi. ergo numerus eſt quātitas. Maioꝛ ptꝫ per definitionem quanti. Patꝫ etiam ex alio. quia eſſe diuiſibile per ſe eſt ꝓꝑia paſſio quantitatis. Minoꝛ pꝛobatur ſic. qꝛ omne ꝯpoſitum ꝑ ſe eſt diuiſibile in ea ex quibꝰ ꝯponit̄. ſed omnis numerus componit̄ ex vnitatibꝰ. ergo om̄is numerus eſt diuiſibilis in vnitates quarū quelibet eſt nata eſſe vna natura. ¶ Sed pꝛo declaratione alterius ſcꝫ ꝙ ſit diſcreta q̄ntitas eſt aduertenduꝫ ꝙ ꝯtinuū eſt nobis notius q̄꧁ diſcretum. ideo ꝑ negatōeꝫ ꝯtinuitatis ſuppoſito ꝙ numerus eſt quātitas in textu ꝓbatur ꝙ eſt q̄ntitas diſcreta arguendo ſic. Partes numeri nō copulantur ad aliqueꝫ terminū ꝯmunē qui ſit finis partis p̄cedentis ⁊ ꝑncipiū ſequentis. ſed ſemꝑ manēt ad inuicem diſcrete ⁊ ſeparate. ergo numerus eſt q̄ntitas diſcreta. Aſſumptum pꝛobat pħus exemplariter ⁊ inductione. nō em̄ q̄nꝙ ⁊ q̄nꝙ copulantur ad aliquem terminum cōmunē in denario. necꝫ tria ⁊ ſeptem. necꝫ etiam partes alterius numeri. ſed ſemꝑ manent ad inuiceꝫ diſcrete ⁊ ſeparate. Et ita dicendū eſt de partibꝰ cuiuſcūꝙ alteriꝰ numeri. ergo numerus eſt q̄ntitas diſcreta. Si vero querat̄ ex quo partes numeri ſunt diſcrete ⁊ ab inuicem ſeparate a quo accipit numerus ſpēm ⁊ vnitatē. Reſpondet̄ ꝙ ſpeciem ⁊ vnitatē accipit ab vltima vnitate non abſolute ⁊ in ſe accepta. ſed ꝓut eſt finis aggregatōnis vnitatū p̄cedentiū oꝛdinataꝝ in vna foꝛma numeri.

Sciendum ꝙ ſi in numero ternario vltima vnitas materialiter acciperetur. ſcꝫ ſm illud quod eſt abſolute ſm hoc illa vnitas eſſet pars materialis ternarij. et hoc modo etiā poſſꝫ eſſe pars materialis cuiuſcūꝙ alterius numeri. qꝛ hoc modo eſt in potentia ad recipienduꝫ additiōem cuiuſcūꝙ alterius numeri. Sed ſi illa vltima vnitas foꝛmaliter accipiatur ſcꝫ ſub rōne vltimi. id ē finis et termini aggregatōis vnitatū p̄cedentiū oꝛdinatarū ad ipſam. hoc modo ipſa eſt foꝛma numeri ternarij. necꝫ vt ſic eſt in potentia ad hoc ꝙ recipiat additōem alteriꝰ vnitatis. necꝫ etiā eſt pars alterius numeri Et ſic ꝑmo patꝫ qualiter numerus ab vltima vnitate capit ſpēm ⁊ vnitatem. Patꝫ etiā ſecūdo q̄ñ duo numeri ab inuicē nō ſoluꝫ materialiter. immo etiam foꝛmaliter ⁊ ſpecifice differunt. Ob hoc dr̄ pħus q̄nto metaphyſice. ꝙ bis tria non ſunt ſex. ſed ſemel ſex ſunt ſex. ⁊ hoc eſt verū foꝛmaliter loquendo. qꝛ alia eſt foꝛma ternarij ⁊ ſenarij. Patꝫ etiaꝫ tercio ꝙ quāꝙ in numero partes ſint diſcrete ab inuicem. tñ ibi eſt vnitas aggregatōis pluriū vnitatum ad vltimaꝫ que eſt terminus illius aggregatōis ⁊ oꝛdinis. Et quēadmodū dictū eſt de ſpecie ⁊ vnitate numeri ꝯſimiliter dicendū eſt de oꝛōne ꝓut ſtat ſub aggregatōe ſonoꝛū ⁊ vocis ꝓlatōe Aggregatio em̄ ſonoꝝ. litterarū. ſyllabaruꝫ. dictionū oꝛdinata ad aliqḋ vnū vltimū totam ꝯplens ꝯgregatiōem ſic oꝛdinatam dr̄ oꝛatio vna Et ſic oꝛō capit ſpēm ⁊ vnitatem ab vltimo indiuiſibili ꝓlatōis vocis accepto ꝓut ē finis ⁊ terminus aggregatōis indiuiſibiliū alioꝛum ꝓlationis vocis oꝛdinatoꝝ ad ipſam. Quātū ad ſecūdū

Cōcluſio ſecūda Oꝛatio eſt quantitas diſcreta. ⁊ ibi accipit̄ oꝛatio pꝛo ea que eſt in voce pꝛolata. vt habet textus ſic dicens. Dico aūt oꝛōnem cum voce ꝓlatam. Qꝫ ſit q̄ntitas textus pꝛobat. qꝛ omne qḋ eſt per ſe menſurabile eſt q̄ntum. ſed oꝛatio cū voce pꝛolata ꝑ ſe mēſuratur ſyllaba breui ⁊ longa. ergo eſt q̄ntitas. Sed ꝙ ſit diſcreta pꝛobat textus ſicut de numero. qꝛ in oꝛatōne nō eſt aliquis terminus ꝯmunis ad quē partes eius copulentur. ſed manēt ab inuicem diſcrete ⁊ ſeparate. ſcꝫ littere in ſyllaba. ⁊ ſyllabe in dictione. ⁊ dictōes in oꝛōne. Nec inter partes oꝛōnis eſt alia vnitas q̄꧁ vnitas oꝛdinis ⁊ aggregationis pluriū indiuiſibiliū ad aliquod vnū. vt eſt vltimuꝫ qḋ eſt terminus oꝛdinis aggregatōnis. Si vero querat̄ q̄ñ differūt oꝛō ⁊ numerus. Reſpondet Albertus ꝙ ſic differūt. qꝛ numerus cauſat̄ ex vniꝰ ⁊ eiuſdē indiuiſibilis reiteratione ſcꝫ vnitatis cuius reiteratio facit aggregationem oꝛdinatam que dicit̄ numerus. ſed oꝛatio nō ſic cauſatur ex reiteratōe eiuſdem indiuiſibilis. ſed cauſat̄ ex oꝛdine litterarū in ſyllabis. ⁊ ſyllabarū in dictione. ⁊ dictionuꝫ in oꝛatione inter que ſola littera indiuiſibilis eſt. Alia differentia etiā ſolet aſſignari. qꝛ numerus cauſat̄ ex diuiſiōe ꝯtinui ꝑmanentis. ob hoc indiuiſibilia ex quoꝛū aggregatione oꝛdinata cauſat̄ numerus ſimul ꝑmanent. Sed oꝛō cauſat̄ ex diuiſione ꝯtinui ſucceſſiui. ſcꝫ tempoꝛis ſeu moꝛe menſurantis pꝛolatōem vocis. ideo indiuiſibilia ex quorum aggregatōe oꝛdinata fit oꝛatio nō ſimul permanent. Et ex hac differentia ſumit̄ cauſa ꝑme Et qꝛ indiuiſibilia ex q̄ꝝ aggregatione oꝛdinata fit oꝛatio nō ſimul ꝑmanent ideo in oꝛōne nō p̄t fieri reiteratio vnius ⁊ eiuſdē indiuiſibilis. ideo habꝫ textus. Quod ſemel dictum eſt nō poteſt amplius reſumi.

¶ Ad rōnes añ oppoſitū. Ad pꝛimam dicit̄ ꝙ licet vnitas nō ſit actu quātitas. eſt tamen q̄ntitas in potentia. qꝛ eſt in potentia ad receptōem additionis alterius vnitatis. ex quoꝛū aggregatōe oꝛdinata ꝯſtituitur numerus. ⁊ ſic vnitas non eſt numerus actu ſed in potentia ¶ Ad ſecūdam dr̄. ꝙ vnitas nō ſolū dr̄ negatōem diuiſionis. immo dr̄ aliqḋ poſitiuuꝫ in quo eſt talis negatio. ideo dr̄ vnū quaſi ens indiuiſum. ſed qꝛ ſimplicia non cognoſcimus niſi per compoſita ⁊ indiuiſibilia ꝑ negatōeꝫ diuiſionis. ideo vnitas licet q̄ntum ad materiale ſuū ſit quid poſitiuū. eſt em̄ pars numeri accepti ꝑ diuiſionem ꝯtinui. tñ notificamus ipſam ꝑ negatōem diuiſionis. qꝛ talis ꝑs eſt indiuiſa. ¶ Ad terciam dr̄. ꝙ oꝛatio poteſt capi dupliciter Pꝛimo pꝛo actōe ſeu oꝛōne oꝛantis que q̄nꝙ oꝛatio dr̄. et de hac nō eſt ad ꝓpoſitum. Alio modo ꝓut ab eo cauſat̄ ſic oꝛō triplex reperitur ſcilꝫ vocalis. mentalis. ⁊ ſcripta.





UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et de vocali eſt ad ꝓpoſitum. nõ autẽ de mentali ſeu ſcripta. Sed adhuc in orõne vocali vt ad ꝓpoſituꝫ ſufficit eſt tria ꝯſiderare. ſcꝫ ipſam vocem que eſt q̃dam ſpẽs ſoni. ⁊ ſic eſt qualitas. Et eſt ſecũdo ibi ꝯſiderare ipſam actõem qua formaꝛ ipſa vox. ⁊ talis actio ex ꝑte agentis eſt in genere actõis. vt actio đ ab ago is ere. Et ex parte patientis eſt in genere paſſionis. vt đ ab agoꝛ eris. Et ex parte motus qui eſt fundamentũ vtriuſq̃. ſcꝫ actõis ⁊ paſſiõis ſic etiã eſt in genere qualitatis reductiue in quo genere eſt ipſa vox. Et etiã eſt ibi alius motus qui localis đ qui eſt reductiue in genere vbi. Eſt tercio ibi ꝯſiderare mẽſurã ipſius formatõis partiũ vocis. que q̃dem menſura p̄t dici tempus diſcretũ ſeu moꝛa diſcreta qꝛ talis formatio diſcreta eſt aggregatio oꝛdinata partiũ hmõi tp̄is diſcreti. ⁊ eſt illud qꝺ formaꝛ đ oꝛatio. que eſt ſpẽs orõnis q̃titatꝭ diſcrete. ideo đ Albertus ꝙ orõ vt eſt q̃titas diſcreta eſt quedã forma adherens diſcretis partibꝫ vocis ſibi inuicẽ in ꝓlatione diſcreta ſuccedentibꝫ. Et hoc eſt qꝺ intendit phꝯs cũ đ. Dico aũt orõnem cũ voce ꝓlatam. Si ꝟo accipiaꝛ ꝓut eſt ad placitum inſtituta ad rep̄ſentandũ mentalem orõnem que eſt ꝯceptus intellectus ꝯplexi. hoc mõ nõ reponeretur in p̄dicamento. ſed haberet rõnem ſecũde intentõis  Ad vltimã ꝯcediꝛ ꝙ longũ ⁊ breue de cõtinuo ꝓp̄rie dicũtur. tñ etiaꝫ trãſſumptiue dicũtur de diſcreto ꝓ quãto diſcretum cauſaꝛ ex diuiſione ꝯtinui. in qua diuiſione alique ꝑtes q̃uis ſint indiuiſe. tñ poſſunt aliꝗs breuiores eſſe aut longiores

Linea vero ꝯtinuoꝝ eſt. poteſt eñ ſumere terminũ ꝯmunẽ ad quem particule copulentur. id eſt pũctum ⁊ ſupficiei lineam. plani nãq̃ particule ad quẽdam ꝯmunem terminũ copulantur. Similiter aũt ⁊ in corpoꝛe poteris ſumere ꝯmunem terminũ ſupficiem aliquaꝫ que coꝛpoꝛis particulas copulet: Eſt aũt talium ⁊ tempus et locus. p̄ſens eñ tempus copulatur ad p̄teritum et futurũ. Rurſus locus ꝯtinuoꝛũ eſt. locum eñ quẽdam coꝛpoꝛis particule obtinent. que particule ad quẽdaꝫ ꝯmunẽ terminuꝫ copulantur. ergo et loci particule que obtinent ſingulas coꝛpoꝛis particulas ad eũdem terminũ copulanꝛ ad quẽ ⁊ coꝛpoꝛis particule. quapropter ꝯtinuus erit et locus. ad vnũ eñ ꝯmunem terminũ eius particule copulanꝛ.

Queritur Utrum linea: ſupficies. et coꝛpꝰ ſint ſpẽs q̃titatis ꝯtinue ab inuicem diſtincte ¶ Arguiꝛ p̄mo ꝙ linea nõ ſit ſpẽs. qꝛ om̃is ſpẽs finita eſt. ſed linea eſt infinita ꝺm longũ. ergo nõ eſt ſpẽs. Pꝛobatur autoꝛitate Euclidis dicẽtis. ꝙ licet lineam ꝓtrahere in infinitũ in cõtinuũ ⁊ directũ. Et rõ huius eſt. qꝛ fluxus pũcti qꝺ facit lineam nõ habet terminũ determinatũ in quo nec̃ario ſtet. ¶ Secũdo ſic. linea nõ poteſt eſſe menſura coꝛpoꝛalis. ergo nõ eſt q̃titas. Añcedens pꝫ. qꝛ ſubã coꝛpoꝛalis longo lato. ⁊ ꝓfundo menſuratur. mõ linea eſt longitudo tantũ Jtem longitudo non repeꝛiꝛ ſine latitudine ⁊ ꝓfunditate ergo linea nõ eſt ſpẽs q̃titatis diſtincta. ¶ Tercio ſic. ꝙ ſit q̃titas diſcreta. qꝛ ſubã linee eſt ex pũctis. vt hꝫ phꝯs primo poſterioꝝ. ſed pũcta ad inuiceꝫ copulari nõ poſſunt in linea. ergo opoꝛꝫ ꝙ maneant ſeparata ⁊ diſcreta ab inuicem. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs linea eſt diſcreta q̃titas. Et cõfirmaꝛ rõ. qꝛ numerus bene ꝯponiꝛ ex indiſibilibꝫ ab inuicẽ diſcretis ⁊ ſeparatis. ergo a ſimili videꝛ ꝙ linea poſſet ꝯponi ex pũctis diſcretis ⁊ ſeparatis ab inuicem ¶ Ultimo ſic. ꝙ linea ſupficies ⁊ coꝛpꝰ nõ ſunt ſpẽs ꝯtinue q̃titatis diſtincte. qꝛ linea eſt materiale ſupficiei. ⁊ ſupficies coꝛpoꝛis. Nã linea p̄oduciꝛ ex pũctis. ⁊ coꝛpus ex ſupficiebꝫ. vt ꝯmuniter đ  Jn oppoſitũ eſt phꝯs

¶ Sciendum pꝛimo. Qꝙ philoſophus inter ſpẽs q̃titatis ꝯtinue p̄ꝯs determinat de linea. ſupficie. et coꝛpoꝛe q̃ de loco ⁊ tp̄e duplici de cauſa. Pꝛima eſt. qꝛ linea. ſupficies. ⁊ coꝛpus intra ſe habent ꝯtinuitatis cãm. vt linea habet pũctum copulans ꝑtes eius ad inuicẽ. ⁊ ſuperficies lineam. ⁊ coꝛpus ſupficiem. Locus vero ⁊ tẽpus extra ſe habent ſue ꝯtinuitatis p̄ncipiũ. Locus eñ hꝫ centrũ coꝛpoꝛis locati ꝓ p̄ncipio ſue ꝯtinuatõis. qꝺ nõ eſt intra ꝯtinuitatẽ loci. Et tempus capit ꝯtinuitatẽ ſuaꝫ a motu. ⁊ motus a mobili ⁊ magnitudine ſuꝑ quã fit motus. Alia cã oꝛtum hꝫ ex iſta. qꝛ linea. ſupficies. ⁊ coꝛpus ſunt menſure intrinſece ſuis menſuratis. Locus ꝟo ⁊ tẽpus ſunt menſure extrinſece His etiã de cauſis phꝯs enumerat ſpẽs q̃titatis ꝯtinue cũ quadã interruptõe. qꝛ enumeratis tribꝫ p̄mis dicit. Amplius aũt preter hec locꝰ ⁊ tp̄s

Sciendũ ſecũdo. ꝙ linea nõ eſt infinita ꝺm actũ. ſed bene ꝺm potentiã ex hoc ꝙ in ꝯtinuo mathematice accepto nõ eſt dabilis terminus in quo ſtet ꝓtractio ipſius. ideo đ Eucli. ꝙ licet lineam ꝓtrahere in infinituꝫ in ꝯtinuũ ⁊ directũ. Tale aũt infinitũ qꝺ ſolũ potentia eſt infinitũ neq̃ natura abhoꝛret neq̃ intellectꝰ refugit. ⁊ ob hoc ſuꝑ tale p̄t fundari intentio ſpẽi

Sciendum eſt tercio. ꝙ linea eſt pꝛima mẽſura. qꝛ menſurat in longũ ⁊ nõ in latũ neq̃ in ꝓfundum. Qꝫ ꝟo ſit p̄ma menſura oſtendit Auicẽna. qꝛ om̃e coꝛpꝰ menſuraꝛ tribꝫ dyametris. dyametri aũt linea ſunt. ergo totum coꝛpus menſuraꝛ lineis ⁊ incrementũ oĩs coꝛpoꝛis ẽ ꝺm extenſionẽ triuꝫ dyametroꝝ. Supficies ꝟo menſurat coꝛpus ꝺm extenſioneꝫ coꝛpoꝛis que eſt inter dyametros menſurans in longũ ⁊ latũ Et coꝛpoꝛea q̃titas mẽſurat coꝛpoꝛeã ſubãm ꝺm oẽm eius dimenſionẽ ſiue extenſionẽ Et ſic pꝫ ꝙ linea eſt p̄ma menſura ſubſtãtie coꝛpoꝛee. nec valet argumentũ aliquoꝝ dicentiuꝫ ꝙ linea ꝺm eſſe a ꝑte rei nõ eſt ſeparata a ſupficie. nec ſupficies a coꝛpoꝛe. ergo nõ ſunt ſpẽs ab inuicẽ diſtincte Cõſequẽtia eñ nõ valet. qꝛ q̄ ſunt ꝯiũcta ꝺm eſſe ſeparari pñt ꝺm intellectũ. dũmõ vnũ nõ eſt de intellectu alterius. ſicut ſecũdũ nõ eſt de intellectu p̄mi. neq̃ tertiũ de intellectu ſecũdi. mõ ita eſt in ꝓpoſito de linea reſpectu ſupficiei. ⁊ de ſupficie reſpectu coꝛꝑis

Sciendum eſt quarto. ꝙ in linea mathematice accepta ⁊ ꝯſtituta eſt aliq̃d accipe qꝺ ſe hꝫ ad moduꝫ materie. ⁊ aliquid qꝺ ſe hꝫ ꝑ modum foꝛme. Pũctus eñ fluens in ꝯtinuũ ⁊ directũ eſt materiale p̄ncipiũ linee. qꝛ ẽ tota ſubã eius. Et foꝛmale p̄ncipiũ linee eſt ꝯtinuitas circa fluxũ. Nec eſt intelligendũ ꝓpter hoc ꝙ linea verã materiã habeat ex qua fiat. qꝛ eſt foꝛma accidentalis ſimplex. ſed in ꝯſtitutione mathematica ipſius hꝫ aliq̃d qꝺ habet modũ materie. ⁊ aliq̃d qꝺ hꝫ modũ foꝛme. Et ſi obĳciaꝛ pũctus nõ p̄t dici materia linee. qꝛ pũctus copulat ꝑtes



linee ⁊ terminat ⁊ diſtinguit. ſed hec ſunt actus foꝛme. ergo pũctus eſt foꝛma Dõm eſt ꝙ pũctus p̄t ꝯſiderari dupl̓r Uno mõ ꝓut ex fluxu intellectuali ipſius in ꝯtinuũ cauſaꝛ linea. ⁊ iſto mõ đ materia linee. Alio mõ p̄t cõſiderari vt eſt terminus vnius partis linee ꝑ modũ finis. ⁊ alterꝰ ꝑ modũ p̄ncipĳ copulans ⁊ vniens illas partes ad inuicem. Et iſto mõ ab ipſo pũcto linea foꝛmalem rõnem cõtinuitatis accipit ⁊ non ab ipſo ꝺm ꝙ eſt illud qꝺ ꝓtendiꝛ in ꝯtinuũ ꝺm quẽ modũ đ ſubã ſeu materia linee

Sciendum quinto. ꝙ quẽadmoduꝫ dictũ eſt de puncto in oꝛdine ad lineam. ſic pariformiter dicendum eſt de linea in oꝛdine ad ſupficiem. ⁊ de ſuperficie in oꝛdine ad coꝛpus.

Concluſio. Linea ſupficies ⁊ coꝛpꝰ ſunt ſpecies quantitatis continue ab inuicem diſtincte. Qꝫ enim ſint q̃titates patꝫ qꝛ cuilibet ꝑ ſe conuenit rõ menſure et etiã eſſe diuiſibile. ergo ſunt q̃titates. Qꝫ vero ſint cõtinue pꝫ. qꝛ ꝑtes linee copulanꝛ ad aliquẽ terminũ ꝯmunem ſcꝫ pũctum ⁊ ꝑtes ſupficiei ad lineã. ⁊ ꝑtes coꝛꝑis ad ſupficiem. Qꝫ vero ſint diſtincte patꝫ. qꝛ habent rõnes diuerſas menſurandi ⁊ diſtinctas. eo ꝙ linea eſt menſura ſubẽ in lõgum. ⁊ ſupficies in longũ ⁊ latum. ⁊ coꝛpus in longũ latum ⁊ pꝛofundũ ſiue altum.

Dubitatur. An linea poſſet realiter ex punctis ꝯponi tanq̃ ex ꝑtibꝫ integralibꝫ. Rñdetur ꝙ nõ. quia opoꝛteret ꝙ pũcta in linea ſe tangerent. qꝺ eſt impoſſibile vt demõſtraꝛ ſexto phyſicoꝝ

¶ Dubitatur. Quare linea nõ p̄t cõponi ex pũctis indiuiſibilibꝫ. ſicut numerus bene ꝯponiꝛ ex vnitatibꝫ indiuiſibilibꝫ tanq̃ ex partibꝫ integralibꝫ. Diciꝛ ꝙ rõ eſt. qꝛ numerus eſt diſcreta q̃titas. ideo nõ opꝫ indiuiſibilia ex q̃bꝫ fit numerus ſe tangere ſeu copulata eſſe. imo debent manere diſtincta ab inuicẽ ⁊ diſcreta. Linea vero eſt q̃titas ꝯtinua. ideo opoꝛꝫ illa ex quibꝫ ꝯponiꝛ eſſe copulata ad inuicẽ. modo impoſſibile eſt pũctũ pũcto copulari. vt ſexto phyſicoꝝ oſtendiꝛ. Et ꝯformiter dõm eſt de linea in oꝛdine ad ſupficiem. ⁊ de ſupficie in oꝛdine ad coꝛpus. Eſt tñ aduertendũ ꝙ q̃uis linea nõ ꝯponaꝛ ex pũctis neq̃ in pũcta diuidaꝛ. nõ p̄t tamẽ fieri diuiſio linee niſi ꝑ pũctum. ⁊ qꝛ vbiq̃ eſt diuiſibilis linea. ideo opꝫ ꝙ vbiq̃ in linea ꝺm intellectũ poſſit ymaginari pũctus. Et ſil̓r dõm eſt ꝙ vbiq̃ in ſuperficie poteſt accipi linea ⁊ vbiq̃ in coꝛpoꝛe ſuperficies

Dubitaꝛ. quare ſupficies vocatur plana ſeu planicies. Cauſa eſt. qꝛ fluxus linee ad latus ex quo intelligiꝛ fieri ſupficies fit in planũ nulla ſcꝫ ꝑtium eius ſuꝑ alteram eminente. modo planũ diciꝛ cuius vna pars alteri non ſupereminet

Dubitatur. An linea ſuperficies ⁊ coꝛpus poſſint in eodẽ inueniri. Uideꝛ ꝙ nõ. qꝛ ſi linea ineſt alicui tũc ineſt longitudo ſine latitudine ⁊ ꝓfunditate. ergo cũ ſupficies ſit latitudo ⁊ coꝛpus ꝓfunditas. videꝛ ꝙ ſimul cum linea nõ poſſint eſſe. Et eadem rõne cũ ſupficies ſit latitudo ſine ꝓfunditate videꝛ ꝙ nõ poſſit ſimul eſſe cũ coꝛꝑe ¶ Ad dubiũ đ ꝙ illa tria a ꝑte rei ꝺm eſſe nũquam pñt eſſe ſeparata. Et ad argumentũ negeꝛ ꝯña. qꝛ affirmationes ⁊ negatões poſite in definitõibꝫ iſtarũ dimenſionum nõ oppoñũtur. eo ꝙ nõ referũtur ad idẽ ⁊ ꝺm idem.

Dubitatur: quare eſt ꝙ longitudo nõ eſt ſine longitudine. neq̃ ꝓfunditas ſine latitudine. ſed ecõtra ꝺm intellectũ longitudo eſt ſine latitudine. ⁊ latitudo ſine ꝓfunditate. Dõm eſt ꝙ cã huiꝰ dicta eſt in fine tercĳ notabilis. in fine coꝛpoꝛis huius queſtionis.

Dubitatur. quare non eſt quarta dimenſio Rõ mathematicalis eſt. qꝛ impoſſibile eſt plures lineas q̃ tres in vno puncto ſe interſecare ad angulos rectos in diuerſas ꝑtes ꝓtractas. Alia rõ p̄ot aſſignari naturalis. qꝛ nõ pñt eſſe plures dr̃ne poſitionũ q̃ ſex. ſcꝫ ſurſum deoꝛſum. dextrũ ſiniſtrũ. ante ⁊ retro. inter quas nõ pñt eſſe niſi tres dimenſiones. qꝛ ſurſum ⁊ deoꝛſum ſunt extrema longitudinis. dextrũ ⁊ ſiniſtrũ latitudinis. ante ⁊ retro ꝓfunditatis. Cũ ergo oĩs motus ſeu fluxus intelligaꝛ fieri ad aliquã dr̃naꝫ poſitiõis. ⁊ oĩs dimẽſio cauſeꝛ ex fluxu intellectuali alicuius indiuiſibilis. ſequiꝛ ꝙ ex tali fluxu non poſſunt cauſari niſi tres dimenſiones.

Dubitatur vtrũ quãtitas inſit materie vel toti ꝯpoſito. rõne tñ materie magis q̃ rõne foꝛme. Rñdeꝛ ꝙ ſic. qꝛ aptitudo ad trinã dimenſionẽ fundaꝛ in ipſa materia ꝓ quanto ipſa eſt potentia diuiſibilis. ſed determinatio q̃titatis ad certam menſurã ⁊ etiã ad certã figurã etꝰ et ad certũ ſitum ſeu poſitõem partiũ in toto ineſt toti cõpoſito ratõe foꝛme

¶ Dubitaꝛ q̃uo poteſt fieri ꝙ linea ſit p̄ncipiũ materiale ſupficiei. ⁊ ſupficies coꝛꝑis. ⁊ ꝙ tñ ſint ſpẽs diſtincte. Rñdetur ꝙ hoc ſic fieri p̄t. qꝛ linea p̄t dupl̓r cõſiderari. Uno mõ ꝓut eſt in potentia ad fluxũ ꝯtinuũ in latũ. ⁊ hoc mõ eſt materiale p̄ncipiũ ſpẽi. Alio mõ p̄t ꝯſiderari linea in ſe abſolute. ſcꝫ ꝓut eſt menſura rei ꝺm lõgũ cauſata ex fluxu intellectuali pũcti in ꝯtinuũ. ⁊ iſto mõ eſt ſpẽs diſtincta a ſupficie. Et ſil̓r diceꝛ de ſupficie in oꝛdine ad coꝛpus. coꝛpꝰ ꝟo nõ eſt in potentia ad fluxũ in aliud qꝛ eſt ꝑfecta dimẽſio  Rõnes añ oppoſitũ ſolute ſunt

Amplius alia q̃dem ꝯſtant ex partibꝫ que intẽis ſunt poſitõem ad ſe inuicẽ hñtibꝫ. Alia aũt ex nõ hñtibꝫ põnem. vt linee q̃deꝫ particule poſitionẽ ad ſe inuicẽ habẽt. ſingulũ nãq̃ eoꝛum ſitum eſt alicubi. ⁊ habes vnde ſumas ⁊ aſſignes vnũquodq̃ vbi ſitũ eſt in plano. ⁊ ad quaꝫ particulã cetere copulenꝛ. Sil̓r aũt ⁊ ꝑticule plani põnem quãdam habẽt. Sil̓r nanq̃ oſtẽdiꝛ vnũqꝺq̃ vbi iacet ⁊ q̄ copulanꝛ ad ſe inuicẽ Sꝫ ⁊ ſoliditatis quoq̃ ſil̓r ⁊ loci Jn numero aũt nõ poterit quiſq̃ ꝑſpicere tanq̃ eius particule põnem aliquã ad ſe inuicẽ habeãt vt ſint ſite alicubi. aut aliquę particule ad ſe inuicem ꝯnectantur. ſed neq̃ ea que tp̄is ſunt. nihil eñ ꝑmanẽt ꝑticule tp̄is. qꝺ aũt nõ eſt ꝑmanẽs q̃uo poſitõnem aliquã habebit. ſed magis oꝛdinem quẽdam particularũ dices habere. vt aliud q̃dẽ p̄us ſit tẽpus. aliud vero poſteriꝰ. Sꝫ et de numero ſil̓r. eo ꝙ p̄us numereꝛ vnꝰ q̃ duo ⁊ duo q̃ tres. ⁊ ita oꝛdinẽ quẽdã habebũt põnem vero non multũ ꝑcipies. Sed ⁊ oꝛatio



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſiliter. nihil em̄ ꝑmanēt eius particule. ſed dēm̄ eſt ⁊ nō poteſt amplius hoc ſumi. quapropter nō erit poſitio particularū eius ſi q̄dez nihil ꝑmanēt. Alia itaqꝫ ↄſtāt ex particulis que in eis ſunt pōnem ad ſe inuicē habētib. alia aūt ex nō habētib pōnem. Proprie ꝟo q̄titates ſunt he ſole quas diximus. alia vero oīa ſm accidens. Ad hec em̄ aſpiciētes ⁊ alias dicim⁹ quātitates. vt multū dr̄ album. eo ꝙ ſupficies multa ſit ⁊ actio longa. eo ꝙ tēpus ⁊ longū ⁊ multū ſit ⁊ motus multus. Neqꝫ em̄ hoꝝ ſingulū per ſe quātitas dr̄. vt ſi q̄s aſſignet quanta ſit actio tp̄e definiet aiam: Vel ſic aliquo mō aſſignās et albū quātum ſit aſſignās ſupficie definiet. q̄ta em̄ fuerit ſupficies tātum eſſe albū dicis. q̄re ſole ꝓprie ⁊ ſm ſe quātitates dicūtur que dicta ſunt. alioꝝ vero nihil ꝑ ſe. ſꝫ forte ꝑ accn̄s

Querit. Utrum tēpus ſit ſpēs q̄titatis cōtinue. ¶ Arguit ꝑmo ꝙ nō. qꝛ tēpus nō eſt. ergo non eſt ſpēs q̄titatis ↄtinue. Añs pꝫ. qꝛ illud non eſt cuius ꝑtes nō ſunt. ſed ꝑtes tp̄is nō ſunt. p̄teritū em̄ nō eſt. qꝛ p̄terijt et abijt in nō eſſe. futurū aūt nōdum eſt. ⁊ ſic partes tp̄is nō ſunt. Si dicat ꝙ p̄ns eſt pars tp̄is in qua tēpus hꝫ eſſe Contra hoc arguit. qꝛ ꝑtes que ſunt p̄teritū ⁊ futurū copulant ad inuicē ꝑ p̄ſens qḋ eſt indiuiſibile. ⁊ ꝑ ↄſequens nō eſt pars tp̄is. Secūdo ſic. tēpus eſt q̄titas ꝑ accn̄s. ergo nō eſt ſpēs q̄titatis. Cōſequētia pꝫ. qꝛ genus dr̄ ꝑ ſe de ſpē. Añs pꝫ. ꝑmo autoritate ph̄i q̄nto metaph̄. hoc dicentis. Secūdo ꝓbat. qꝛ ſuā ↄtinuitatē accipit a motu. et motus a mobili ⁊ magnitudine exiſtente inter duos terminos motus. vt habet quarto phyſicoꝝ. g̃ tēpus ↄtinuum eſt ⁊ q̄tum ꝑ accn̄s. Tercio ſic. tp̄s eſt numer⁹ motus. g̃ eſt q̄titas diſcreta ⁊ nō ↄtinua. Añs eſt ph̄i in q̄rto phyſicoꝝ. g̃. In oppoſitū eſt ph̄s in textu.

¶ Sciendum primo. Qꝫ ſicut in alijs continuis ſicut p̄us dictū eſt. fluxus alicui⁹ ↄtinui eſt ab aliq̄ vno indiuiſibili ſm aliquē modū. ita etiā illud in tp̄e reperit. Et vt videat ꝙ ſit illud indiuiſibile ex cuius fluxu cauſatur tempus

¶ Sciendum ſecūdo Qꝫ ſi nō eſſet motus nō eſſet tp̄s. ideo nihil ꝑcipientes de motu vt ſunt dormientes nihil ꝑcipiūt de tp̄e. Et ita ſeq̄tur ꝙ extenſio ſiue cōtinuitas motus eſt cā extenſionis ſeu ↄtinuitatis tp̄is. Uidendū eſt igit que ſit cauſa extenſionis motus vt videat que ſit cā extenſionis ꝑma tp̄is

¶ Sciēdum eſt tercio. ꝙ motus eſt in eo qḋ mouet vt in ſubiecto. illud aūt qḋ mouet eſt idē ſm ſubaꝫ in toto motu. ſed ſm ꝙ mot⁹ eſt actus eius ꝓtenſum eſt ⁊ ꝓcedens de anteriori parte ſpacij in poſteriorem ↄtinue ⁊ nō interrupte. Et qꝛ ꝓtenſio eſt cā q̄titatis. ſeq̄tur ꝙ motus ſm ꝙ ineſt ei qḋ mouet ſic ꝓtenſus ↄtinue de ante in poſt eſt ↄtinuus. ⁊ nō hꝫ motus illā ↄtinuitatē ſm illud qḋ eſt ex ſeipſo. ſed hꝫ eam ex ↄtinuitate mobilis ⁊ ↄtinuitate ſpacij qḋ eſt inter duos terminos motus. Et cū omne q̄tum ⁊ ↄtinuū ſit menſurabile nc̄ce eſt ꝙ motus ſm ꝙ eſt q̄tus ⁊ ↄtinuus habeat menſurā ꝓꝑiam que certificet quantitatem ipſius motus. ⁊ hec menſura dr̄ tēpus

¶ Sciendum eſt quarto. ꝙ in eo qḋ mouet ſm ꝙ mouet tria ſunt ↄſideranda. quoꝝ cuilibet correſpōdet menſura ꝓꝑia. Primo ↄſiderandum eſt indiuiſibilis ſubā eius qḋ mouet que manet eadem in totu motu cui correſpondet menſura que eſt ipm̄ nūc ꝓut mobile ē vnū et idē in toto motu ſm ſubam. licet variet ſm eē. Et ita ipſum nūc vocatur nūc ſm ꝙ ipm̄ mobile eſt vnū ⁊ idez ſm ſubſtantiā. Et vocat inſtans ſm ꝙ variatur ſm eſſe quaſi nō ſtans. ſicut ⁊ illud qḋ mouet nō ſtat ſub eadem diſpoſitōe q̄ꝫ diu mouet. ⁊ manet tamen idem ſm ſubſtantiam. ita etiam diceretur de ipſo nūc. Secūdo ↄſideranda eſt protenſio ↄtinua eius quod mouetur in ſpacium cōtinuū cui correſpondet pro menſura ipſum tempus qḋ quidem ipſius eſt menſura adiacēs huiuſmodi ꝓtenſioni cōtinue eius qḋ mouet in ſpacium ↄtinuū. Tercio ↄſiderāda eſt diuiſio p̄oris partis ſpacij quam iam derelinquit a poſteriori parte in quam ↄtinue ſeparatio tendit. et mēſura adiacens p̄ori parti ſpacij quā iam accepit ⁊ dereliquit mobile vocat in tp̄e p̄us ſiue p̄teritum. menſura ꝟo adiacens ei qḋ abijcitur iam in p̄ſenti ſpacio vocatur p̄ſens. ſꝫ menſura que adiacere expectat poſteriori ꝑti quā accipit mobile in illam ſe protendendo vocat futurum. Sic ergo pꝫ ꝙ oportꝫ eſſe tres menſuras diſtinctas. al's mēſura nō eſſet ꝓportionata menſurato. Patꝫ etiā ꝙ hmōi menſure nō poſſunt eſſe intrinſece formaliter ipſi motui. eo ꝙ illud qḋ eſt formaliter intrinſecū ipſi motui vel eſt vbi fluens ſi ſit motus localis. Uel eſt quale fluens ſi ſit motus alterationis. Qꝫ aūt in motu augmenti ⁊ decrementi illud qḋ eſt formalr̄ intrinſecū ſit q̄tum hoc motui accidit. Et ſic patꝫ ꝙ illud qḋ mouet ſm illa tria que in ipſo ſunt ſm ꝙ mouetur habet menſuras ſibi adiacentes motui extrinſecas ſic ꝙ nō ſunt formaliter motui intrinſece. Ulterius notandū ꝙ illa tria. ſcꝫ p̄ſens p̄teritum ⁊ futurū in tp̄e nō ſunt actu ⁊ ſm eſſe diuiſa. ſed ſunt ad inuicem copulata. Et terminus copulans eſt ipſum nūc qḋ eſt finis vnius et p̄ncipium alterius. qḋ quidez nūc ſubſtātialiter manet idem in toto tēpore ſicut mobile in toto motu. Et ſic nūc eſt illud indiuiſibile ex cuius fluxu cauſat tempus ſicut diceretur de pūcto in ordine ad lineam.

¶ Sciendū quinto ꝙ ſicut vlna iterata eſt numerus reddens quātitatem panni ↄtinui. ita inſtās diſtinguens p̄us ⁊ poſterius in motu iteratuꝫ ſuper partes motus numerat ⁊ certificat quātitatem motus. Ideo dr̄ philoſophus quarto phyſicoꝝ ꝙ tempus eſt numerus motus ſm p̄us ⁊ poſterius Et ita nō eſt incōueniens ꝙ tempus ſm ſuū eſſe ſit ↄtinuū. ⁊ tamen q̄tum ad actū menſurandi habeat modū diſcreti. Et ita dr̄ ↄmuniter numerus. Et ſic exemplificatur de quantitate panni que vlna menſuratur. ſm em̄ ꝙ tempus adiacet protenſioni continue eius quod mouetur ↄtinuū eſt. ſm aūt ꝙ inſtanti copulanti partes temporis diſtinguitur illud quod eſt ante ab eo qḋ eſt poſt dr̄ numerus. Nec ex hoc ſequit ꝙ tēpus ſimplr̄ ſit in duob generib. ſed realiter ⁊ ſubſtātialiter cōtinuū eſt ⁊ ſm modū diſcretū. Et ſic patꝫ ex his qualiter tēpus fluit ab hoc indiuiſibili qḋ eſt nunc. ⁊ ꝙ eſt tota ſubſtantia temporis ſicut pūctus linee ⁊ ſimiliter cōtinuatio partium ei⁹. ¶ Sed dubitatur quare motus nō reponit in genere quātitatis ſicut tempus. Patꝫ reſponſio ꝑ iam dicta. eo ꝙ motus capit ſpeciem a termino ad quē ⁊ in genere reponitur per hmōi terminū. modo termin⁹ motus in trib generib reꝑitur. ⁊ ita motus eſt in tot generib in quot reperiūtur nature ad quas eſt motus Sed tempus eſt ꝑ ſe in genere quantitatis. qꝛ formaliter eſt illa q̄titas ſeu ↄtinuitas motus que ē cauſata a ↄtinuitate mobilis et magnitudinis modo p̄us expreſſo

Concluſio. Tempus eſt ſpēs quātitatis cōtinue. ꝙ ſit quantitas patꝫ. quia ſibi per ſe ↄuenit rō menſure reſpectu motus. Eſt etiam tempus ꝑ ſe diuiſibile in partes eiuſdem rōnis. etiam ſm tempus vnus motus alteri equalis vel inequalis dr̄. ergo tempus eſt quātitas. Qꝫ vero ſit ↄtinuū patꝫ. quia partes temporis copulant ad inuicem per terminū ↄmunem ſcꝫ ꝑ ipſum nūc. quod idē exiſtens eſt finis p̄cedentis partis ⁊ p̄ncipiuꝫ ſequētis

¶ Ad rōnes añ oppoſitū. Ad primam dicit ꝙ tempus non eſt ſm eſſe permanēs. ſed ſm eſſe ſucceſſiuū. et ita etiam partes temporis ſunt nō quidem in eſſe ꝑmanenti. ſed in eſſe ſucceſſiuo. ⁊ hoc ſufficit ad eſſe rei nature ſucceſſiue cuius eſſe in fieri ↄſiſtit ⁊ ſemper permixtum eſt potentie. Et cum querebat vtrū preſens ſit pars temporis. Dicit ꝙ p̄ſens duplr̄ accipitur. Uno modo vulgariter. ⁊ ſic eſt pars temporis. Alio mō accipitur preſens ꝓ ipſo nūc indiuiſibili. ⁊ hoc modo nō eſt tempus. nec ꝑs tēporis. ſed eſt aliquid ipſius temporis. vt p̄ncipiuꝫ ⁊ finis copulans partes eius. ¶ Ad ſecūdam dr̄ ꝙ tempus dr̄ quantitas ꝑ accidens. id eſt per alterū. non q̄dem formaliter ſed effectiue ⁊ materialiter. qꝛ illa quātitas que eſt formaliter tempus effectiue ⁊ materialiter cauſatur a ↄtinuitate mobilis ⁊ magnitudinis ſuper quam fit motus. ſed eſt quantitas per ſe ⁊ formaliter. Sic aūt nō eſt de motu quia motus formaliter vel eſt qualitas vbi vel q̄titas

¶ Ad terciam dr̄ ꝙ tempus non eſt numerus ſimpliciter. ſed eſt numerus motus. licꝫ em̄ ſm modum menſurādi ſit diſcretū non tamen ſm eſſe.

Queritur Utrum locus ſit ſpēs quātitatis ↄtinue. ¶ Arguitur p̄mo ꝙ non. qꝛ ph̄us in quinto metaphyſice non enumerat locum inter ſpēs quantitatis cōtinue. ergo locus nō eſt q̄titas cōtinua. Aut ph̄us eſt ibi diminutus. ¶ Secūdo ſic. locus relatiue dr̄ ad locatuꝫ. ergo eſt relatio ⁊ nō quantitas. ¶ Tercio ſic. locus eſt generatiuus ⁊ conſeruatiuus locati. ergo locus eſt qualitas et nō quantitas. Conſequentia tenet. qꝛ natura quātitatis nō ē actiua neqꝫ paſſiua. ſed ꝓꝑiū eſt q̄litati agere vl' pati In oppoſitū eſt ph̄us in textu

Sciendum primo. ꝙ locus q̄tum ad illud quod eſt. eſt ſupficies ↄcaua corporis cōtinentis. ⁊ ob hoc metaphyſicus quātitatem cōſiderans vt eſt pars entis nō ponit locū eſſe q̄titatem diſtinctam a ſupficie. Sꝫ qꝛ logicus quātitatem ↄſiderat ſub rōne menſure. et qꝛ illi ſuperficiei ↄcaue duplex rō menſure ↄuenit prout ad diuerſa ↄparatur. ſcꝫ ad corpus ↄtinēs cuius ſuperficies et mēſura ē intrinſeca. ⁊ ad corp⁹ ↄtentū infra ipſuꝫ cui⁹ eſt menſura extrinſeca ⁊ dr̄ locus eius. Ideo logic⁹ ponit locum ſpēm q̄titatis diſtinctam a ſupficie

Sciendum eſt ſecūdo. ꝙ locus duob modis poteſt ↄſiderari Uno modo mathematice. ⁊ hoc mō locus eſt quantitas ↄtinens ⁊ menſurans locatuꝫ ſm omnes partes eius. ⁊ hoc modo accipit logicus locum. Alio modo poteſt ↄſiderari phyſice ⁊ in rōne termini a quo et ad quem eſt motus localis quod cōuenit ipſi loco ꝓ q̄to eſt in eo aliqua virtus diffuſa ab ipſo celo per quam generat ⁊ ↄſeruat ipſuꝫ locatum. ⁊ hoc mō locus bene eſt qualitas. Uerū eſt tamen ꝙ hoc nomen locus de p̄maria ei⁹ ſignificatione non ſignificat illam virtutem neqꝫ ordinem determinatū ſiue diſtantiam ad determinatam parteꝫ celi. ſed ſcat ſupficiem ↄcauā corporis ↄtinētis ſtantis ſub tali ordine ⁊ tali virtute.

Sciendum eſt tercio. vt habet textus corporis locati particule locū obtinent. id eſt poſſident ſeu replent. qꝛ locus eſt diſtantia in qua diſtendit tota corporis locati quantitas. ita ꝙ nihil corporis locati ſit extra diſtanciam loci. neqꝫ etiā econtra aliquid diſtantie loci ſit nō repletum aliqua parte corporis. Et hoc eſt quod dr̄ in phyſicis. ꝙ locus ꝓꝑius eſt equalis locato. Et iſta equalitas manifeſtatur. qꝛ dyametri diſtātie corporis locati ſunt eq̄les dyametris diſtantie loci. immo ſm eſſe eedē ſunt. differentes ſolum ꝑ ſue protractōis diuerſa p̄ncipia ⁊ ſm rōnem ⁊ actum menſurandi. qꝛ dyametri diſtantie loci ſue protractionis p̄ncipiū habent ſupficiem ↄcauaꝫ corporis ↄtinentis. que eſt extrinſeca locato. Sunt etiā hmōi dyametri loci menſure menſurantes in longum. latum. ⁊ profundum. ſed dyametri diſtantie locati ſue protractionis principium habent ſupficiem ↄuexam ipſius locati que intrinſeca eſt ſibi. ⁊ hmōi dyametri ſunt menſurate ⁊ ↄtente et ſi mēſurāt nō mēſurāt diſtātiā loci. ſed q̄titatē corꝑis locati. nō vt locatum eſt. ſed ſm ꝙ ipſum eſt quoddā corpus quantum. Et quia ſuperficies ↄcaua corporis continentis eſt indiuiſibilis ſm ꝓfundum ⁊ immediata ſupficiei ↄuexe locati. ideo dyametri diſtantie loci non poſſunt excedere dyametros diſtantie locati niſi in indiuiſibili. modo indiuiſibilis exceſſus nō eſt exceſſus. Sic ergo ſequit ꝙ locus eſt equalis locato. Ex quo ſequitur vlteri⁹ ꝙ diſtantia loci eſt equalis diſtantie locati. ⁊ ideo dyametri diſtantie loci ad vnū ⁊ eūdem terminuꝫ copulantur. qui terminus eſt centrum corporis locati. Aduertendū eſt tamen ꝙ illud centrum eſt intrinſecum locato ⁊ extrinſecuꝫ loco. accipiendo locum dūtaxat pro principio protractōis dyametrorum diſtantie loci. Sed ſi per locum intelligatur non ſolum ipſa ſuperficies ↄcaua. ſed ipſa tota diſtantia. tūc intelligitur locus vt quantitas habens tres dimēſiones. et ſm hoc talis terminus eſſet quodāmodo intrinſecus particulis corporis locati. ⁊ iſto mō accipit ipſe logicus hic locum.

Cōcluſio Locus eſt ſpēs quātitatis continue. Qꝫ ſit quātitas patꝫ. qꝛ omēs ꝓprietates quātitatis loco ↄueniūt. eſt em̄ menſura locati. ⁊ eſt diuiſibilis in ea q̄ per ſe inſunt. ⁊ eſt equalis locato. ergo ⁊c̄. Qꝫ ſit cōtinua probat ph̄s. qꝛ particule corporis que locum replent ad quēdam terminū ↄmunem copulantur. ergo etiam particule loci que hmōi particulas corporis ↄtinent ad eūdeꝫ terminū ↄmunem copulant. qꝛ vt dictum eſt ille particule equales ſunt

Dubitatur vtrū linea ſuperficies corpus ⁊ locus habeant poſitionem in ſuis partib. ⁊ non numer⁹ neqꝫ oratio. neqꝫ tempus. ¶ Arguitur p̄mo ꝙ non de ſupficie. qꝛ poſitio non eſt niſi locum habentium. locum auteꝫ nō habent linea ⁊ ſuperficies. qꝛ ſoli corpori datur locus. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo arguit de loco. quia loci non eſt locus al's iretur in infinitum. ergo locus non habet poſitōem in ſuis partib. ¶ Tercio arguit ꝙ numerus habeat poſitio-





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nem. qꝛ numerus hꝫ ordinē ⁊ ſitum in ſuis ꝑtib⁹. ergo et poſitōem. In oppoſitū eſt phs in textu. Pro dubio.

¶ Sciendū ꝙ ad poſitōem partiū in toto vt ꝓus dictū eſt tria reqͥruntur. ſcꝫ ordo ſitus ⁊ ꝑmanētia. poſitio eñ in ſua rōne ordinem dr. dicit etiā ſitum partiū ordinatarū. ⁊ ob hoc etiā iportat ꝑmanentiā. qꝛ qꝺ ſituꝫ eſt oportꝫ eſſe fixū ⁊ immobile. Ex hoc poſſet inferri ꝙ poſitio importat collectōem ⁊ ꝯnexionē vnius partis cū alia. Ex his ꝯditionibus pꝫ reſponſio ad queſitū. ꝙ linea. ſuꝑficies. corpus. ⁊ locus ꝯſtāt ex partib⁹ pōnem habentib⁹ in toto. Patꝫ. qꝛ ille ꝯditōes ꝯpetūt partib⁹ omniū iſtoꝝ. Patꝫ etiā ex ꝯditōib⁹ eiſdē ꝙ numerus oratio ⁊ tempus nō hñt pōnem in ſuis ꝑtib⁹. Et ne videat̃ tempus habere pōnem in ſuis partib⁹ ꝓpter h̄ ꝙ ꝑ ipm̄ nūc copulant̃ partes eius. ideo dr ꝙ ipm̄ nūc nō eſt tempus nec pars tꝑis. nec ꝑmanet. q̄uis accipiatur in p̄ſenti. ⁊ in hoc videt̃ magis habere de ꝑmanētia q̄ʒ orō. eo ꝙ in orōne non eſt aliqͩ accipe copulans ꝑtes eius. ideo dr textus de ꝑtib⁹ orōnis loquēs ꝙ qꝺlibet qꝺ ſemel dictū eſt ampli⁹ reſumi nō p̄t.

¶ Ad rōnes dubij: Ad ꝓmam cū arguit̃ de linea ⁊ ſuꝑficie dōm eſt ꝙ aliqͩ dr habere locuꝫ dupliciter. Uno mō qꝛ ꝼm oēs dimenſiones a loco ꝯtinet̃ ⁊ ꝯp̄hēditur. ⁊ iſto mō ſolū corpus habet locū. Alio mō aliqͩ dr habere locū. qꝛ habet ꝓncipiū mediū ⁊ vltimū inter aliqua vel aliq̄s loci dimenſiones. ⁊ iſto mō linea ⁊ ſuꝑficies habent locū. Ad vltimā dr ꝙ ad pōnem partiū ad inuicē in aliquo toto vt ibi ſumit̃ poſitio nō reqͥritur ꝙ tale totuꝫ habeat locū ꝯtinentē. qꝛ poſitio vt ibi ſumit̃ ſolū dr ſitum. ꝑmanentiā. ⁊ copulatōem partiū in toto. Et ꝑ hoc ſoluitur ſecūda obiectio que fiebat de loco. et ad obiectionem aliā q̄ fiebat de numero iam pꝫ ſolutio.

Dubitatur. Utrū motus ſit ſpēs q̄ʒtitatis ꝯtinue. Videt̃ ꝙ ſic per ph̄m qͥnto metaphy. dicentem ꝙ motus eſt q̄ʒtitas. ⁊ nō eſt diſcreta. ergo ꝯtinua. ¶ Ad dubiū dr ꝙ motus dupl'r ꝯſiderari poteſt. Uno mō ꝼm illud qꝺ eſt ſiue ꝼm ſubām ſuam. ⁊ ſic eſt vel q̄ʒtitas. vel q̄litas. vel vbi. Alio mō poteſt ꝯſiderari motus ꝼm eſſe ſeu durationeꝫ eius. ⁊ iſto modo motus bene eſt quātitas. Et qꝛ logicus ꝯſiderat ad quod gen⁹ vnūquodqꝫ ꝼm ſuam ſubſtantiā reducit̃. ideo nō ponit̃ inter ſpēs q̄ʒtitatis ꝯtinue. ſed reponit̃ inter ea que dicūtur q̄ʒta ꝑ accñs. Ubi eſt aduertendū. ꝙ vt habet textus illa dicūtur q̄ʒta ꝑ accidens quib⁹ q̄ʒtitas nō eſt intrinſeca ꝼm illud qꝺ ſunt. ſed ſolum denominātur q̄ʒta per habitudinē ad ea que ꝑ ſe ⁊ intrinſece ſunt quātitates. ſicut exemplificatur de motu. Cum eñ volumus ſcare q̄ʒtitatem motus ſignificam⁹ per partes tꝑis. ſicut dicimus motū diurnū. Exemplificat etiā ph̄us de actōe quā dr multam vel paucaꝫ ſi tp̄s fuerit multū vel paucū. Siliter q̄ʒtitatē albedinis deſignamus per quātitatē ſuꝑficiei. Ideo dr textus. ꝙ quanta fuerit ſuꝑficies tantū ⁊ albū eſſe dices. Ex quib⁹ ꝯcludit ph̄s ꝙ ſole ⁊ ꝑ ſe q̄ʒtitates dicūtur numerus orō linea ſuperficies corpus tēpus ⁊ locus. alia vero oīa ꝑ accidens quanta dicuntur.

¶ Ad rōnes ante oppoſituꝫ. ꝓma et tercia ſolute ſunt. ¶ Ad ſecūdā dr ꝙ locus bñ dr relatiuū ꝼm dici. ſꝫ nō ꝼm eē. Autoritas aūt p⁹ oppoſitū eſt ꝓ dictis allegata.

Amplius quātitati nihil eſt ꝯtrariū. in diffinitis eñ manifeſtū eſt q̄m nihil eſt ꝯtrariuꝫ. vt bicubito vl' tricubito. vl' ſuꝑficiei vl' alicui taliū nihil eſt ꝯtrarium. Niſi multa paucis dicat qͥs eſſe ꝯtraria. vel magnū paruo. horūꝫ autem nihil eſt q̄ʒtitas. ſed magis ad aliqͩ ſunt. nihil eñ ꝑ ſeipm̄ magnū dr vel paruū. ſed ad aliqͩ refert̃. Nā mons qͥdem paruus dr. miliū ꝟo magnū. eo ꝙ hoc qͥdē ſui generis maius ſit. illud vero ſui generis minus. ergo ad aliqͩ eſt oruꝫ relatio. Nā ſi ꝑ ſe ipm̄ magnuꝫ vel ꝑuū diceret̃ nunq̄ʒ mons qͥdam aliquādo paruus miliū vero magnū diceret̃. Ruſus in vico qͥdeꝫ plures hoīes eē dicimus: in ciuitate vero paucos. cuꝫ ſint eorū multiplices ⁊ i domo qͥdē multos. in theatro vero paucos. cum ſint plures. Ampli⁹ bicubitū vel tribitū ⁊ vnūquodqꝫ taliū q̄ʒtitatem ſcat. magnū vero vel paruū nō ſcat quantitatem. ſed magis ad aliqͩ. q̄m ad aliud ſpectat magnū vel paruū. quare manifeſtuꝫ eſt q̄m hec ad aliqͩ ſunt. Amplius ſiue aliq̄s has q̄ʒtitates ſine nō ponat. nihil eis erit ꝯtrariuꝫ. qꝺ eñ nō p̄t ſumi ꝑ ſeipm̄ ſed ad ſolam alterius relatōem refertur. quomodo huic aliqͩ erit ꝯtrarium. Amplius ſi erūt magnū ⁊ paruū ꝯtraria ꝯtingit idem ipſum ſimul recipere ꝯtraria. ⁊ ea ipſa ſibimet eſſe cōtraria. cōtingit eñ idem ſimul paruū eſſe ⁊ magnū. aliqͩ eñ eſt ad hoc qͥdem paruū. ad aliud vero hoc idem ipſum magnū. quare idem magnū ⁊ paruuꝫ ⁊ in eodē tēpore eſſe ꝯtingit. quare ſimul ꝯtraria ſuſcipit. Sꝫ nihil eſt qꝺ videat̃ ſimul ꝯtraria poſſe ſuſcipere. vt ſubſtātia qͥdem ſuſceptibilis ꝯtrarioꝝ videtur: ſed nō ſuſcipit vno ⁊ eodem tēpore. naꝫ nullus ſimul ſanus ⁊ eger eſt. nec alb⁹ ⁊ niger ſimul. nihilqꝫ aliud ſimul ꝯtraria ſuſcipiet. ⁊ eadem ſibiipſis ꝯtingit eſſe cōtraria. Nā ſi eſt magnū paruo ꝯtrariū. ipſum aūt idem ſimul ē magnum ⁊ paruū. ipſum ſibi erit contrarium. ſed impoſſibile eſt ipſum ſibi eſſe contrariū. Non eſt igitur magnū paruo cōtrariū. neqꝫ multum exiguo. quare vel ſi non relatiuoruꝫ hec qͥlibet dicat: tñ quātitas nihil cōtrarium habebit:

Maxime aūt circa locū videt̃ eſſe cōtrarietas. quātitatis. Surſum eñ ad id quod eſt deorſum cōtrarium ponūt. locum qͥ eſt in medio deorſum dicentes eo ꝙ multa mediij diſtantia ad terminos mūdi ſit. Videtur autem ⁊ aliorū cōtrariorum definitōem ab his proferre: que eñ a ſeinuicem multū diſtant eoꝝ q̄ ſub eodem genere ſunt contraria determinant.



Sed nō videtur quātitas ſuſcipere magis ⁊ minus vt bicubitum. neqꝫ eñ eſt aliud alio magis bicubitū. neqꝫ eñ in numero vt ternarius quaternario. nihil eñ tria magis dicent̃ q̄ʒ qͥnqꝫ. neqꝫ tria potius q̄ʒ tria nec tēpus alio magis ⁊ minus dr. Nec in his (q̄ dicta ſunt) oīno magis ⁊ minus dicit̃. quare quātitas nō ſuſcipit magis ⁊ minus. Proprium aūt maxime quātitatis eſt. ꝙ equale ⁊ inequale dr. ſinguluꝫ eaꝝ (que dicte ſunt) q̄ʒtitatē ⁊ equale dr ⁊ inequale. vt corpus eq̄le ⁊ inequale. et numerus equalis ⁊ inequalis dr. ⁊ tempus equale ⁊ inequale Sil'r aūt ⁊ in alijs (que dicta ſunt) ſingulis: et equale ⁊ ineq̄le dr. In ceteris vero que q̄ntitates nō ſunt: nō multū videbit̃ equale vel ineq̄le dici. Nāqꝫ affectio equalis ⁊ inequalis non multū dr ſed magis ſilis. ⁊ albū equale ⁊ ineq̄le nō multū. ſed ſimile. quare quātitatis ꝓprium eſt equale et inequale dici.

Querit̃. vtꝝ tres ꝓprietates quātitatis ſint ſufficienter aſſignate. In quarū prima dr q̄ʒtitati nihil eſt cōtrariū. Et in ſecūda dicit̃ quātitas nō ſuſcipit magis neqꝫ minus Et in tertia dr ꝓpriū eſt quātitati ꝼm eā equale vel inequale dici. Et arguit̃ primo ꝯtra ꝓmā qꝛ magnū et paruū ꝯtrariant̃. ⁊ ſil'r multū et paucū. ⁊ tñ ſunt quātitates. g̊ ⁊c̄. Scꝺo ſic. ad q̄ʒtitatem eſt ꝑ ſe motus. g̊ in quātitate eſt ꝑ ſe ꝯtrarietas. Tenet ꝯſequētia. quia oīs mot⁹ eſt de ꝯtrario in ꝯtrariū. Tertio ſic. locus eſt quātitas. ⁊ tñ in loco eſt ꝯtrarietas. alias in loco nō eſſet motus. Quarto ſic. ꝯtra ſcꝺam. vna q̄ʒtitas eſt maior altera. g̊ quātitas ſuſcipit magis et min⁹. Quinto ſic. ꝯtra terciā ꝼm virtutē actiuam ⁊ paſſiuā ſiliter ꝼm habitū aliqͩ dr eſſe equale vel inequale alteri vt dicūtur aliqui equales vl' inequales in fortitudine vl' in malicia vel in bonitate. et tñ iſta ſunt qualitates. In oppoſitū eſt ph̄s in textu.

Cōcluſio prima. quātitati ꝼm ſimplicē eſſentiā accepte nihil eſt ꝯ̄riū. Probat̃. qꝛ qꝺ eſt ante omneꝫ ꝯtrarietatem nō pōt habere ꝯtrariū. ſꝫ quātitas inē ſubſtātie ante oēm ꝯtrarietatē. g̊ ⁊c̄. Maior eſt nota. Minor ꝓbatur qꝛ ſubſtātia nō recipit ꝯ̄ria niſi ꝑ ſui mutationem. nihil āt mutat̃ vl' mouet̃ niſi quātum. g̊ oꝑtet ꝙ quātitas ſit in ſubſtantia añ oēm ꝯtrarietatem. Hāc ꝓprietatē ꝓbat ph̄s inducendo ꝑ oēs ſpēs quātitatis iaꝫ dictas. vt clare patet in textu.

Cōcluſio. ſecūda quātitas non ſuſcipit magis neqꝫ minus. pꝫ qꝛ quātitati nihil eſt ꝯtrariū. g̊ nō p̄t intendi neqꝫ remitti. Conſequētia tenet. qꝛ non p̄t fieri intenſio vel remiſſio ſine aliqua actione vel paſſione. modo oīs actio vel paſſio eſt inter ꝯtraria. g̊ ⁊c̄. Hāc ꝓprietatem ſil'r ꝓbat ph̄s inductōe ſicut p̄cedentē. ⁊ hee due ꝓprietates oīm quātitati ꝯueniūt ſed non ſoli.

¶ Cōcluſio tertia. ꝓprium eſt quātitati oī ſoli et ſemꝑ ꝯueniens ꝼm eā equale vel inequale dici. Probat̃. qꝛ vt dr ph̄s qͥnto metaphiſice. vnū in ſubſtātia facit idē. Unū in quātitate facit equale. et vnū in qualitate facit ſil'e. Hāc ꝯcluſionē etiam ꝓbat ph̄us ſicut p̄cedentes. imo vt habet text⁹ ſi aliqͩ alioꝝ a determinatis ſpēb⁹ q̄ʒtitatis dicatur equale vel inequale hoc nō eſt niſi ꝑ relatōem ad aliquā illaꝝ quātitatū. Et ſi duo alba dicātur equalia h̄ eſt rōe ſuꝑficieꝝ que ſunt equales.

¶ Dubitat̃. quare eſſe in ſubiecto non aſſignat̃ ꝓpriū q̄ʒtitati ſicut nō eſſe in ſubiectū aſſignat̃ ꝓpriū ſubſtātie. Ad dubiū reſpōdet̃ ꝙ nō eſſe in ſubiecto ſubſtantie ꝯuenit ꝼm ꝙ ſubſtātia eſt. Eſſe vero in ſubiecto ꝯuenit quātitati ꝼm ꝙ accñs eſt. et nō ꝼm ꝙ tale accñs ideo alijs a quātitate ꝯuenit.

Dubitat̃. quare vniuoce predicari nō eſt ꝓpriū quātitati ſicut ſubſtātie. Ad dubiū reſpondetur ꝙ hoc ideo eſt. qꝛ accñtia ꝑfectā rōem nō habēt ſicut ſubſtātie idō non ꝯuenit ipis ita vniuoce p̄dicari ſicut ſubſtātie. Uel aliter dōm ꝙ hoc ſatis intelligit̃ ꝑ hoc ꝙ quātitas ponitur vnum genus. modo de ratione generis eſt predicari vniuoce.

Dubitat̃. quare eſſe hoc aliqͩ non conuenit quātitati ſicut ſubſtātie. cū tamē quātitas ſubijciat̃ contrarietati ſicut ſubſtātia. Ad dubiū reſpōdet̃. ꝙ nullum accñs nūerat̃ ⁊ efficitur vnū numero ꝑ aliqꝺ quod ſit ſue eſſentie ſꝫ numerat̃ accñs per ſuū ſubiectū. Subſtātia autem efficitur vnū nūero ꝑ materiā q̄ eſt ꝑs ſubſtātie. ideo eſſe hoc aliquid quod eſt eē vnū numero ꝯuenientius ponitur ꝓpriū ſubſtantie q̄ʒ quātitati.

Dubitat̃. quare ſuſcipere ꝯtraria ꝼm ſui mutatōem nō ponit̃ ꝓpriū quātitati. cū tñ ſubſtātia nō ſuſcipit cōtraria niſi ſit q̄ʒta. Patet reſponſio ad q̄ſitum ex reſponſione p̄cedenti. Nō eñ recipit ꝯ̄ria niſi qꝺ mutat̃ de vno in aliud tanq̄ʒ prebens eis ſtabilimētū exiſtēdi.

Dubitatur. quare augeri vel diminui in infinitum nō ponit̃ ꝓpriū quātitati. Ad dubiū reſpondet dñs Albertus. ꝙ augeri vel diminui in infinitum ⁊ multe alie ꝓprietates quātitati ꝯueniētes nō aſſignātur. qꝛ nō ꝯueniunt quātitati vt predicabile eſt. ſed natura quedam et determinata pars entis. ideo aliene ſunt ab hac intentione logica.

Dubitatur. Utrū magnū ⁊ paruū ſunt contraria. et ſimiliter paucū ⁊ multū. Ad dubiū reſpōdetur. ꝙ magnū et ꝑuū poſſunt dupliciter cōſiderari. Uno modo materialiter ſiue ꝼm illud qꝺ ſunt. et hoc mō ſtꝫ quātitates neqꝫ vnū alteri ꝯtrariat̃. qꝛ vnūqꝺqꝫ tā multum q̄ʒ paucū includit multitudinē. ſil'r tam magnū q̄ʒ paruū dicit magnitudinē. Alio modo pñt ꝯſiderari formaliter et iſto modo magnum dicit exceſſum quātitatꝫ in ꝯꝑatione ad aliud. ⁊ ꝑuū defectum. Sil'r multū dr exceſſum multitudinis in ordine ad aliqͩ ⁊ paucū dr defectum. Et hoc mō iſta nō ſunt quātitates ſꝫ magis ad aliquid dicūtur. Qꝫ autem dicuntur ad aliquid oſtendit ph̄us quia aliquando dicitur aliquis mons ꝑuus ⁊ aliquod granū milij dr magnū. Interdū etiā dicunt̃ multi hoīes in vico eſſe et pauci i ciuitate quāq̄ʒ ſit maior multitudo hoīm in ciuitate q̄ʒ in vico. Modo iſte locutōnes nō eſſent vere niſi relatiue intelligerent̃. Et quocūqꝫ mō ſumātur iſta ſiue vt dicūt quātitates ſiue relatōnes nō habent ꝯtraria. Cuius rō in textu aſſignat̃. quia contrarietas eſt oppoſitio īter formas ꝯtrarias abſolutas. modo ꝯtrarie forme nō ſunt forme comparationis vt bene dicit Auicenna. ſꝫ ſunt qualitates abſolute. maxime di



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſtantes ab inuicem. Ergo ſi magnū ⁊ ꝑuū dicerent̄ formē abſolute ⁊ ſimpliciter ꝯtraria. et ſilr multū et paucū ſequeret̄ ꝙ ꝗcq̄d dr̄ magnū cuicūq; ꝯpararet̄ ſꝑ magnū diceret̄. ⁊ ſilr de ꝑuo quare diceret̄ ꝙ vnū ſil' et ſemel ſuſciperet ꝯtraria. imo idem ſibiipſi eſſet ꝯtrariū. qꝛ idē ſil' et ſemel magnū et paruū dicitur.

Ad rōes Ante oppoſitum. prima ſoluta eſt ex dictis Ad ſecūdā dr̄. ꝙ quātitas dupliciter pt̄ conſiderari. Uno mō mathematice. vt dt̄ prima ꝯcluſio. et hoc modo in q̄ntitate nō eſt motꝰ neq; ꝯtrarietas. Alio modo ꝯſideratur phiſice ꝓut eſt terminus corporū naturaliū. et iſto modo in q̄ntitate eſt motus q̄ eſt de ꝯtrario in cōtrariū. vel vt ꝓprie dicat̄ ab impfecto ad pfectū vel ecōtra Et hoc mō in q̄ntitate eſt ꝯtrarietas. Nō quidem abſoluta ⁊ ſimpliciter. ſed ſolū attēdit̄ ſm rōes pfecti et impfecti in ordine ad aliquā naturā certā ſpecificaꝫ q̄ ſibi determinat maximū et minimū terminū in q̄ntitate ſue nature. Ad tertiā ſilr diſtinguenduꝫ eſt de loco ſi eīm ꝯſiderer̄ mathematice. in loco nō ē ꝯtrarietas neq; motus. Si vero accipiatur phiſice ꝓ q̄nto ſcꝫ in ipſo eſt quedā ꝟtus ꝯſeruatiua ⁊ generatiua locati ſic in loco reperit̄ ꝯtrarietas. Et a circūſcriptiōibꝫ locoꝝ ꝯtrarioꝝ cauſant̄ in locatis ꝯtraria vbi ſm q̄ eſt motus. imo iſta ꝯrietas eſt cā ꝯrietatis in formis et ſpēbꝫ locatoꝝ Ad q̄rtā dr̄ ꝙ q̄ntitas maius ⁊ minus ſuſcipit ſꝫ nō magꝫ ⁊ minꝰ differūt eīm maiꝰ et minus. ⁊ magis ⁊ minꝰ. vt pꝫ ꝯſideranti. Ad vltimā dr̄ ꝙ q̄ntitas dr̄ analogice de q̄ntitate molis. et de q̄ntitate virtutis. qꝛ de prima dr̄ ꝓprie. et de ſecūda dr̄ metaphorice. ideo ꝓportōabiliter dr̄ equale vel inequale analogice a q̄ntitate mol' ⁊ ꝟtutis.

Queritur. Utrum adaliquid ſit predicamētum ab alijs diſtinctū Et arguitur ṗmo ꝙ nō. Relatio eīm cōſurgit ex ꝯꝑatōnibꝫ alioꝝ ṗdicamētoꝝ. et eſt immixta oībꝫ alijs predicamētis g̃ nō eſt predicamētuꝫ diſtinctū ab alijs Secūdo ſic. relatio aliq̄d preſupponit ante ſe. g̃ nō eſt predicamētū. añs ptꝫ. qꝛ nihil ſm ſeipm ad aliud refert̄ cum ſic q̄olibet ad aliud referret̄ ⁊ nihil eſſet abſolutum. ergo oē qđ ad aliud refert̄ mediante aliquo accidente refertur qđ eſt cauſa talis relationis. ⁊ ꝑ ꝯſequēs relatio ante ſe in genere formal' ṗſuppōit aliqđ accidens. Tertio ſic. vnū accidēs nō eſt ſubiectū alterius. ſed oīs relatio fundatur ſuꝑ aliquo accidente. ergo relatio non eſt accidens realiter diſtinctū ab illo ſuꝑ quo fundatur. Quarto ſic relatio cōſiſtit in quadam ꝯꝑatione vnius ad alterū. ſed ꝯꝑatio non eſt in rebꝫ niſi a rōne ꝯparante vnū alteri. g̃ relatio eſt ens rationis tm̄ Quinto ſic. relatio in aliquo acq̄ritur de nouo ſine mutatione facta in eo. g̃ relatio non eſt ens reale. Cōſequētia tenet. qꝛ impoſſibile eſt aliq̄d reale de nouo acq̄ri in aliquo vt in ſubiecto ipo non mutato. alias fieret verificatio ſm eſſe duoꝝ ꝯtrarioꝝ de eodem illo non mutato qđ eſt erroneū dicere. Sexto. relatio nullā cōpoſitionē facit cū ſuo fundamēto. ergo non eſt ens reale. Añs paꝫ. qꝛ albū ſilē nō eſt ꝯpoſitius q̄ albū tm̄.

In oppoſitū eſt phs in textu.

Sciendū ṗmo ꝙ quāuis qualitas ſm naturam qualitatis q̄ abſoluta eſt ſit ante relationē. tm̄ ſtatim poſt q̄ntitatem determinat phs de relatione ante qualitatem. Cuius cā poteſt eſſe. qꝛ poſita q̄ntitate in ſubſtātia iam in ea repit̄ relatio Et q̄uis aliq̄ relatōes ſequātur q̄litates. in ipſa tm̄ fundant̄ ꝓ q̄nto accipit rōem q̄ntitatis. Aliā cām aſſignat dñs Albertꝰ eo ꝙ inter cetera accidentia q̄ntitas ꝓpinquius ineſt ſubſtantie. iō primo phs determiat de q̄ntitate. Sed qꝛ relatio inter alia genera accñtiū plus hꝫ de accidentalitate eo ꝙ minus habet de entitate. ideo poſt q̄ntitatem primo determinat de relatione q̄ de alijs.

¶Sciēdū ſcđo ꝙ hec tria ſcꝫ relatiuū relatio et ad aliquid idem ſunt ſm rem. ſed ſola rōe differūt Quia relatio ſcat formā relationis vt ꝯceptam tm̄. Relatiuū vero ſcat eandē formā ſm potentiam referibilitatis Sꝫ ad aliq̄d ſcat ipām ſm actū exercitum ⁊ ita minime nobis innoteſcit ꝓut ſcat̄ ꝑ hoc nomē relatio. magis vero ꝓut ſcat̄ ꝑ hoc nomē relatiuum. ſꝫ notius ⁊ pfectius ſignificari nō pt̄ q̄ ꝑ h̄ nomē adaliquid. Unde cū dr̄ adaliq̄d duo iportant̄. Importat̄ eīm ꝑ illā prepōem ad trāſitus relatōnis ad alterū. Sed denotat̄ terminus tranſitus ꝑ hoc ꝙ dr̄ aliquid. Et qꝛ natura relationis conſiſtit in quodam trāſitu. et ſpecificat̄ ꝑ ſuū terminū. ideo h̄ nomē adaliquid pfectiſſime notificat naturā relatōnis. Et iſtud nomē primo adinuenit plato.

Sciendū tercio. ꝙ in relatione duo ſunt ſcꝫ eſſe in. ⁊ eſſe ad. A ṗmo habet ꝙ ſit accñs Ab alio hꝫ ꝙ ſit tale accñs. Et qꝛ iſtud ſcđm formale eſt relatio Et ꝑ illud nō importat habitudinem ad ſubiectū in quo eſt. ſꝫ ad terminū ad queꝫ eſt Iō relatio ſm formale ſuū nullā aut modicā facit ꝯpōem cū ſuo ſubiecto. ⁊ tm̄ fuit deceptus Gilbertus porritanus dicens relatōnes eſſe aſſiſtētes ⁊ non inherentes illis rebꝫ q̄ ſm eas ꝯparant̄ quē errorem poſtea retractauit in ꝯſilio Niceno generali Quāuis eīm ſm illud qđ eſt nō faciat ꝯpoſitōem cū ſubiecto Quia tm̄ eſt vna et eadē forma ſm rem q̄ eſt in ſubiecto et ſm quā aliquid ꝯparat̄ alteri. ⁊ ꝑ ꝯñs ad aliq̄d ad aliud ſe habet q̄ quidē forma realis eſt. Ideo relatio nō ſolum aſſiſtit ſuo ſubiecto. ſꝫ etiā ſibi realiter inheret ⁊ cōpoſitōem aliquā facit cum eo licet modicā Sicut ⁊ modice entitatis eſt ipſa forma q̄ relatio dicitur Quia magis ꝯſiſtit ſua natura in tendentia ſeu tranſitu ad alterū q̄ in inherentia ad ſubiectum.

Sciendum quarto. ꝙ illa entia poſt ſubſtantiam q̄ īmediate inſunt ſubſtantie rōne principioꝝ ſubſtātialiū vt ſunt q̄ntitas que oritur a materia. et qualitas q̄ oritur a forma ſunt entia abſoluta et pfectiora entia q̄ illa que ſubſtantie inſunt mediante aliquo accñte que reſpectiua ſunt. Et q̄ inſunt ſm eſſe trāſiens et tendens ad alterū. vt eſt relatio. et quecūq; relatōem in ſua rōne iportant. ſicut oīa ſex predicamenta vltima ſunt alijs ipfectiora Quātitas vero ⁊ qualitas inſunt ſubſtantie in eē ꝑmanenti et quieſcenti Ob hoc qualitas ⁊ q̄ntitas inter cetera plus hñt de entitate. et minus de accidentalitate. qꝛ magis accedūt ad naturā ſubſtantie. Sed relatio minimuꝫ habet de entitate eo ꝙ magis recedit a natura et conditione ſubſtantie.

¶Sciendum q̄nto ꝙ relatōes in triplici drñia repiunt̄ vt hꝫ doctor ſanctus in ṗma pte q̄ſtione. xiij. articu. vij. Quedā eī ſunt reales in vtroq; termio. vt ē relatio patris ad filiū. et ecōuerſo. ⁊ ad hoc tria req̄runtur Prio ꝙ ābo extrema ſint realia Scđo ꝙ ſint realit̄ exñtia et diſticta Tertio ꝙ ſint eiuſdē ordis Alie ꝟo ſtꝫ relatōes q̄ ſtꝫ reales ī vno extremo ⁊ rōis ī altero. vt ē relatō ſcie ad ſcibile ⁊ ſenſus ad ſenſibile ⁊ creature ad creatorē



et generaliter mēſurati ad menſurā Nā mēſurati ad mēſuram eſt relatio realis. ſꝫ ecōtra eſt rōnis tm̄ Et iſta diuerſitas cōtingit qꝛ extrema non ſunt eiuſdem ordinis. q̄uis alie due conditiones ſibi cōpetunt. Unde in illo extremo qđ ab altero dependet eſt relatio realis. In illo vero qđ non dependet ab altero eſt relatio rationis tm̄. Non eīm refertur mēſura ad menſuratuꝫ. ſicut cā ad cauſatum eo ꝙ dependet ad ipſum. ſed qꝛ alterū ad ipm refertur et dependet. Alie ſunt relationes rationis in vtroq; extremo. et hoc contingit quando ambo extrema ſtꝫ entia rōnis tm̄. vt in ſecūdis intentiōibꝫ. vel quādo vnū eſt reale. ⁊ reliquū rōnis. vt eſt relatio entis ad non ens. vel qñ ambo extrema realia ſunt. nō tamē realiter diſtincta vt relatio eiuſdem ad ſeipſum

Sciēdū ſexto. ꝙ ꝓpter rōes factas añ oppoſitū zenon et antiqui phi ꝓcedentes Platonē et Areſtotelē dixerūt ꝙ relatio non eſt ens reale diſtinctum ab alijs neq; vna de primis ptibꝫ entis. et ꝑ ꝯſequēs ꝙ non eſt predicamētum ⁊ mouebant̄ potiſſime ꝓpter ſecūdaꝫ et quartā rōnes. ſed ꝯtra iſtos cū Platone et Areſtotele ponitur.

Concluſio Ad aliquid eſt vna pars de primis ptibꝫ entis. et eſt genus generaliſſimū ſeu predicamentū ab alijs realiter diſtinctum. Prima pars patet. ⁊ primo ꝙ ſit ens reale. qꝛ ordo qui eſt inter ptes ṗncipales vniuerſi ē relatio. Sꝫ talis ordo eſt ens reale. Quia eſt quid optimū ⁊ maxime deſideratū a rectore vniuerſi Ridiculū eſt ergo dicere ꝙ ſit ens rōnis tm̄ relatio. igit̄ eſt ens reale. Sed ꝙ inter entia realia relatio habet rationem primi ptꝫ ſic. qꝛ ens reſpectiuū nō poteſt reduci ad ens abſolutū tanq; ad principiuꝫ formale et vniuocum licet bene tanq; ad principium effectiuū ⁊ materiale ergo oportet ꝙ ens reſpectiuū ſit vnū primū genus entis Et ꝑ hoc patet ꝓbatio ſecūde partis. qꝛ ad aliquid hꝫ modū eſſendi generalem nō reducibilem vniuoce ⁊ formaliter ad aliuꝫ modū priorē eſſendi. ⁊ ꝯtinet ſub ſe plures ſpeciales modos eſſendi vniuoce. Ergo cū modi ṗdicandi ſint ꝓportionabiles modis eēndi. et ſuꝑ ipis fundant̄. ſequit̄ ad aliq̄d eē ṗdicamētū diſtinctū ab alijs.

¶Ad rōnes ante oppoſituꝫ. ſolutiones ṗme et ſecūde [illegible]aliter patet ex dictis Ad tertiā pꝫ ſolutio ex ṗcedentibꝫ. alias eīm dictū eſt ꝙ vnū accñs non eſt illud qđ ſubſtat alteri. nec ṗbens ſtabilimētuꝫ eſſendi Ad quartam dr̄. ꝙ ꝯꝑatio ſm actū exercitū nō eſt niſi in rōe cōparāte. Ineſt tm̄ ipſis rebꝫ ſic ꝯparatis ſm habitū ſiue ſm actū ꝯceptū. ſic ꝙ in eis repit̄ bñ forma ꝯꝑabilitatis abſq; opē rōnis ꝑ quā rō pt̄ vnū ad alterū ꝯparare.

Ad quintam que maioris difficultatis eſt dr̄ ꝙ realis relatio non acquirit̄ in alio vt in ſubiecto totaliter de nouo ſic ꝙ antea nō prefuit in eo. neq; tanq; in radice. neq; tanq; in cōplemēto ſine mutatōe facta in eo que tamē mutatio nō terminat̄ ad ipām formā relatōnis ṗmo ⁊ ꝑ ſe. ſed ex ꝯſequēti. qꝛ terminat̄ ad illā formā abſolutaꝫ q̄ eſt fundamentū et radix talis relationis. Sed relatio iaꝫ preexiſtens in ſubiecto vt in radice a qua radice habet totum eſſe ſuū reale bene acq̄ritur in illo ſubiecto q̄ntuꝫ ad cōplementū eius abſq; hoc ꝙ ipm mutet̄ requirit̄ tamē mutatio facta in aliquo alio Sicut vnū albū ꝑ albedinē que eſt ī eo habet albedinē radicaliter q̄ poſſit alteri conparari Ad vltimā patet ſolutio ex illis q̄ dicta ſunt in tertio notabili.

[A]D aliquid vero talia dicuntur. quecūq; hoc ipſum quod ſunt aliorum dicuntur. vel quomodolibet aliter ad aliud vt maiꝰ id quod eſt alterius dicitur aliquo enim maius dicitur. et duplum alterius dicitur id quod eſt alicuius eīm duplū dicitur. ſimiliter aūt et alia quecūq; ſunt hmōi. Atuero ſunt etiam et hec adaliquid vt habitus affectus diſciplina poſitio. Hec eīm omnia que dicta ſunt hocipm qđ ſunt aliorū dicuntur. ⁊ non aliter ad aliud. habitus eīm alicuius habitus eſt. et diſciplina alicuius diſciplina: et poſitio alicuius poſitio ſed et alia ſimiliter. Adaliquid ergo ſunt quecunq; id quod ſunt aliorum dicuntur: vel quōlibet aliter ad aliud. vt mons magnus dicitur ad montem alium. magnum eīm adaliquid dicitur ⁊ ſimile alicui ſimile. ⁊ omnia talia ſimiliter adaliquid dicuntur. Sunt autem ⁊ acubitus et ſtatio et ſeſſio poſitiones quedam. poſitio vero adaliq̄d eſt. iacere auteꝫ vel ſtare vel ſedere ipſa quidem non ſunt poſitiones denominatiue vero ab his (que dicte ſunt poſitionibus) denominantur.]

Querit̄. vtrū definitio ad aliquid quam dat Plato ſit bñ aſſignata in [illegible] Ad aliquid vero talia dicūtur quecūq; hoc ipm q[illegible] alioꝝ dicūtur. vel quōlibet aliter ad aliud Arguitur [illegible] nō. qꝛ hec definitio datur ꝑ diſiunctōem. ergo eſt inſufficiens. Conſequētia tenet. qꝛ definitio debet dicere aliq̄d vn[illegible] diſiunctio vero dicit diuerſa. g̃ ⁊c̄. Secūdo ſic. hec definitio multis ꝯpetit q̄ in genere ad aliquid nō ordinātur vt ſcientie diſcipline ⁊ multis alijs. imo ſm hanc definitōem difficile eſſet ac impoſſibile ſoluere quin aliqua ſubſtātia diceretur ad aliquid. g̃ eſt inſufficiens In oppoſitū ē autoritas Platonis dantis definitōnem quam recitatiue ab eo ponit phyloſophus

Sciēdū. ꝙ in ṗdicta definitōe poſuit Plato talia ⁊ non hec vel illa ad denotandum ꝙ nulla ſubſtantia refertur ad aliud. Quia cū ſubſtantia ſit ens ꝑ ſe ⁊ in ſe exiſtens ſine aliqua forma accidentali nō poteſt eſſe cauſa relationis Sed oīs relatio fundatur in ſubſtantia mediante aliqua forma accidētali Et hoc denotat illud relatiuū talia qđ eſt relatm̄ accñtis ⁊ nō ſubſtātie: Deinde ponitur dicūtur ⁊ non ſunt. qꝛ ibi definit̄ ad aliquid vt predicabile qđ per dici ⁊ non ꝑ eſſe habet definiri Poſtea additur quecūq; quod nō tenet̄ ibi diſtributiue. ſed infinite. ad denotandū ꝙ in diuerſitate ⁊ pluralitate eorū que ad inuicem ad cōuertentiā dicūtur cōſiſtit relatio. Uel dicitur ꝙ ponitur quecūq; ad denotandum diuerſitatem ⁊ multitudinem relatiuoꝝ Nā quedam ſunt relatiua rōnis tm̄. q̄dam realia. quedā ſm eſſe et quedā ſm dici. Cōſequēter ſubiungitur hocipm qđ ſunt aliorū dicūtur. qꝛ ꝑ illam clauſulaꝫ intelligunt̄ relatiua ſm eſſe quorum totum eſſe eſt ad aliud quodāmodo ſe habere. ſic ꝙ per talia relatiua nihil ſcat̄ qđ ſit al[iquid]

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

terius generis. Et alia vt in pluribus ad inuicē referūꝛ ſub habitudine gt̃i caſus. Et ſub habitudine q̄ſiqꝫ datiui caſus. dū ꝑ dt̃m eadem habitudo importaꝛ ſicut ꝑ genitiuū. Cuius cā eſt. qꝛ gt̃us ſm nomē ſuum dicit illud qd̓ eſt alterius tanq̄ finis et terminus in quo finiꝛ ⁊ terminaꝛ generatio. Et poniꝛ in illa cauſula dicunꝛ vt denoteꝛ ſpecialis modus denominandi ⁊ predicandi quē habet ad aliquid inter cetera genera accidētiū. Deinde poniꝛ illa clauſula vel quōlibet aliter ad aliud. ꝑ quā cōprehenduntur relatiua ſm dici ſiue ſm modum que quidem relatiua ſm dici realiter ⁊ ſm veritatē ſunt in alio predicamēto q̄ʒ in ad aliquid. Unde per ea ſcanꝛ forme quedā in ſubiecto q̄eſcētes ſm eſſe que ſolū ſm dici ſunt tranſeuntes ad aliud vt ſunt ſcīa. virtus et filia. Et aliq̄ iſtorū relatiuoꝝ referunꝛ ſub habitudine dt̃i caſus. alia ſub habitudine acc̃i caſus. ⁊ alia gt̃i. ⁊ alia ablt̃i. vt clare pꝫ intuenti exempla textus. Ex declaratōne ꝑticularū definitōnis ſatis patet ꝙ ꝑ eā definitur ad aliqd nō vt ē predicamētum ab alijs diſtinctuꝫ. ſꝫ definiꝛ ad aliqd large ſumptū, ꝓut ꝯprehendit ſub ſe oīa q̄ qualitercūqꝫ ad aliqd dicūtur ſiue ſm rōem ſiue ſm eſſe ſiue ſm rem ſiue ſm dici ſub quacūqꝫ habitudine alicuius obliq̄ caſus referanꝛ. Ideo dicit textus. ꝙ ſi illa definitio dareꝛ de ipſo ad aliqd vt eſt p̄dicamētū ab alijs diſtinctū eēt difficile. imo īpoſſibile ſaluare q̄n aliqua ſuƀa diceret ad aliqd et eſſet in p̄dicamēto ad aliqd. Ideo corrigit Areſto. illam definitōem aſſignādo vnā aliam de ipſo ad aliqd vt ē p̄dicamētum ab alijs diſtinctum Que ſolū ꝯpetit relatiuis ſm rem ⁊ q̄ ſm eſſe ſuū ad aliqd dicūtur q̄ definitio eſt iſta. Ad aliqd ſunt. quibꝫ hoc ipſum eſſe qd̓ ſunt eſt ad aliud quodāmodo ſe habere. Si vero queraꝛ q̄re nō referūtur aliqua relatiua ad inuicē ſub habitudine recti Cauſa eſt. qꝛ rectus nō eſt tranſitiuꝰ neqꝫ depēdēs. obliq̄ vero tranſitiui ſunt ⁊ dependētes. Cū igitur inter relatiua ſit tranſitus quidā ⁊ dependentia vnius ad alteꝝ. ſequitur ꝙ ſꝑ referunꝛ ſub habitudine obliqui caſus

Cōcluſio predicta definitio platonis eſt bn̄ aſſignata de ipſo ad aliqd large ſumpto. Probaꝛ ꝯclō qꝛ ꝑ eam ꝯprehendūtur oīa que quouis modo ad aliqd dicūtur. ⁊ ſ̄ eſt ſufficiēs. Hāc definitōem declarat phs in textu inducendo in oībꝫ relatiuis. tā ſm eſſe q̄ʒ ſm dici. vt ſatis clare patet intuenti

Ad rōes. Ante oppoſitum. ad primam dicitur. ꝙ ꝓcedit de definitōe q̄dditatiua ⁊ nō de deſcriptiua et q̄d nois Et ꝯtingit plura ꝑ aliquā definitionem q̄d nois importari. ſiue nomē pluralitatē aliquā importat ſiue multitudinē. modo hec definitio eſt deſcriptiua ſm aliqd ⁊ q̄d nois ſm aliquid. ſed tamen magꝭ eſt q̄d nois q̄ʒ deſcriptiua Ad ſcd̓am pꝫ ſolutio ex dictis

Ineſt autem contrarietas in relatiōe. vt virtus vicio cōtrariū eſt. cuꝫ ſit vtrūqꝫ boꝝ ad aliquid ⁊ diſciplina ignorātie. Non autē omnibꝫ relatiuis ineſt cōtrarietas. duplici eñ nihil eſt contrarium neqꝫ triplici. neqꝫ vlli talium.

Uidētur aūt magis ⁊ minus relatiua ſuſcipere. ſimile eñ magis ⁊ minus diciꝛ ⁊ inequale magis ⁊ minus diciꝛ cū vtrūqꝫ ſit relatiuum Simile eñ alicui ſiſe dicitur. ⁊ inequale alicui inequale. Nō aūt oīa relatiua ſuſcipiūt magis et minus. duplex eñ nō diciꝛ magis ⁊ minus duplex nec aliquid talium.

Queritur. Utrum propriū ſit eorum que dicuntur ad aliquid habere ꝯtrariū ⁊ ſuſcipere magis ⁊ minus Arguitur p̄mo ꝙ non. qꝛ iſta ſcꝫ habere ꝯtrariū Et ſuſcipere magis ⁊ minus nō ꝯueniūt oībꝫ relatiuis nec etiā ſolis. ergo nō videtur ibi eſſe aliquis modus ꝓprietatis Secūdo ſic. vbicūqꝫ eſt ꝯtrarietas ⁊ magꝭ et minus ibi poſſibilis eſt motꝰ. ſꝫ in ad aliqd nō eſt motus vt habeꝛ q̄nto phicoꝝ. igitur nec etiā ꝯtrarietas nec ſuſceptio magis et minus. In oppoſitum eſt philoſophus in textu.

Sciendū p̄mo: ꝙ ꝑ definitionē iam poſitā cōprehēdūtur tam relatiua ſm eſſe q̄ʒ ſm dici. ideo poſt illam definitionem ponit phs illa duo accidentia de quibus eſt queſtio. q̄ ſolum ꝯueniūt relatiuis ſm dici

¶Sciēdū ſcd̓o ꝙ vt alias dictum ē forme cōtrarie illis quibꝫ inſunt ſimplr̃ ⁊ abſolute inſunt eo ꝙ nō ſunt forme ꝯparatōis. vt d̓t Auicēna. ſꝫ ſunt forme abſolute. Et ſic ꝯtrarietas eſt oppoſitio formalis q̄ eſt inter formas abſolutas. Et ꝑ hoc diſtinguiꝛ ꝯtraria oppoſitio a relatiua. qꝛ relatiua oppoſitio ē inter formas cōparatōis q̄ nō ſimpliciter et abſolute inſunt illis quibus inſunt. Ob hoc inter relatiua nō eſt oppoſitio eſſentialis imo reſpectiua vt relatiua ſunt inter ſe talem connexionem habēt ꝙ poſita ſe ponūt ⁊ ꝑempta ſe perimūt. Sed ꝯtrarietas eſt eſſentialis oppoſitio. qꝛ eſt inter formas abſolutas ſm ꝓprias rōnes ſuarū ſpecierū repugnātiā habentes ad eſſe actu ſimul in eodem ſubiecto. forme vero relatiue nō. imo eidem ſimul actu poſſunt ineſſe reſpectu diuerſorum vt idem eſt pater et filius. ſed non reſpectu eiuſdem.

Concluſio. prima. in relatiuis ſm eē non reperiꝛ cōtrarietas. Probaꝛ qꝛ relatiua ſm eſſe dicuntur q̄ ſm totum illud qd̓ ſunt ad aliquid dicunꝛ ꝯtrarietas aūt eſt formalis oppoſitio ⁊ eēntialis q̄ eſt inter formas abſolutas. igitur relatiua ſm eſſe nō habent contrarium Ex hac concluſione ſequitur correlarie ꝙ relatiua ſm eē etiam nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus. vt pꝫ intuenti.

Cōcluſio ſecūda. relatiuis ſm dici tm̄ ratione eius quod habent alterius generis bene conuenit cōtrarietas. Et etiam ſuſceptio magis et minus. Ipſis tm̄ vt relatiua ſunt neutrū eoꝝ ꝯpetit. Secūda pars cōcluſionis patet ex precedenti cōcluſione. Prima pars ꝓbatur. quia forme quē per huiuſmodi relatiua primo et principaliter ſignificantur. Et ſunt alterius generis q̄ʒ relationis poſſunt eſſe ad inuicem ꝯtrarie. Et ſuſcipere magis et minus Illud declarat phs exemplariter ⁊ inductiue ſicut patet intuenti textum.

Dubitatur. an ſcientia et ignorantia cōtrarientur ſicut exemplificat textus. Reſpondeꝛ ꝙ duplex eſt ignorātia. vt ſufficit ad ꝓpoſitū. Quedā eſt ſimplicꝭ negationis ſcꝫ q̄n de re penitus nihil ꝯgnoſcitur Et talis priuatiue opponiꝛ ſcientie. Alia eſt ignorantia praue diſpōnis que diciꝛ habitus erroneus. Et eſt q̄n aliqd cognoſcitur de re non tamē vere et recte. Et hec contrariatur ſcientie.

Dubitaꝛ. an virtus et ſcīa habeāt ꝯtraria et ſuſcipiāt magis ⁊ minꝰ Ad dubiū d̓r ꝙ ſcīa ⁊ v̓tꝰ dupliciter pn̄t ꝯſiderari. vnoꝰ p̄t ꝯſiderare virtus ꝓut eſt habitualis perfectio virtuoſi in medietate ꝯſiſtēs duorū extremoꝝ. Et ſimiliter ſcientia vt eſt habitualis cognitio ſcibilis q̄ eſt qualitas quedam anime ſcientis. Et h̓ modo virtus ⁊ ſcientia ſunt qualitates et cōpetit eis habere contrarium ⁊ ſuſcipere magis et minus Alio modo poteſt conſiderari virtus prout eſt potentia quedam electiua ſiue perfectiua ad actum recte electionis. et ſimiliter ſcīa ꝓut eſt potentia ꝑfectiua ad actum recte cōſiderationis. ⁊ hoc modo non inſunt eis q̄bꝫ inſunt abſolute ſed cōparatiue ad aliquid aliud. et hoc mō ipſis nō ꝯpetit habere ꝯtrariū neqꝫ ſuſcipere magis et minus

Dubitaꝛ. an album et albedo poſſint dici relatiua ſm̄ dici queadmodū virtus et virtuoſus. diſciplina et diſciplinatnm Ad dubiū reſpōdeꝛ ꝙ non. qꝛ nulli illoꝝ ꝯpetit ꝙ ſit alterius ꝑfectio aut inſtrumētū. aut organū ad aliquē actum ſiue operatōem. ſicut v̓tus virtuoſi. Eſt eñ virtus ꝑfectio v̓tuoſi ad opus virtutis. ſed albedo eſt albi forma ſolū ⁊ ſolū agit in ipſum formalem eius actum abſolute. nec perficit ipſum ad aliquem alium actum ſeu operationem

Dubitaꝛ. vtrū equale ſuſcipiat magis ⁊ minus. Reſpondeꝛ ꝙ nō. qꝛ equale d̓r qd̓ cū alteri eſt ſiue ꝓpoſitū nec excedit ipſum nec ab ipſo excediꝛ. Et ita equale ſcat illud quod ſcat vt in termino. et ideo nō p̄t ſuſcipere magis et minus. Sed inequale d̓r qd̓ recedit ab equalitate. Et quia hoc multis modis fieri poteſt et ſm magis et minus. ideo nō ſcat ſuū ſcatū vt in termino. Neqꝫ etiā ſimile. Ob hoc vtrūqꝫ magis et minꝰ ſuſcipere p̄t. et ita nō eſt ſiſe de eis ſicut de eq̄li Et ſi obijciatur. quantitas ſuper quā fundatur inequalitas nō ſuſcipit magis neqꝫ minus. ergo nec ineq̄le Reſpōdetur ꝙ licet quantitas nō ſuſcipit magis neqꝫ minꝰ. vna tn̄ q̄ʒtitas maior aut minor altera d̓r. ⁊ hoc ſufficit.

¶Dubitaꝛ. que dicuntur relatiua intrinſeca Reſpondetur ꝙ relatiua intrinſeca dicunꝛ que inter ſe ꝑ ſua ſcata claudūt ea ad q̄ referūtur. ſicut cū d̓r iſti ſunt ſimiles. ſtatim intelligitur ꝙ iſte eſt ſiſis illi. et ille iſti Sꝫ relatiua extrinſeca dicunꝛ que illo mō non claudunt ſua correlatiua in ſe. ſicut cū dicitur. iſti ſunt patres. nō ē ſenſus ꝙ iſte illius eſt pater. ⁊ ille iſtius. Prima reperiunꝛ in relatiuis ſm dici ſolum. Ex his patet ꝙ habere ꝯtrarium. et ſuſcipere magis ⁊ minus non debent dici ꝓprie relatiuorum ꝓprietates. ſed magis conueniētie et cōmunitates cōuenientes tm̄ relatiuis ſm dici

Ad rōnes ante oppoſitum. Prima ſoluta eſt Ad ſecūdā dicitur. ꝙ in relatiuis reperitur motus ſicut contrarietas et ſicut magis et minus gratia ſui fundamenti.

Omīa aūt relatiua ad cōuertētiam dicūtur vt ſeruus dn̄i ſeruus d̓r. ⁊ dominꝰ ſerui dn̄i et duplum dimidij duplum ⁊ dimidiū dupli dimidium et maius minore maius ⁊ minus maiore minus. Similiter autem ⁊ in alijs. Sed caſu aliquotiēs differunt ſm locutiōem. vt diſciplina diſciplinati dicitur diſciplina ⁊ diſciplinatum diſciplina diſciplinatum. ⁊ ſenſus ſenſati ſenſus et ſenſatum ſenſu ſenſatum Atuero aliquotiens nō videbitur cōuerti niſi conueniēter (ad quod diciꝛ) aſſignētur. ſic eñ peccet is qui aſſignat vt ala. ſi aſſignetur auis nō conuertitur. vt ſi auis ale. neqꝫ eñ prius conueniēter aſſignatum eſt ala auis: neqꝫ eī in eo ꝙ auis eſt. in eo ala auis dicitur. Sed in eo ꝙ alata ē multorum eñ et alioꝝ ale ſunt que non ſunt aues quare ſi aſſignetur cōuenienter. ⁊ cōuertitur vt ala alati ala ⁊ alatum alia alatū. Aliquotiēs autem forte ⁊ noīa fingere neceſſe erit ſi nō fuerit nomē poſitum. ad quod cōueniēter aſſignetur. vt remus nauis ſi aſſignetur nō erit conueniens aſſignatio. neqꝫ eñ in eo ꝙ nauis eſt in eo remus eius dicitur. ſunt eñ naues quaꝝ remi nō ſunt quare nō cōuertitur nauis eñ nō dicitur remi nauis ſed forte cōueniētior aſſignatio erit. ſi ſic quodāmodo aſſignetur. remus remite rei remus aut quomodolibet aliter dictum ſit nomen eñ nō eſt poſitum conuertitur aūt ſi conueniēter aſſignetur remitū eñ remo remitū eſt. ſilr̃ aūt ⁊ in alijs: vt caput ꝯueniētiꝰ aſſignabitur capitati q̄ʒ ſi aīal aſſignetur neqꝫ eñ in eo ꝙ animal eſt caput habet. multa eñ ſunt animalia capita nō habētia. ſic autē fortaſſe facilius ſumitur quibus nomē non eſt poſitum ſi ab his que prima ſunt. ⁊ ab his ad q̄ conuertuntur nomina ponantur. vt in his que predicta ſunt. ab ala alatum a remo remitum.

Omīa ergo que ad aliqd dicūtur ſi cōueniēter aſſignētur (ad ꝯuertētiam dicūtur Nam ſi ad qd̓libet aliud aſſignētur ⁊ nō ad illud dicātur nō ꝯuertūtur Dico aūt q̄m neqꝫ hoꝝ que indubitanter ꝯuertibilia differūt. ⁊ noīa eis poſita ſunt. nihil ꝯuertitur ſi ad aliqd eorum q̄ ſunt accidētia aſſignētur ⁊ non ad ea ad q̄ dicūtur vt ſeruus ſi non domini aſſignetur ſed hominis aut bipedis aut alicuius talium: non conuertitur. nō eñ erit conueniēs aſſignatio. Amplꝰ ſi ꝯueniēter aſſigneꝛ ad id qd̓ d̓r oībꝫ alijs circūſcriptis quecunqꝫ accidētia ſunt relicto vero ſolo illo ad quod aſſignatum eſt ſꝑ ad ipſum diceꝛ. vt ſi ſeruus ad dn̄m dicaꝛ circūſcriptis omībus que ſunt accidentia domino vt eſſe bipedē. vel ſcīe ſuſceptibilem vel hominē relicto vero hoc ſolo qd̓ dn̄s eſt ſemꝑ ſeruus ad eū diceꝛ. ſeruus eñ ſemꝑ dn̄i ſeruus ē. ⁊ ſi vero ſeruꝰ nō ꝯueniēter dicaꝛ id ad qd̓ diciꝛ circūſcriptis omnibus alijs relicto vero ſolo ad quod aſſignatum eſt. nō dicetur ad ipſum aſſigneꝛ eñ ſeruus hoīs: ⁊ ala auis ⁊ circūſcribaꝛ ab homine



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſſe dñm. nõ iam ſeruus ad hominẽ dicetur cũ enĩ dñs non ſit. ſeruus nõ eſt. Similiter aũt et de aui adimatur eam alatam eſſe et amplius nõ erit ala ad aliquid. Cũ enĩ nõ ſit alatum nec ala erit alicuius q̄re oportet aſſignari ad id ad qḋ cõuenienter dr̃ ꝛ ſi ſit nomẽ poſitũ facilius erit aſſignatio. ſi aũt nõ ſit fortaſſe erit neceſſariũ nomẽ fingere. Si aũt ſic reddatur manifeſtũ eſt quoniã omnia relatiua cõuerſim dicunt̃. Videntur aũt ad aliq̄d ſil' eſſe natura et in alijs q̄dem pluribus verũ eſt. ſimul enĩ eſt duplum ꝛ dimidiũ et cũ ſit duplũ dimidiũ ẽ et cũ ſit ſeruus dominus eſt. ſimiliter aũt his et alia. Inſimul autẽ hec ſeſe auferũt inuicẽ. ſi enĩ non ſit duplũ nõ ẽ dimidium. ſi non ſit dimidiũ duplũ nõ eſt. Similiter aũt et in alijs quecũq; talia ſunt. Nõ aũt in omnibus relatiuis verũ videtur ſimul eẽ natura: ſcibile enĩ ſcientia prius eſſe videt̃ nãq; in pluribus ſubſiſtẽtibus rebus ſcientias accipimus. in paucis vero vel nullis hoc quis reperiet ſimul cũ ſcibili ſcientiã eſſe. Amplius ſcibile ſublatũ ſimul aufert ſciẽtiã. ſciẽtia vero nõ aufert ſcibile. Nam ſi ſcibile non ſit. nõ eſt ſciẽtia. ſciẽtia vero ſi nõ ſit. nihil prohibet eſſe ſcibile vt circuli quadratura ſi ẽ ſcibilis. ſciẽtia quidem eius nondũ ẽ. illud vero ſcibile eſt. Amplius animali ſiquidẽ ſublato nõ eſt ſciẽtia. ſcibilium vero plurima eſſe cõtingit. Similiter aũt his ſeſe habent et ea que de ſenſu ſunt. ſenſibile enim prius q̃ ſenſus videtur eſſe. Nam ſenſibile interemptũ ſimul perimit ꝛ ſenſuz. ſenſus vero ſẽſibile nõ ſimul perimit. ſenſus enĩ circa corpus ꝛ in corpore eſt. ſenſibili aũt perempto perẽptũ eſt ꝛ corpus. ſenſibile enĩ corpus eſt cũ vero corpus nõ ſit perimit̃ ꝛ ſenſus. quare ſimul perimit ſenſibile ſenſum: ſenſus vero ſenſibile nõ ſimul perimit. Animali enĩ perempto ſenſus quidẽ peremptus eſt. ſenſibile vero erit vt corpus calidũ. dulce amarum ꝛ alia oia quecũq; talia ſunt: Amplius ſenſus quidẽ ſil' cũ ſenſato fit ſil' enĩ aial fit et ſenſus. Senſibile vero ante eſt q̃ eſſet ſenſatuz. ignis enĩ ꝛ aqua ꝛ talia hmõi (ex quibus ipm animal conſtat) ante ſunt q̃ aial. ſic omnino vel ſenſus. quare prius q̃ ſenſus ſenſibile eſſe videtur.

Queritur Utrũ proprium ſit relatiuis dici ad cõuertentiam. et eſſe ſimul natura. Arguitur primo ꝙ non. quia ſubiectum et propria paſſio cõuertuntur adinuicem. ſimiliter vna ꝓpoſitio in aliam conuertitur et econtra. ergo dici ad conuertentiam cõuenit alijs a relatiuis. Secũdo ſic. ſcibile refertur ad ſcientiam. ꝛ ſenſibile ad ſenſum. cauſa ad cauſatuz. prius ad poſterius principium ad principiatũ. iſta aũt nõ ſunt ſimul natura. g̃ ꝛc. In oppoſitũ eſt phs in textu.

Sciendum primo. ꝙ conuerſio ꝛ conuertentia et cõuertibilitas ſic differũt. quia conuerſio eſt paſſio ꝓpoſitionis que cõſiſtit in debita terminoꝝ tranſpõne ſcȝ ſubiecti et p̄dicati. et econtra. Sed conuertibilitas ẽ paſſio terminorũ qui de ſeinuicez verificant̃ vl'r. vt homo eſt riſibilis. Conuertentia vero eſt paſſio terminoruz q̄ ſm mutuam dependentiaz ad ſeinuicẽ referũtur ſub habitudine alicuius obliqui caſus. vt pater filij pater. ꝛ ecõtra. Circa quod cum textu.

Sciendũ ſecũdo ꝙ non ſemp̄ fit relatio relatiui ad ſuum correlatiuũ. ꝛ ecõtra ſub habitudine eiuſdem caſus. imo contingit caſuz variari. Et hoc cõtingit quã relatio non eſt equaliter in vtroq; extremoꝝ. Ut videmus ꝙ ſcia refert̃ ad ſcibile ſub habitudine gti caſus ꝑ qḋ denotat̃ ꝙ ſcia eſt ipſius ſcibil' tanq̃ obiecti ꝛ cauſe ipſius ſcie. ſȝ ſcibile ſub habitudine ablatiui caſus refertur ad ſciam ꝑ quod denotatur ꝙ ſcientia eſt forma. que a ſcibili cauſatur in ſciente ſm quam ipſum ſcibile a ſciẽte cognoſcitur.

Sciendũ tertio cũ textu ꝙ vt debite fiat aſſignatio relatiui ad illud qḋ proprie et per ſe dicitur diligenter conſiderandũ eſt ꝙ hoc eſt facile videre vbi vni q; ſcȝ relatiuo. et ei ad quod dicit̃ eſt nomẽ impoſituz. ſȝ vbi nomẽ nõ eſt impoſitum illi ad quod aſſignandũ eſt relatiuum difficilius eſt debite aſſignare. Et tũc vt dicit textus dando documentum ad cauendum errorẽ ꝙ fingere nomen oportet ſm figuram locutionis relatiui qḋ habet nomen impoſitum Quãplurima exempla dat textus ſm hũc modũ que faciliter patent intuenti. Unde ad videndũ quando fuerit facta debita aſſignatio relatiui ad ſuum correlatiuum ꝛ quãdo nõ dat talem regulam i textu ſcȝ Suppoſito illo ad qḋ eſt facta aſſignatio et deſtructis oĩbꝫ alijs ponat̃ correlatiuũ qḋ ad ipm aſſignat̃ et deſtructo illo et poſitis oĩbus alijs deſtruat̃ relatiuũ aſſignatio erit cõueniens et alias nõ. Exemplificat textus ſicut poſito domino remotis oĩbꝫ que domino accidere poſſunt vt eſſe albũ eſſe bipedẽ. et ſic de alijs ponitur ſeruus Et deſtructo dño quãq; ponantur oia alia accidentia eius nihilominus deſtruitur ſeruus. ideo ſeruus eſt ꝓprium correlatiuum dñi.

Sciẽdũ quarto. ꝙ dici ad cõuertentiam et eſſe ſimul natura differũt. q; dici ad cõuertentiam conuenit relatiuis ſm mutuam dependentiam illorum adinuicem. Sed eſſe ſimul natura cõuenit ipis ſm ꝙ ſunt ſimul in eſſe aut nõ in eſſe aut in ortu aut in occaſu vt loquitur Auguſtinus ita ꝙ poſito vno in eſſe ponitur aliud ꝛ deſtructo vno deſtruitur aliud ꝛ ecõtra. Et iſtud vniuerſaliter conuenit relatiuis ſm eſſe et non relatiuis ſm dici. Unde dat textus duas inſtantias de ſcibili et ſcientia et ſenſibili et ſenſu Scibile enim prius eſt q̃ ſcientia ꝛ ſenſibile ſenſu, quod probat textus. Quia vt in pluribus nos non accipimus ſcientiam de rebus niſi prius ſubſiſtentibus Et in paucis immo in nullis vt dicit textus reperimus ſcientiaz ſimul cum ſcibili eſſe quin immo in omnibus ſcibile p̄cedit ſcientiã Et iſtud ꝓbat phs q; illud dr̃ prius altero a quo nõ cõuertit̃ ſubſiſtẽdi cõña. ſed ſic eſt de ſcibili reſpectu ſcie ꝛ ſenſibili reſpectu ſenſus. Nã deſtructo ſcibili deſtruit̃ ſcia. ſȝ nõ econtra q; multa ſunt ſcibilia quoꝝ ſcie nondũ ſunt inuente. ſicut exemplificat textus de quadratura circuli q̄ ſcibilis ẽ et ſcia eius nondũ eſt inuenta Itẽ deſtructa ſcia nõ deſtruitur ſcibile. qḋ ꝓbat textus ꝑ locũ a minori. q; deſtructo aiali deſtruit̃ ꝛ ſcia eo ꝙ nihil hȝ ſciam niſi aial. g̃ multomagis deſtructo ſcibili deſtruit̃ ſcia. q; ſcibile hȝ ſe in plus q̃ aial. ꝛ ſil'r de ſenſibili ꝛ ſenſu ꝛ debȝ capi ſenſus in ꝓpoſito nõ ꝓ potentia ſenſitiua. ſed ꝓ actu ſentiendi. Un̄ arguit̃ ſicut prius. q; deſtructo aiali deſtruit̃ ſenſus. q; omẽ hñs ſenſum eſt aial et tñ adhuc manent multa ſenſibilia quoꝝ nondũ fuit ſenſus. immo multa ſunt ſenſibilia q̄ ſunt añ aial. g̃ ſunt añ ſenſum. ex q̊ aial ſil' fit cũ ſenſu. vt dr̃ textus. Cuiuſmodi ſunt ipa elemẽta ex q̄bꝫ corpus aialis cõſtituit̃. Sic g̃ videt̃ ꝙ ſenſibile eſt prius ſenſu ꝛ ſcibile ſcia. ꝛ ꝑ cõñs nõ eſt vl'r veꝝ de oibus relatiuis ꝙ ſunt ſil' natura. Et quo ad hoc dḋm eſt ꝙ veꝝ eſt vl'r de relatiuis ſm eẽ. ſȝ nõ de relatiuis ſm dici que q; ſm ſuũ eſſe abſoluta ſunt. nõ oportȝ ꝙ ſm ſuũ eſſe ſint ſil' natura. Licet vt quodãmõ ſtant ſub forma relatõis ſint ſil' natura. Et ideo opꝫ ſic intelligere ꝓprietatẽ illam. ꝙ ꝓpriũ eſt relatiuis ſub forma relatõis acceptis eſſe ſil' natura. Et ꝑ naturã debet intelligi ipſa forma relatõis in qua ſimultatẽ hñt ita ꝙ poſito vno ponit̃ reliquũ. ꝛ deſtructo vno deſtruit̃ reliquũ. Et vt in ea hñt ſimultatẽ vnũ nõ ẽ notius altero neq; p̄ncipiũ definiendi ipm. Alij exponũt ſil' natura. i. naturali intelligẽtia eo ꝙ vnũ definit̃ ꝑ reliquũ vel ecõtra ꝛ quãq; h̄ veꝝ ſit nõ tñ eſt ad intentõem ꝓprietatis.

Cõcluſio. ꝓpriũ eſt relatiuis dici ad cõuertẽtiam. ꝛ eẽ ſil' natura relatiuis ſcȝ ſub forma relatõis acceptis. Et hoc mõ intelligendo iſte due ꝓprietates ſt̄ ꝓprie quarto mõ ꝛ cõueniũt oĩbꝫ relatiuis taȝ ſm eſſe q̃ ſm dici. Iſtas ꝓprietates manifeſtat phs in textu exemplariter ꝛ inductiue. ꝛ faciliter patere poſſunt intuẽti textum Ratões ante oppoſitũ ſolute ſunt.

Habet aũt queſtionẽ vtrũ nulla ſuba ad aliq̄d dicat̃ quẽadmodũ videt̃. an hoc cõtigat ſm quaſdã ſcḋas ſubas Nam in primis ſubſtãtijs verũ eſt ſcȝ ꝙ nõ dicũt̃ ad aliquid Nam aliquis homo nõ dr̃ alicuius aliquis homo. neq; aliq̄s bos alicuius aliq̄s bos. Similiter aũt ꝛ ꝑtes. q̄dã enĩ manus nõ dr̃ alicuius q̄dã manus ſȝ alicuius manus: ꝛ qḋdã caput nõ dr̃ alicuius quoddaȝ caput ſȝ alicuius caput Sil'r aũt ꝛ in ſecũdis ſubſtãtijs atq; hoc q̄dem in pluribꝫ. vt hõ non dr̃ alicuius hõ nec bos alicuius bos. nec lignũ alicuius lignũ. ſȝ alicuius poſſeſſio dr̃. In hmõi ergo manifeſtũ eſt q̄m non ſunt ad aliq̄d In aliq̄bus ꝓ ſcḋis ſubſtãtijs habet aliquã dubitatõnem vt caput alicuius caput dr̃. et manus alicuius manus dr̃ et ſingula hmõi quare hec fortaſſe ad aliquid eſſe videntur. Si ergo ſufficienter eorũ (q̄ ſunt ad aliq̄d) definitio aſſignata eſt. aut nimis difficile aut ipoſſibile ẽ ſoluere ꝙ nulla ſubſtãtia eoꝝ q̄ ſunt ad aliq̄d dr̃. Si aũt nõ ſufficiẽter ſȝ ſunt ad aliq̄d q̄bꝫ hoc ipm eſſe ẽ ad aliud q̄dãmõ ſe habere. Fortaſſe aliq̄d cõtra iſta dicet̃ Prior vero definitio ſeq̄tur q̄dẽ oia relatiua nõ tamẽ hoc eis eſt eſſe quo ſint ad aliq̄d ꝙ ea ipa q̄ ſunt alioꝝ dicũt̃. De his g̃ manifeſtũ eſt ꝙ ſi q̄s aliquid eorũ que ſunt ad aliq̄d. definite ſciet et illud ad quod dicitur definite ſcitur9 ẽ. Quoniã eoꝝ eſt que ſunt ad aliquid. Eſſe enĩ relatiui eſt quodammõ ſe habere Palam itaq; ex hoc ẽ ſi enĩ nouit aliq̄s hoc q̄dem q; ad aliq̄d ẽ eſt aũt eſſe eius quod ad aliq̄d ẽ. ad aliq̄d quodãmõ ſe habere et illud nouit oĩno ad quod hoc quodãmõ ſe habet. Si enĩ non nouit oĩno ad quod hoc quodãmõ ſe hȝ neq; ſi ad aliq̄d quodãmõ ſe hȝ nouit ſed in ſingulis hoc palã eſt: vt ſi q̄s hoc nouit definite q; eſt duplũ. et cuius dupluȝ eſt mox definite nouit. ſi vero nihil definite nouit (ipſuȝ cuius duplũ ſit. neq; ſi eſt duplũ) oĩno nouit definite. Sil'r aũt et hoc ad aliq̄d ſi nouit quia melius eſt definite. et q̄ melius ẽ definite neceſſariũ eſt noſſe: Quaꝓpter palã ẽ q; neceſſariũ ẽ ſi nouerit q̄s aliq̄d relatiuoꝝ definite. et id ad qḋ dr̃ definite noſſe Caput ꝟo ꝛ manus et hoꝝ ſingula (q̄ ſubſtãtie ſunt) hoc ipm qḋ ſunt poteſt ſcire definite. ad qḋ aũt dicant̃ nõ eſt neceſſariũ ſcire Cuius enĩ h̄ caput vel cuius hec manus ſit nõ ẽ dici definite. q̄re nõ erũt hec ad aliq̄d Si vero hec nõ ſunt relatioꝝ veꝝ erit dicere q; nulla ſubſtãtia relatioꝝ eſt Fortaſſe aũt difficile ſit hmõi rebꝫ cõſiderãter declarare niſi ſepe ꝑtractata ſint. dubitare autem de ſingulis non erit inutile

Querit̃. vtrum aliqua ſubſtãtia dicat̃ ad aliq̄d. Arguit̃ primo ꝙ ſic. q; materia ordiat̃ ad formã ſicut potẽtia ad actũ ꝛ tñ ẽ ſuba. g̃ aliq̄ ſubſtãtia dr̃ ad aliq̄d Secũdo ſic oĩs ſuba ordiat̃ ad aliquem finẽ. ergo oĩs ſcientia dicit̃ ad aliq̄d Tercio. ꝑtes orgaice ſecũdarũ ſubaꝝ vt ſunt manus caput. ꝛ ſic de alijs ſunt ſube Alias ex nõ ſubſtãtijs fieret ſuba qḋ ẽ impoſſibile Et tñ dicũtur ad aliq̄d. q; oĩs ꝑs organica habitudinẽ importat ad ſuũ totũ alias ꝑs ſeparata ꝛ ꝑs cõiuncta vniuoce dicerẽt̃ partes In oppoſitũ arguit̃ q; ſuba ẽ ens per ſe et in ſe exñs. ſed ad aliquid eſt ens ad aliud ſe habens. ergo nulla ſuba eſt ad aliquid

Sciendũ primo cũ textu ꝙ ſi definitio quã dedit Plato intelligat̃ de his que ſm eſſe ꝛ veritatẽ ad aliq̄d ſunt tũc ſm illã idẽ eſſet dici ad aliq̄d et eẽ ad aliq̄d quare multũ difficile eſſet immo impoſſibile eſſet ſaluare q̄n aliq̄ ſuba diceret̃ ad aliq̄d q; aliq̄ ſube ſm nois cõnotatiõnẽ ad aliq̄d dicũt̃ ſicut arguebat̃ de ꝑtibus ſecũ





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

daꝝ ſubarū Sꝫ ſi p̄dcā definitō nō ſit ſufficiēt̄ aſſignata pro relatis q̄ ſm eſſe et rei veritatē adaliq̄d ſunt. ſed corrigēda ſit ꝑ iſtā. Adaliq̄d ſunt q̄bus h̄ ip̄m eē qꝺ ſunt eſt ad aliud quodāmō ſe habere. Tunc ſub tali definitōe nulla cōp̄hendit̄ ſubſtātia Uñ ille ꝑtes manus pes et ſic de alijs lꝫ p̄ncipaliter ſcꝺam ſubſtantiā ſcent eo ꝙ ſuba nō cōponit̄ ex nō ſubſtātijs. Tñ rōne ꝓprietatis a q̄ imponunt̄ bñ ꝯnotāt reſpectū ad aliud. quia dicunt ſubam ꝑ modū organi. ⁊ officialis mēbri ad aliquem actū. iō dicunt relatōem ad motorē ⁊ actū ſiue totum. Et ita ſm nois ꝯnotatōem dicunt̄ adaliq̄d ſm tñ eē ſuū ⁊ veritatē ñ ſunt adaliq̄d. et ſi iſte ꝑtes ſm eē ſuū non ſunt adaliq̄d ſeq̄tur ꝑ locū a maiore ad min⁹ ꝙ nulla ſuba ſm eſſe et veritatē eſt adaliq̄d. Et hoc eſt qꝺ ꝓbat textus. Sed q: Plato credidit idē eſſe dici adaliq̄d et eſſe ad aliquid. ideo deceptus fuit.

Sciendū ſcꝺo. ꝙ multis modis ꝺr aliq̄d eē adaliq̄d. Uno mō ſicut ad ſuū finē et operatōem ꝓpriā ꝓpter quā eſt vt oculus ad videndū. ſecuris ad ſecādū hoc mō ſcꝺe ſubſtātie dicunt̄ adaliq̄d. Alio mō vt ꝓpria potentia ad actū. et hoc mō ꝓpria materia ꝺr adaliquid ad ꝓpriā formā. Alio mō ꝺr aliq̄d eſſe adaliq̄d non ſm ſuū ſcatū p̄ncipale. ſed ſm ſuū ꝯſignificatū. hoc mō ꝑtes organice aīalis dicunt̄ adaliq̄d et dꝫ intelligi de ꝑtibus ſcꝺaꝝ ſubſtantiaꝝ et nō p̄maꝝ ſubſtātiaꝝ. Cui⁹ rō eſt. q: cōparatio eſt demōſtrabile accñs. Modo prima ſuba deſignat̄ ſub accidentib⁹ indiuiduantib⁹ q̄ cadunt ſub ſenſu et nō demonſtrant̄. Alio mō ꝺr aliq̄d ꝓprie eſſe adaliq̄d qꝺ ſcꝫ ſm ſuū ſcatū p̄ncipale eſt adaliq̄d et ſm totū ſuū eſſe Et ea q̄ ſunt hoc mō adaliquid reponunt̄ in genere adaliq̄d. Et ſolū illis cōpetit definitio data ab Areſtotele. illa ſcꝫ per quam corrigitur definitio Platonis.

Cōcluſio. nulla ſubſtātia eſt adaliq̄d put ab Areſtotele definit̄ adaliq̄d. hanc ꝯcluſionē ꝓbat Areſtoteles in textu inducendo tā de p̄mis ſubſtātijs q̄ȝ de ſcꝺis ſubſtātijs vt ſatis patꝫ diligenter intuēti textū.

Dubitat̄ an veꝝ ſit ꝙ ſi aliq̄s definite nouerit vnū relatiuoꝝ definite noſcet et reliquū. Rñr ꝙ ſic ⁊ cā eſt. q: definitio q̄dditatis ⁊ eſſentie dependet ex eſſe rei. ḡ dꝫ dari ſm modū q̄dditatis ⁊ eēntie rei ⁊ ꝑ ea ꝑ q̄ ſpecificat̄ q̄dditas ſeu eſſentia rei. Cum ḡ eſſe relatiui nō ſit abſolutū. ſꝫ in hoc totū ꝯſiſtit qꝺ eſt ad aliud ⁊ ꝑ illud ad qꝺ ſe hꝫ ſpecificat̄ ſequit̄ ꝙ eſt impoſſibile cognoſcere vnū quin etiā cognoſcat̄ et reliquū. Nec ex h̄ ſequit̄ ꝙ idem in eodē actu ſit p̄us ⁊ poſterius notius et ignotius reſpectu eiuſdē et ſm idē. vt ſuperius declaratū eſt in libro p̄dicabiliū. Ex hac ꝓprietate q̄ eſt veroꝝ relatiuoꝝ infert Areſtoteles. ꝙ manus caput ⁊ cetere ꝑtes ſcꝺaꝝ ſubſtātiaꝝ ſm veritatē nō ſunt adaliq̄d q: dicta ꝓprietas ipis nō ꝯuenit vt deducit̄ in textu Ex quo infert̄ vlteri⁹ in textu ꝙ nulla ſuba ſiue ſit totū ſiue ꝑs eſt adaliq̄d. Tñ vt hꝫ ph̄s determiare et declarare q̄ ſunt adaliq̄d ſm eſſe et q̄ ſolū dicunt̄ adaliquid ꝓpter ſilitudinē eoꝝ q̄ ſm nois ꝯnotatōem adaliq̄d dicuntur ad ea q̄ ſm eſſe dicunt̄ impoſſibile eſt vt hꝫ text⁹ ꝯtractare Ideo ſubdit textus ꝙ dubitare de ſingulis nō eſt inutile ſcꝫ q̄d hoc ſit vel illud. q: dubitatio ē cā inq̄ſitionis et inq̄ſitio eſt cauſa cognitōis veritatis.

Dubitat̄. vtꝝ relatio ſit in duob⁹ ſubiectiue Uidet̄ ꝙ ſic. q: eſſe relatōis ꝯſiſtit in q̄dā cōparatōne vnius ad alteꝝ. iō qua rōe eſt in vno eadē rōe eſt in alio Ad dubiū ꝺr ꝙ relatio eadē ſm numeꝝ nō eſt in duobus vt in ſubiecto. q: eñ accñs numerat̄ ꝑ ſuū ſubiectū iō impoſſibile eſt vnū accñs numero eſſe in duob⁹ ſubiectis. Sꝫ relatio eſt iñ vno vt in ſubiecto. et in alio vt in termino. Et magis ꝓprie diceret̄ eſſe ad alteꝝ q̄ȝ in altero vt paternitas eſt in patre vt in ſubiecto. ⁊ in filio. id ē ad filiū. vt in termino ad quē finit̄ dependentia ei⁹. Et ecōtra dōm eſt de filiatōne. Et ita relatōes numerant̄ ꝑ ſua fundamenta que ſunt eorum ſubiecta et per terminos ſpecificantur.

Dubitat̄. vtꝝ due oppoſite relatōes ſint vna relatio numero et ſolū differāt ꝑ terminos ſicut via q̄ ē de thebis ad athenas ⁊ ecōtra vna eſt ſm rē differēs ſolum ꝑ terminos Ad dubiū dōm eſt ꝙ ſi ille relatōes oppoſite ſunt relatōes reales tunc non ſunt vna relatio immo plures et diſtincte realiter. q: ſunt in diuerſis ſubiectis. Modo entitas accñtis non eſt extra ſubiectum. iō oꝑtꝫ ꝙ ſint diſtincta realiter. Nec ē ſilr̄ de illa via. q̄a non accipit ſuam realitatem a terminis. immo eſt aliq̄d realiter preter terminos.

Dubitat̄. vtꝝ relatio referat̄ ad relatōem ſicut paternitas ad filiatōem. Rñr ꝙ non. q: alias eſſet ꝓceſſus in infinitū in relatōnib⁹. Sed relatio eſt forma cōꝑationis qua vnū relatiuū ad aliud refertur

phs exēplo ⁊ inductōe. ꝓbat̄ etiā aliūde. Qꝛ vnū in q̄lita/
te facit ſilē ſicut dicebat̄ prius in caplō de q̄ntitate. ⁊ diuer/
ſum diſſilē. iō dr̄ Boetius ꝙ ſilitudo eſt reꝝ differentiū ea/
dem q̄litas. ⁊ dꝫ intelligi eadē in ſpē ſpēaliſſima Dꝫ etiam
intelligi ꝙ vtriq̄ ſubiecto inſit ſimplr vel vtriq̄ ſm̄ quid
quia al's nō deberent dici ſimilia ſed magis diſſimilia. Et
circa ſpēs q̄litatis mouet phs quandā dubitatiōem. Naz
inter ipas enumerata ſunt multa q̄ relatiua eſſe vident̄ vt
habitus ⁊ diſpoſitio. Modo illud videt̄ eſſe cōtra doctri/
nam phi. qꝛ dixerat diuerſoꝝ generū ⁊c̄. Rn̄detur ꝙ nihil
refert aliq̄ dici adaliq̄d ſm̄ gen⁹ ⁊ nō ſm̄ ſpēm. Et h̄ veꝝ
eſt in relatiuis ſm̄ dici ⁊ nō ſm̄ eē Nā ſi gen⁹ ē adaliq̄d ſm̄
eē. ita ⁊ ſpēs ſub eo ɔtētē. Mō ea q̄ enumerata ſunt inter
ſpēs q̄litatis q̄ vident̄ eſſe relatiua ſiᷓ relatiua ſm̄ dici et nō
ſm̄ eē. Exēplificat textus de grāmatica ⁊ muſica q̄ bn̄ di/
cunt̄ adaliq̄d ſub noīe generis. nō tn̄ ſub noīe ſpeciei

Ad rationes ante oppoſitum. Ad primam



concedit̄ ꝙ nō debeant dici ꝓprietates ſm̄ aliquē modum
ꝓprij vt dr̄ text⁹. ſꝫ pn̄t dici q̄dā accn̄tia ɔueniētia q̄litatibꝫ
de ꝑma ⁊ tercia ſpeciebꝫ. ⁊ adhuc nō oībus. Ad ſcḋam
dr̄ ꝙ genus dr̄ eēntialis ſilitudo ſuaꝝ ſpēꝝ ⁊ ſpecies ſuorū
indiuiduoꝝ. Sed eēntialis ſimilitudo nō eſt ſimilitudo ꝓ/
prie dicta. ſed ſolum ſm̄ quid. vt patet ex definitione ſimili/
tudinis quā aſſignat Boetius.

Ecipit aūt facere ⁊ pati cōtrarietatez ⁊ ma
gis ⁊ minus. Calefacere eīm ad frigidū fa
cere cōtrariū eſt. ⁊ calefieri ad frigidū fieri. ⁊ dele
ctari ad cōtriſtari. idcirco recipit ɔtrarietatem
Sed ⁊ magis et minus calefacere eīm magis ⁊
min⁹ eſt. calefieri magis et min⁹. ɔtriſtari ma/
gis et minus recipit. ergo magis et minus face
re et pati. de his itaq̄ tanta dicunt̄. Dictū ē aūt
et de ſitum eē in his q̄ adaliq̄d ſunt. qm̄ denoia
tiue a poſitionibꝫ dr̄: de reliq̄s aūt ſcꝫ qn̄. et vbi
et habere eo ꝙ manifeſta ſunt nihil de eis aliud
dr̄ q̄ꝫ q̄ in ꝑncipio dicta ſunt. qꝛ habere q̄dē ſig/
nificat calceatū eſſe armatū eē. vbi autē in loco
eſſe. ſed et alia que de eis dicta ſunt. de ꝓpoſitꝫ
itaq̄ generibus que dicta ſunt ſufficiant

Querit̄. Utrū ſex vltima p̄dicamenta cauſen
tur a q̄ttuor ꝑmis Arguit̄ ꝙ non. qꝛ ſeq̄retur ꝙ nō eſſent
p̄dicamenta. Cōſequētia tenet. qꝛ p̄dicamenta dicunt̄ pri
ma reꝝ ꝑncipia. qḋ aūt eſt ab alio cauſatū nō eſt primuz. ḡ
⁊c̄. In oppoſitū arguit̄. qꝛ ſex vltima p̄dicamēta cauſant̄
ex ɔꝑatione alioꝝ q̄ttuor. nā actio a naturali potētia actiua
ɔꝑata ad illud qḋ agenti ſm̄ talē potentiā ſubijcit̄ cauſat̄.
Sed paſſio cauſat̄ a naturali potētia paſſiua ɔꝑata ad ip/
ſum agens. Qn̄ aūt ex adiacētia tp̄is ad rē tēporalē cauſat̄
Et vbi ex circūſcriptione actiua loci ⁊ paſſiua locati. Poſi
tio vero ex partibꝫ ordinatis in toto ⁊ loco. Et habitus ex
compatione rei habite ad rem habentē. Et ita patet ꝙ iſta
ſex p̄dicamenta ab alijs cauſantur

Sciend̄ū primo. ꝙ vt al's dictū eſt. predicta
predicamēta hn̄t ſimplices modos p̄dicandi. alia vero ſex
p̄dicamēta hn̄t modos p̄dicādi mixtos quēadmodū q̄dli/
bet illoꝝ aliq̄d de abſoluto ⁊ aliq̄d de reſpectiuo includit ſi/
cut patuit in inductōe facta poſt oppoſitū. ⁊ ita ſex vltima
predicamēta cauſant̄ a q̄ttuor ꝑmis. nō tn̄ ſicut inferiora a
ſuis ſupioribꝫ cauſant̄ formaliter. ſed magis ſe hn̄t q̄ttuor
ꝑma cauſando ſex vltima materialit̄ ⁊ effectiue. Et ob h̄
qꝛ phs late de his q̄ttuor determiauit. ideo breuit̄ de alijs
ſex ſe expedit. qꝛ ſi cognoſcant̄ quattuor ꝑma cuꝫ generali
enumeratione omniū geneꝝ poſita in ꝑncipio ſecūdi trac/
tatus huius libri poſſunt iſta ſex bene cognoſci

Sciendūꝫ ſecundo. ꝙ actio eſt cā paſſionis.
ideo de actōe ⁊ paſſione ſil̄ tractat Areſto. qꝛ tn̄ actio a na/
turali potētia actiua cauſat̄ q̄ oritur a forma. paſſio vero a
naturali potētia paſſiua q̄ orit̄ a materia. iō prius verbū fa
cit de actōe q̄ꝫ de paſſione. Et qꝛ actio et paſſio originant̄ a
ꝑncipijs intrīſecis ſubē q̄ ſunt materia ⁊ forma. Qn̄ vero
vbi et ⁊ habitus cauſant̄ a ɔꝑatōe alicui⁹ extrinſeci ad ſub
ſtantiā. ⁊ poſitio cauſat̄ ex ɔꝑatione nō ſimplici. ſed ꝑtiuꝫ
integraliū ad inuicē ad totū ⁊ ad locū. iō ꝑus loq̄tur phus
de actione ⁊ paſſione q̄ꝫ de alijs.

Sciendū tercio. ꝙ oīmis vox reducit̄ ad pre
dicamentū actionis que ſcat actū agētis effectiue ꝓcedere
in patiēs. Et ibi actio accipit̄ large nō ponēdo differentiaz
inter actōem ⁊ factōem. Et q̄ꝫuis actio ⁊ paſſio ⁊ agere et
pati idez ſcent. qꝛ tn̄ agere ⁊ pati notiori mō ſcant. q̄a ſm̄
actū exercitū ſcant actōem ⁊ paſſionē. Actio autē ⁊ paſſio
ſcant noīaliter ꝑ modū habitus ⁊ q̄etis. ideo Areſto. ver/
baliter ꝑ agere ⁊ pati notificat iſta duo p̄dicamenta. Simi
liter oīs illa vox reducit̄ ad p̄dicamentū paſſionis que ſig
nificat receptōem agētis actus in paſſum. ſiue talis actus
receptus ſit paſſi corruptiuus aut ꝑfectiuus Et ita accipit̄
hic paſſio large ꝓut ſe extendit ad paſſionē ꝑfectiuā ⁊ cor/
ruptiuā. Sed oīs illa vox reducit̄ ad p̄dicamentū qn̄ q̄ ſig
nificat aliq̄d eſſe in tp̄e ſm̄ aliquā tp̄is drn̄am vt fuiſſe he/
ri hodie eſſe. Illa aūt vox reducit̄ ad vbi q̄ ſcat aliq̄d eē in
loco ſm̄ quācunq̄ loci drn̄am vt eſſe ſurſum. eſſe in domo
et ſic de alijs. Sed illa vox reducit̄ ad p̄dicamentū ſitus q̄
ſcat ordinē ꝑtiū in toto ⁊ loco vt ſedere ⁊ ſtare. De q̄bus
in p̄dicamento adaliq̄d dicebat̄ ꝙ nō ſunt poſitōes ſed de
noīatiue dicunt̄ a poſitōibꝫ. Sed ad p̄dicamentū habitus
reducit̄ illa vox q̄ ſcat applicatōem rei habite ad habentez
ſm̄ quā res habita figurat̄ ad figurā habentis

Sciendū quarto: ꝙ vt habꝫ textus due ſunt
ꝓprietates actionis ⁊ paſſionis. ſcꝫ habere contrariū ⁊ ſuſci
pere magis ⁊ minus. exēpla patēt in textu. Et hee ꝓprieta
tes neq̄ oīmi neq̄ ſoli ɔueniūt Cōueniunt aūt illis actioni
bus ɔtraria habere ⁊ ſuſcipe magis ⁊ minus. ⁊ ſilr paſſio/
nibꝫ ab eiſdē illatis q̄ a naturalibꝫ potētijs actis cāt̄ Et ita
ɔtrarietas ⁊ intenſio ⁊ remiſſio repiunt̄ in actōe ⁊ paſſione
grā q̄litatū ſupra q̄s fundant̄. Aliā ꝓprietatē actionis po/
nit autor ſummulaꝝ quā accipit ab autore ſex ꝑncipioꝝ. q̄
eſt ex ſe inferre paſſionem ⁊ ex aduerſo ꝓprium eſt paſſioni
inferri ex actione. De definitionibus actionis ⁊ paſſionis ⁊
aliorum p̄dicamentoꝝ ⁊ de proprietatibus eorundem al's
latius determinabitur

Concluſio. ſex vltima p̄dicamenta cauſant̄ a
quattuor ꝑmis. nō tn̄ ſicut inferiora formaliter a ſuis ſupe/
rioribꝫ. Prima ꝑs ſatis oſtenſa eſt poſt oppoſitū. ⁊ ſecundā
partem ſatis ꝓbant rōnes ante oppoſitum

Uotiens autē ſolet opponi dicendum
eſt. Dicit̄ autē alteꝝ alteri opponi q̄drū
pliciter. aut vt adaliquid. aut vt contra
ria. aut vt habitus et priuatio. aut vt affirma/
tio et negatio. opponitur autē vnūquodq̄ iſto/
ruꝫ vt ſit figuratim dicere: vt relatiua: vt duplū
dimidio. vt cōtraria. vt maluꝫ bono. vt ſm̄ pri
uationem et habitum. vt cecitas viſui. affirma
tio et negatio. vt ſedet et non ſedet.

Querit̄ Utrum ſunt tm̄ quinq̄ poſtp̄dicamen
ta. ſcilꝫ oppoſitio prius ſimul motus ⁊ habere Arguitur
primo ꝙ iſta nō ſunt poſtp̄dicamenta. qꝛ poſtp̄dicamentū
dicit̄ qḋ ad vnū genus reduci non p̄t. Sed iſta ad vnū ge
nus ſeu p̄dicamentū reducunt̄ id eſt ad vnū p̄dicamentuꝫ
relatiōis. ḡ ⁊c̄. Scḋo ſic. habere eſt p̄dicamētū diſtictū ab
alijs ḡ n̄ ē poſtp̄dicamētū Ter⁹ ſic. ſi cognitō iſtoꝝ ſit neceſ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſaria ad cognitōem p̄dicamentoꝝ habendā ſequitur ꝙ de‑buiſſet pmitti eoꝝ determinatio determinationi p̄dicamen‑toꝝ. In oppoſitū eſt autoritas phi in textu

Sciendū primo ꝙ poſtꝙ phs determinauit de ipſis p̄dicamētis, put p̄dicamentū dr coordinatonē pre‑dicabiliū ⁊ ſubijcibiliū ſub aliquo vno pmo qd eſt pncipiū illius totius coordinatōnis. Cōſequēter in tercia pte pnci‑pali huius libri determiat de qbuſdā q noib ſuis ordina‑bilitatē dicūt. ⁊ tn̄ ad vnū genus reduci nō poſſunt. ſed in pluribꝰ reperiunt. Que ſunt oppoſitio pus ſimul motus et habere. iō neceſſe fuit de ipſis facere tractatū ſpecialē vt cō‑pleat coordinatio quocūꝙ mō ordinabiliū ⁊ p̄dicabiliū añ ꝙ determiet de ꝯpōne ⁊ diuiſiōe q ſſ actꝰ rōis ſecūdi Et ſic pꝫ qd ſit poſtp̄dicamentū. Eſt em̄ aliqd ſuo nomie co‑ordinabile quod tn̄ ad vnū genus p̄dicamētale reduci non pt. ſed in pluribꝰ repitur. Aliter aūt ſolet definiri poſtpredi‑camentū ſic. Qꝫ eſt qddā traditū ab Areſto. poſt ſpecialeꝫ determiationē p̄dicamētoꝝ valēs ad ꝯpletā ⁊ pfectā cog‑nitōem eorundē habendā. Et ſic pꝫ ordo ⁊ finis huꝰ ptis

Sciendū ſcdo. ꝙ quis ea q ſunt oppoſita et prius ⁊ ſimul ſint res ſeu entia que ꝯſiderat phyſicus et metaphyſicus. Rōne tn̄ oppōnis pozitatis et ſimultatis ptinent ad cōſideratōem logicā eo ꝙ intentōes iſtoruꝫ no‑minū oppoſitio pus ⁊ ſimul dicūt rōem cuiuſdā ordinatio‑nis. Siliṫ licet motus ſm illud qd eſt ſit res quaꝫ cōſiderat phyſicus. Reductio tn̄ ſpecieꝝ motus ad motuꝫ tanꝙ ad cōe analogū. Et etiā reductio diuerſaꝝ ſpēꝝ motus ad di‑uerſa p̄dicamēta ad logicū ptinꝫ. Licet etiā ex pte habētis ſumaṫ vnū ſpēale p̄dicamentū. ex pte tn̄ rei habite nō pt ſu‑mi vnū p̄dicamentū. qꝛ res habita in multis repitur. Et li‑cet talis res q habeṫ nō ſit de cōſideratōe logici. Reductō tn̄ illius rei ad ſuū p̄dicamentū ⁊ etiā coordinatio eius ad qd habet cauſam q p intentōem huius nomis habere ſigni‑ficaṫ ad logicum pertinet

Concluſio. tm̄ qnꙫ ſunt poſtp̄dicamenta. Probaṫ. qꝛ poſtp̄dicamentū eſt quoddā coordinabile qd ad vnū genus reduci nō pt. aut ergo tale ordinabile ſumi‑tur penes diuerſitateꝫ oim̄ geneꝝ aut penes ea q in genere ſunt cōtenta. aut penes reductōem oim̄ geneꝝ ad ſubſtā‑tiam. Si primū ſic eſt oppoſitio q eſt cā pma ois diuerſita‑tis. vt hꝫ Boe. Si terciū ſic eſt habere. Si ſcdm hoc ē du‑pliciter. aut ſumiṫ penes ea q p ſe ⁊ directe in genere ſtꝫ con‑tenta. ⁊ ſic eſt pus. qꝛ illa q ſic in genere cōtineṫ ſunt genꝰ et ſpēs. genus aūt pus eſt ſpē. Aut ſumiṫ penes ea in quibꝰ ſtat coordinatio tota cuiuſmodi ſunt indiuidua Et penes ea p que fit diuiſio coordinatoꝝ cuiuſmōi ſunt drn̄e. et ſic ſumiṫ ſimul Nā indiuidua ſunt ſiṫ ſub ſpē ⁊ ſpēs ſub ge‑nere. Et qꝛ in qlibet genere repitur potentia ⁊ actus ⁊ de potentia nō fit exitus in actū niſi p motū. ideo motus ali‑quo mō eſt in oibus generibus Et ſm hoc ſumiṫ poſtpre‑dicamentū quod eſt motus. Et ſic patꝫ ſufficientia poſtp̄‑dicamentoꝝ p quā etiā ſatis pꝫ ordo ipſoꝝ

Dubitaṫ. vtrum ſint tm̄ quattuoꝛ genera op‑poſitōis. ſcꝫ oppoſitio relatiua ꝯtraria puatia ⁊ ꝯtradicto‑ria Arguiṫ pmo ꝙ de oppōne nō ſit hic agendū. qꝛ oppo‑ſitio hꝫ fieri inter ꝓpōes de qbus hic nō agiṫ. g ⁊c̄ Secū‑doꝙ nō ſunt qttuoꝛ genera. qꝛ oppoſitio eſt relatio qdam. relatio aūt eſt forma eoꝝ quoꝝ vtrūꝙ eſt ens actu. ergo in‑ter affirmatōem ⁊ negatōem nō eſt oppoſitio. nec etiā inter puationē ⁊ habitū Tercio ſic. relatiua poſita ſe ponūt et perempta ſe pimunt. ergo inter ea nō eſt oppoſitio. ꝯſequē‑tia tenet. qꝛ natura oppoſitoꝝ eſt ꝙ poſito vno expellaṫ reli‑quū Quarto ſic. ꝯtraria ſunt forme poſitiue. ſed ens non opponiṫ enti. ſicut neꙫ bonū bono. neꙫ verū vero. g cōtra‑rietas nō eſt oppoſitio In oppoſitū eſt phs in textu.

Sciendū pmo. ꝙ forma oppōnis in rebꝰ ip‑ſis nō eſt niſi potētialiter. ⁊ eſt actualiter ⁊ ꝯpletiue in rōne et a rōne Et ob hoc qꝛ noſtra rō pt apprehēdere nō ens vt rē quandā poſitiuā ⁊ vt aliqd oppoſitū enti. iō intētio op‑poſitōis inter ens ⁊ non ens fundari pt. Quāuis talis op‑poſitio que eſt inter ens ⁊ nō ens nō eſt realis ſed ratōnis tm̄ eo ꝙ nō hꝫ duo extrema actu exiſtentia

Sciendū ſecundo. ꝙ oppoſitio ſm genꝰ bn̄ dr adaliqd ⁊ nō abſolute. nō tn̄ dr ſm ſuas ſpēs adaliqd Ex quo pꝫ ꝙ oppoſitio nō eſt relatio ſm eſſe. ſed ſoluꝫ ſm dici. mō nihil phibet qn interdū aliqd ſm genus ⁊ ſuo no‑mie cōi ſit adaliqd ſm dici. tn̄ ſm ſpēs eius in aliq predica‑mento reponiṫ vt patuit de ſciētia

Sciendū tercio. ꝙ oppō eſt repugnātia ali‑quoꝝ nō pmittentiū ſe ſiṫ eē in eodē ſubiecto reſpectu eiuſ‑dem. Et hec definitio vt hꝫ Boe. oibus oppoſitis ꝯuenit

Sciendū quarto. ꝙ oppō nō dr vniuoce de quattuoꝛ generibꝰ oppoſitionū ſed analogice. qꝛ pmo dr de cōtradictoria ex eo ꝙ eſt ſm affirmatōem ⁊ negatōeꝫ ſim‑pliṫ. Scdo de puatiua. qꝛ puatio eſt negatio qdam. Tercio de cōtraria. qꝛ ꝯtrarie forme eſſentiale habēt repugnantiā ſm rōnes ſuas ſpecificas ſm quas ſub vno cōi genere cō‑tineṫ. Quarto ⁊ vltimo de relatiua. qꝛ relatiuū ⁊ correla‑tiuū ſm ſuas formas ſpecificas nō habēt inter ſe eſſentialē repugnantiā imo ſe compatiūtur in eodem. ſed repugnan‑tiam habēt reſpectu vnius tercij.

Concluſio. tm̄ quattuoꝛ ſunt ſpēs oppōnis quod ſic pꝫ. qꝛ oīs oppō eſt repugnātia qdam. vel g talis eſt entis ad ens aut entis ad nō ens. Si primū. hoc eſt du‑pliciter. aut illa duo entia ſe expellūt ab eodē ſubiecto reſpe‑ctu eiuſdeꝫ ſm actū ⁊ potentiā. ⁊ ſic eſt relatiua oppō. aut ſm actū tm̄. ⁊ non ſm potentiā. ⁊ ſic eſt ꝯtraria. Si vero ſit repugnātia entis ad nō ens. hoc eſt dupliṫ. aut illud nō ens nullo mō eſt ens. ⁊ ſic eſt ꝯtradictoria oppō. aut eſt ens ſm quid. ⁊ ſic eſt oppō priuatiua. Priuatio em̄ relinqt ſubiectū cū potētia ad habitū ex eo ꝙ dr ens ſm qd

Ad rōnes dubij dr. ꝙ duplex eſt oppō. qdaꝫ eſt oppō que cōſiſtit in modis enūciandi idē p̄dicatū de eo‑dem ſubiecto. ⁊ de tali agiṫ in libro pihermenias. Alia ē op‑poſitio entiū non pmittentiū ſe ſimul in eodē ſubiecto. Et de tali agiṫ hic ſm ꝙ p termios incōplexos ſcanṫ talia en‑tia oppoſita. Secūda rō ſoluta eſt ſimiliter tercia Ad vltimā dr. ꝙ etiā in oibus formis poſitiuis que contrarie opponunṫ quodāmodo claudiṫ oppoſitio priuationis ⁊ ha‑bitus ⁊ ſm hoc pticipant rōem oppoſitionis

Ad rōnes ante oppoſituꝫ ad primā ⁊ ad ſe‑cundā patuit ſolutio Ad terciā dr. ꝙ cognitio iſtoꝝ poſt predicamentoꝝ magis ſubſeruit cognitioni ꝓprietatū ipſo‑rum p̄dicamentoꝝ. Et iō valet ad ꝯplementū cognitōis predicamentoꝝ habendū. ⁊ non ſimpliṫ neceſſaria eſt. neꙫ valet etiā ad cognoſcendū ea in ſe.

Quecūꙫ ergo vt relatiua opponunṫ ea ipſa que ſunt oppoſitoꝝ dicunṫ. aut quolibet aliter ad ea. vt duplū ipm̄ quod eſt alterius dr. alicu‑ius em̄ duplum dr. ſed ⁊ diſciplina diſciplinato



tanꙫ relatiue oppoſita eſt. ⁊ diciṫ diſciplina ip‑ſiꝫ quod ē diſciplinati. ſꝫ ⁊ diſciplinatū ipm̄ qd eſt ad oppoſitū diciṫ. i. ad diſciplinā diſciplina‑tuꝫ em̄ aliquē dicimus diſciplinatuꝫ diſciplina Quecūꙫ g oppoſita ſunt tanꙫ aliqd. ea ipſa q ſunt alioꝝ dicūt. aut qcūꙫ mō ad ſe inuicē Illa vero q ſunt cōtraria ipſa qdem q ſunt nullo mō ad ſe inuicē dicūṫ. neꙫ em̄ bonū mali bonū dr. ſed ꝯtrariū nec albū nigri albū. ſꝫ ꝯtrariū Que‑cūꙫ vero ꝯtrariorū talia ſunt. vt in qbus fieri nata ſunt de qbꝰ p̄dicanṫ. neceſſariū eſt alteꝝ ip‑ſorū ineſſe. nihil horū mediū eſt. Quoruꝫ vero neccāriū nō alteꝝ ineſſe hoꝝ oim̄ aliqd ē mediuꝫ vt languoꝛ ⁊ ſanitas in corpe aialis natura ha‑bent fieri. ⁊ neceſſariū ē alterū fieri eſſe in corpe aialꝭ vel ſanitatē vel läguorē. Sed ⁊ par et im‑par de numero p̄dicāṫ. et neccāriū eſt alteꝝ in nu‑mero eſſe aut abūdās aut pfectū. ⁊ nihil ē in me‑dio hoꝝ. neꙫ inter läguorē et ſanitatē. neꙫ in‑ter abundantē et pfectū. quoꝝ vero nō neccāriū eſt alteꝝ ineſſe. aliqd eoꝝ ē mediū. vt nigꝝ et al‑bū in corpe natura hn̄t fieri. ⁊ nō eſt neceſſariū alteꝝ hoꝝ eſſe in corpe. nō em̄ omne corpꝰ albū vel nigrū eſt. Sed et prauū et ſtudioſū p̄dicanṫ qdē de hoie et de alijs multis. ſꝫ nō eſt neccāriū alteꝝ hoꝝ ineſſe illis de qbꝰ p̄dicāṫ. nō em̄ oīa vel praua vel ſtudioſa ſunt. ſed ē hoꝝ mediū Al‑bi em̄ et nigri fuſcū et pallidū. et qcūꙫ ſunt alij colores. Praui vero et ſtudioſi qd neꙫ prauuꝫ neꙫ ſtudioſū dr. In aliqbꝰ itaꙫ noīa poſita ſtꝫ his q media ſunt. vt albi nigri fuſcū ⁊ pallidum In aliqbꝰ aūt noīa qdeꝫ in medio aſſignare nō eſt ydoneū. ſed p vtrorūꙫ ſūmoꝝ negatōnē qd mediū eſt determinaṫ. vt qd neꙫ bonum neꙫ malū eſt neꙫ iuſtū neꙫ iniuſtū

Queriṫ. vtꝝ relatiua oppoſitio ſit diſtincta a ꝯtraria. Arguiṫ ꝙ nō. qꝛ ꝯtraria ſm ꝙ ꝯtraria ſunt mu‑tuo ad inuicē referunṫ. g nō differūt Scdo ſic. videṫ ꝙ definitio ꝯtrarioꝝ nō ſit bn̄ poſita. qꝛ Pe. hyſ. dt ſub eodē ea genere eſſe poſita phs pō dt qnꙫ ſub eodē ge‑nere ⁊ qnꙫ ſub diuerſis. In oppoſitū eſt phs in te‑xtu. Et pmo videbiṫ de oppoſitōne relatiua. ſcdo vide‑bitur de oppoſitōne contraria.

Sciendū pmo. ꝙ relatiue oppoſita dicunṫ qcūꙫ hoc ipm̄ qd ſunt alioꝝ dicunṫ vel qmodolibꝫ ali‑ter ad aliud. Per pmā pticulā intelligunṫ relatiua ſm eſſe ſiue ſm rē vt duplū ⁊ dimidiū. p ſcdam pticulā rela‑tiua ſm dici vt diſciplina ⁊ diſciplinatū

Sciendū ſcdo. ꝙ aliud eſt loq de relatiuis inꙫtū relatiua ſunt. ⁊ aliud eſt loq de relatiuis inꙫtuꝫ oppoſita ſunt. In quantū em̄ relatiua ſunt poſita ſe po‑nunt ⁊ pempta ſe perimunt. ſed inquantū oppoſita ſunt expellunt ſe ab eodem ſuſceptibili ſm actum ⁊ potentiā et hoc reſpectu eiuſdem.

Sciendū tercio. ꝙ inter relatiuū ⁊ ſuū corre‑latiuū nō eſt oppoſitio eſſentialis put abſolute attendi‑tur ſm rōnes formales ſuaꝝ ſpēꝝ. Alias em̄ oīs pater‑nitas oīm filiatōni opponereṫ. ⁊ ſic non poſſent eſſe ſiṫ in eodē ſubiecto cuius oppoſitū reperiṫ. Eſt g oppoſitio inter ipa accn̄talis ⁊ nō abſoluta. ſꝫ in reſpectu ad ali‑qd extrinſecū. Vn̄ nō ſtat ꝙ idē ſit pater ⁊ filius reſpe‑ctu eiuſdē. Et in hoc differt relatiua oppoſitio a ꝯtra‑ria. qꝛ ꝯrietas eſt eſſentialis oppoſitio q abſolute atten‑ditur ſm rōes formales ſpecieꝝ q ꝯrie opponūtur. Et iō vna forma ꝯria a tota ſpecie ſua alteri opponiṫ. neꙫ ſm actū ſe pmittunt in eodeꝫ ſubiecto vt oīs albedo omni nigredini opponitur.

Sciendū quarto circa oppoſitōem ꝯtrariaꝫ ꝙ ꝯria ſunt q ſub eodē genere poſita ſunt ⁊ maxime a ſe inuicē diſtant. ⁊ ab eodē ſuſceptibili mutuo ſe expellūt cui viciſſim inſunt. niſi alteꝝ eoꝝ inſit a natura. Quā‑uis em̄ mediū cōparatū ad extrema ꝯrieṫ extremis non tamē maxime diſtat ab eis niſi inquantū pticipat aliud extremū quod maxime diſtat

Sciendū qnto. ꝙ ꝯtraria notificat Areſto‑teles in textu p diuiſionē dicēs ꝯrioꝝ qdā ſunt talia qꝝ neceſſe eſt ſemp alteꝝ ineē eoꝝ ſuſceptibili. ⁊ hec dicunṫ immediata exemplificat textꝰ vt ſanū ⁊ egrū circa cor‑pus aialis. par ⁊ impar circa numeꝝ. Alia ſunt ꝯtra‑ria quoꝝ nō eſt neceſſe ſp alteꝝ ineſſe ſuo ſuſceptibili vt ſunt albū nigrū. exemplū dat textus de prauo ⁊ ſtudio‑ſo. Nō em̄ eſt neceſſe oēm hoiem habitualiter eſſe ſtu‑dioſum vel prauū. Modo phs in textu capit iſta duo vt deſignant habitus diuerſos. Et ſi obijciaṫ inter qcū‑ꙫ ꝯria eſt motus. oīs aūt motus fit de extremo in ex‑tremū p mediū. g nulla ſunt ꝯria immediata. Rn̄r ꝙ ꝯtraria pn̄t duobꝰ modis ꝯſiderari. Vno mō p cōpa‑tionē ad ſubiectū qd eſt in potētia ad vtrūꙫ. ⁊ hoc mō inter qcunꙫ ꝯtraria eſt mediū qd ē ipm̄ ſubiectū Alio mō pn̄t ꝯſiderari ſm ſuas intentōnes ſimplices qbus ſcant ſimplices formas. Et iſto mō bn̄ ſunt aliq ꝯria immediata ſic ꝙ inter ipa nō ſunt media formaliter di‑ſtincta ab ipis q ſint eiuſdē generis ⁊ cauſenṫ ex pmix‑tione cauſaꝝ ipoꝝ extremoꝝ. Cuiuſmodi ſunt ꝯria q cām ſue ꝯrietatis accipiunt ab equalibꝰ in qbꝰ fundanṫ. Et hmōi ꝯria ſunt immediata. qꝛ rō eqlis in indiuiſibili ꝯſiſtit ſicut ſunt ſanū ⁊ egrū. ſanū em̄ in eqlitate ꝯſiſtit et egrū in inequalitate Et ſi dicaṫ ꝙ medicꝰ dicat eē me‑diū inter ſanū ⁊ egrū. vt cū aliqs ꝯualeſcit ⁊ incipit lan‑gueſcere. Diciṫ ꝙ medicus conſiderat ſanum ⁊ egruꝫ per cōparatōnem ad ſubiectum.

Sciendū ſexto. ꝙ in aliqbꝰ ꝯtrarijs media‑tis ſunt noīa impoſita. ſcꝫ in illis in qbꝰ forme ꝯrioꝝ ſunt pmiſcibiles ad forme medie ꝯſtitutōem vt eſt in colo‑ribꝰ odoribꝰ ⁊c̄. In aliqbꝰ aūt noīa non ſunt impoſita me‑dijs. ſ. in illis in qbꝰ forme ꝯrioꝝ ſunt pmiſcibiles ad de‑terminatōem forme medie. ſꝫ mediū in talibꝰ terminaṫ ⁊ denominaṫ p abnegatōem vtriuſꙫ extremi. vt mediū inṫ prauū ⁊ ſtudioſuꝫ dr qd nec ē puū nec ē ſtudioſum.

Concluſio. relatiue oppoſita ſunt diſtincta a ꝯrijs ⁊ etiā ab oībꝰ alijs oppoſitis. Probaṫ. qꝛ relatiue



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

oppoſita dicunť ad ↄuerſētiā hoc aūt alijs oppoſitis non cōpetit. ergo ab illis diſtinguunť. Itē relatiua oppoſita ſtꝫ entia poſitiua que ſe expellunt ab eodē ſm actū ⁊ ſm potentiā. hoc aūt alijs nō cōpetit. Itē relatiue oppoſita ſm hoc ipm qꝺ ſunt alioꝝ dicunť. ſcꝫ ſuoꝝ correlatiuoꝝ. nō ſic aūt ē de alijs oppoſitis. Itē inter ↄria ē eſſentialr oppō ⁊ abſoluta. ſic aūt nō ē inter relatie oppoſita. igiť relatiue oppoſita diſtinguunť a ↄrijs ⁊ ab oībꝫ alijs

Ad rōnes aī oppoſitū dꝛ ꝙ illa reduplicatō ſmꝰ ꝙ reduplicare pt formā ſpecialē ⁊ ſic falſuꝫ ē qꝺ aſſumiť vl' generalē. ⁊ ſic veꝝ ē. Alia ſoluiť ex dictis.

Priuatio ꝟo et habitꝰ dꝛ quidem circa idē aliquod vt viſio ⁊ cecitas circa oculū. Vlr autem dicere eſt. in quo naſciť habitꝰ. fieri circa hoc idez diciť vtrūqꝫ eoꝝ ordine. Priuari aūt tunc dicimꝰ vnūqꝺqꝫ hītꝰ ſuſceptibiliū. qñ id qꝺ natuꝫ eſt habere nullo mō hꝫ. Edentulū eñ dicimus nō qui nō habet dētes. nec cecū qui nō hꝫ viſū. ſed q (qñ cōtingit habere) nō hꝫ Quedā eñ genera tōes ſunt que neqꝫ dentes neqꝫ viſuꝫ habent. ſꝫ nō dicunť edētati neqꝫ ceci. Priuari vero et habere hītū nō ē hitus ⁊ priuatio. habitꝰ eñ eſt viſꝰ priuatio ꝟo cecitas. Habere viſuꝫ nō ē viſus. nec cecum eſſe cecitas. Priuatio eñ quedam eſt cecitas. cecū vero eſſe priuari nō priuatio eſt Nā ſi idez eſſꝫ cecitas et cecū eſſe. vtraqꝫ de eodē pdicareť nunc vero minime Sꝫ cecꝰ quidē dicitur hō. cecitas vero hō nullo mō dꝛ. Oppoſita aūt hec videnť eſſe. i. priuari et habere habitū tanqꝫ priuatio et habitꝰ. Modꝰ eñ oppōis idez eſt. nam ſicut cecitas viſui oppoſitū eſt ſic cecū eē ad viſum habere oppoſitū eſt. Nō eſt aūt neqꝫ qꝺ ſub affirmatiōe ⁊ negatōe iacet affirmatio ⁊ negatō Affirmatio aūt ē orō affirmatiua. ⁊ negatio eſt orō negatiua. Horū vero que ſub affirmatōe ⁊ negatōne ſunt nihil eſt orō Cōcedanť aūt ⁊ hec eē oppoſita alterutris tanqꝫ affirmatio et negatio Nā in his modꝰ oppōis idem eſt Sicut enim affirmatio aduerſꝰ negatōem oppoſita ē. vt qꝺ ſedet ei qꝺ nō ſedet. ſic ⁊ res que ſub vtroqꝫ poſita eſt. i. ſedere ad nō ſedere Quoniā aūt priuatio et habitꝰ nō ſic opponūtur vt ad aliquid manifeſtū eſt Neqꝫ eñ diciť viſꝰ hoc ipſū qꝺ eſt oppoſiti. viſus eñ nō ē cecitas viſus. nec alio vllo mō ad ipm dꝛ. Silr aūt neqꝫ cecitas dꝛ viſionis cecitas. ſed priuatio quidē viſionis. cecitas ꝟo viſionis nō diciť. Amplꝰ ad aliquid oīa reciprocatiua dicūť. quare ⁊ cecitas ſi eēt eoꝝ que ſunt ad aliquid vtiqꝫ ⁊ cōuertiť ad illud ad qꝺ diciť. ſed nō conuertiť Neqꝫ eñ diciť viſus cecitatꝫ viſꝰ. Quā aūt neqꝫ vt ↄtraria opponunť ea que ſm priuatione ⁊ habitū dicūtur. ex his manifeſtū ē. Quoꝝ eñ cōtrarioꝝ nihil eſt mediū. necē ē in quibꝰ nata ſunt fieri. aut de quibꝰ pdicanť alterū ipſorū ineē ſemꝑ. Horum eñ nihil erat mediū. quorum alteruꝫ neceſſe erat ineē ſuſceptibili. vt in lāguore ⁊ ſanitate ⁊ abundāti ⁊ pfecto. Quoꝝ ꝟo aliquid eſt mediū. nunqꝫ neceſſe eſt omni ineſſe alterum. Neqꝫ enim neceſſe eſt omni ſuſceptibili candidū vel nigrū ineſſe. neqꝫ frigidū vel calidū horum eñ medium aliquid nihil prohibet eſſe Hoꝝ aūt erat aliquid mediū quoꝝ nō erat neceſſe alteꝝ ineſſe ſuſceptibili. pter ea quibꝰ naturaliter vnū ineſt. vt igni calidū eſſe. et niui candiduꝫ In his aūt et determinate nccāriū ē alteꝝ ineſſe. et nō alterutrum cōtingit Nō eñ poſſibile eſt ignē frigidū eſſe. neqꝫ niuē nigrā Quare omni quidē ſuſceptibili nō ē nccārium alteꝝ eoꝝ ineſſe. ſed ſolis quibꝰ naturaliter vnū ineſt. et his determiate vnū nō alterutꝝ cōtingit In priuatione ꝟo et habitu nihil hoꝝ (que dicta ſunt) verū eſt. Nec eñ ſemꝑ ſuſceptibili nccāriuꝫ ē alterum eoꝝ ineſſe Quod eñ nōdū naturā habꝫ ad videndum. neqꝫ cecū neqꝫ viſū habēs dꝛ. ideoqꝫ nō erunt hec taliuꝫ ↄtrarioꝝ quoꝝ nihil ē medium Sꝫ neqꝫ quoꝝ eſt mediū. nccāriū eñ ē omī ſuſceptibili alteꝝ eoꝝ Qñ eñ iā natum fuerit ad habēdū viſionē aut cecū. aut habēs viſionē diceť. et hoꝝ nō determinate alteꝝ ſed alterutruꝫ cōtingit. In ↄtrarijs aūt quibus eſt mediū nūqꝫ neceſſariū fuit oī alterū ineē. ſed quibuſdaꝫ. et his determinate vnū. Unde palā ꝙ neutꝝ quia ſm neutꝝ modū tanqꝫ ↄtraria oppoſita ſunt ea que ſm priuatōem et habitū opponunť Amplꝰ in cōtrarijs quidē exiſtēte ſuſceptibili poſſibile ē in alterutrū fieri mutatōem niſi alteꝝ naturaliť inſit. vt igni calidū eſſe Nā qꝺ ſanum eſt poſſibile eſt lāguere. ⁊ cādidū nigꝝ fieri. et calidū frigidū et ex ſtudioſo prauū: et ex prauo ſtudioſū poſſibile ē fieri Prauꝰ eñ ad meliores exercitatiōes deductꝰ et ad doctrinas. vel ad modicuꝫ aliquis proficiet vt melior ſit ſi ꝟo ſemꝑ vel modicū cremētum ſumpſerit. palā eſt ꝙ aut perfecte mutabiť. aut ſatis multū cremētum ſumit Si eñ bene nobilior ad virtutē fiat vel qꝺcūqꝫ cremētuꝫ ſumpſerit a pncipio. ex hoc etiā veriſimile ē amplꝰ eum ſumere cremētum. et hoc dum ſēꝑ ſit pfecte in cōtrarium habitum reſtitueť. niſi forte lōgo tpe ſuſpēſuꝫ ſit. Uerum in priuatōne ⁊ habitu īpoſſibile eſt mutatōem in alteꝝ fieri Ab habitu eñ ad priuatōem ſit mutatio. a priuatōe vero ad habituꝫ impoſſibile ē Neqꝫ eñ cecus factus rurſum videt Neqꝫ cuꝫ eſſet caluus rurſꝰ comatus factꝰ eſt. Neqꝫ cum eſſꝫ ſine dētibꝰ dētes ei iterum exorti ſunt Quecūqꝫ vero tanqꝫ affirmatio et negatiō oppoſita ſunt palā ē ꝙ nullo pdictoꝝ modoꝝ oppoſita ſunt. in ſolis eñ iſtis neceſſariū ē ſꝑ aliud quidē eoꝝ verū eſſe. aliud aūt falſum neqꝫ eñ in ↄtrarijs nccāriuꝫ eſt ſꝑ alteꝝ veꝝ eſſe. alteruꝫ vero falſum. neqꝫ in his que ad aliquid ſunt. neqꝫ in habitu ⁊ priuatione: vt ſanitas ⁊ lāguor ↄtraria ſunt ⁊ neutꝝ neqꝫ verū ē neqꝫ falſuꝫ Silr aūt ⁊ duplum ⁊ dimidiū. tanqꝫ relatiua oppoſita ſunt. ⁊ nō ē eoꝝ neqꝫ veꝝ neqꝫ falſū. ſꝫ neqꝫ ea que ſm priuatōeꝫ ⁊ habitū ſunt. ſicut viſio ⁊ cecitas. omino aūt eoꝝ que ſm nullā cōplexioneꝫ dicunť nihil neqꝫ veꝝ neqꝫ falſuꝫ ē. porro omīa que dicta ſunt ſine cōplexione dicunť. Sꝫ maxie videbiť hoc tale ↄtingere in his que ſm cōplexionē dicūtur cōtraria. ſanum nāqꝫ eē ſocratē ad lāguere ſocratē ↄtrariū ē. ſꝫ licet in his ↄrijs ſemper alteꝝ veꝝ. alteꝝ aūt falſū ē. cū eñ ſit ſocrates erit aliud quidez veꝝ aliō aūt falſuꝫ. cū ꝟo nō ſit ambo falſa ſunt. neqꝫ lāguere neqꝫ ſanum eē veꝝ ē cū ipſe ſocrates oīno nō ſit In priuatōe ꝟo ⁊ habitu cū nō ſit neutꝝ veꝝ ē. cū ꝟo ſit nō erit alteruꝫ veꝝ hr̄e nāqꝫ viſum ſocratē ad id qꝺ ē cecuꝫ eſſe ſocratē oppoſitū ē: ſicut priuatio ⁊ habitꝰ. ⁊ cum ſit non ē nccāriuꝫ alteꝝ veꝝ vel falſū eē: cuꝫ eñ nōdū natꝰ ē hr̄e. vtraqꝫ falſa ſunt ⁊ viſum eū habere ⁊ cecuꝫ eū eſſe In affirmatōe ꝟo ⁊ negatiōe ſp ſiue ſit ſiue nō ſit aliud quidē erit veꝝ. aliud aūt falſuꝫ. lāguere nāqꝫ ſocratē ⁊ nō lāguere ſocratē cum ipſe ſit palā ē. ꝙ alteꝝ veꝝ alteꝝ aūt falſuꝫ ē et cuꝫ ſit ſilr. lāguere eñ cuꝫ nō ſit falſū ē. nō languere aūt veꝝ. quare in his ſolis pprīuꝫ erit ſꝑ alterū eoꝝ veꝝ ⁊ alteꝝ falſuꝫ eē quecūqꝫ tanqꝫ affirmatio ⁊ negatio oppoſita ſunt Cōtrariū aūt ē bono de nccītate maluꝫ. hoc aūt palā ē ꝑ ſingulorꝝ inductōem. vt ſanitati lāguor ⁊ iuſticie iniuſticia. ⁊ fortitudini debilitas. ſilr aūt ⁊ in alijs Malo aūt aliquando quidē bonuꝫ cōtrariuꝫ ē aliquando malū egeſtati (cum ſit malū) ſuꝑabundātia ↄtraria ē cuꝫ ſit ⁊ ipſa malū. ſꝫ in paucis hoc tale quilibet inſpiciet. in pluribꝰ ꝟo ſꝑ malum bono ↄtrariū ē Amplius ↄtrarioꝝ nō ē nccāriuꝫ ſi alteꝝ ſit ⁊ reliquum eē ſanis Nāqꝫ oībus ſanitas quidē erit. lāguor vero nō erit. ſilr aūt cū oēs ſint albi albedo quidē erit. nigredo ꝟo nō erit Amplꝰ ſi ſocratē ſanū eſſe ad id qꝺ ē ſocratē lāguere ↄtrariuꝫ ē cuꝫ nō ſit poſſibile vtraqꝫ eidē ſimul ineē nō erit poſſibile cū alteꝝ ↄtrarioꝝ ſit et reliquū eē. cuꝫ eñ ſit ſocrateꝫ ſanū eſſe nō erit lāguere ſocratē Palā ꝟo ē quia circa idē aut ſpē aut genere natura hūt fieri ↄrietates. lāguor nāqꝫ et ſanitas ī corꝑe aīalis natura habet fieri. albedo aūt ⁊ nigredo ſimplr ī corꝑe iuſticia ꝟo ⁊ iniuſticia in aīa. Nccāriū aūt ē oīa cōtraria vel in eodē genere eē vl' in ↄrijs generibus. vl' ipa eē gnā. albū eñ ⁊ nigꝝ in eodē genere ſunt. color eñ eoꝝ genꝰ. iuſticia ꝟo ⁊ iniuſticia in ↄrijs generibꝰ. huiꝰ eñ ꝟtus. huius aūt neqtia genꝰ ē. bonū ꝟo ⁊ maluꝫ nō ſunt in genere. ſꝫ ipa ſunt genera alioꝝ exn̄tia

Quæriť. vtꝝ priuatiue oppoſita diſtinguanť ab alijs oppoſitis. Arguiť ꝙ nō. q2 priuatiue oppoſita ſe hūt ſicut ens ⁊ nō ens. ſꝫ eodē mō ſe hūt ↄdictorie oppoſita. ergo ⁊c. Scđo ſic. vnū ↄrioꝝ dꝛ alterꝰ priuatio vt albū nigri calidū frigidi. ergo oppō priuatiua nō ē diſtincta a ↄria. In oppoꝰ ē phs in lrā. Priꝰ notabūť aliq de priuatie oppoſitꝫ. ⁊ ſcđo de ↄdictorie oppoſitis.

Sciendū pmo. ꝙ habitꝰ ⁊ priuatio hūt fieri circa idē ſubiectū qꝺ vtriuſqꝫ ſuſceptiuū ē ſm ordinem nature ⁊ tpe determinato. Qꝫ aūt nature determinatꝰ ordo reqrať in talibꝰ pꝫ: q2 ſi aī tps determinatū a natura nō habeat habitū nō dicimꝰ eū priuari. vt puer nō dꝛ edentulꝰ in pncipio natiuitatꝫ neqꝫ canis aī nonū diē cecꝰ. Rō ē. q2 cū natura nō abūdet in ſuꝑfluis neqꝫ deficiat in neceſſarijs ⁊ oīa naturalia pari mō menſurenť vt habeť ſcđo de generatōe. ſeqtur ꝙ ſi quis tpe quo natꝰ ē hr̄e habitū ⁊ nō hꝫ tūc priuatꝰ ē. ⁊ ſi ñ habeat habitū tpe quo nō ē natꝰ hr̄e: tūc nō dꝛ priuari. imo ſtat ꝙ in tali ſit naturale pncipiū habitꝰ. Uñ ē ↄſiderādum ꝙ priuatio dꝛ corruptōem pncipioꝝ habitꝰ in tpe determinato a natura in quo aptꝰ natꝰ ē eē habitus. Et iſtud vt hꝫ phs in quīto metaphyſice pt ↄtingere tripl'r. q2 vel ↄtingit circa idē ſubiectū in nūero vt hō diceret cecꝰ Uel circa idē ſubiectuꝫ in genere ꝓximo vt talpa diceret ceca. q2 ſm ſuū genꝰ. qꝺ ē aīal nata ē videre. Uel circa idē ſubiectū in genere remoto. hoc mō plāta diceret ceca ſm ſuū genus qꝺ ē viuēs ſeu aīatū eē. Et pmo ꝓprie dꝫ attēdi oppoſitio priuatōis et habitus. ⁊ nō in alijs modis. Ex dictis aliq ſequunť correlaria. Primū eſt ꝙ cecū ⁊ nō videns nō ↄuertunť ex eo ꝙ nō videns ↄdictorie opponitur videnti ſꝫ cecū priuatiue. Scđm ē ꝙ habitꝰ ſm viaꝫ nature pcedit priuatōem. q2 priuatio accidit ꝓpter corruptionē naturaliū pncipioꝝ hitꝰ tpe determinato a natura. Nō tñ oportet ꝙ hitꝰ ſꝑ actu pcedat priuatōem. ſꝫ ſufficit ꝙ ordine pncipioꝝ nature. Si aūt oporteret hitū actu pcedere priuatōem nullꝰ diceret a natiuitate cecꝰ aut priuatus. Terciū ē ꝙ ex habitu ↄtingit ꝑuenire ad priuatōnem ſꝫ nō ecōtra. Sꝫ ſi obijceret ↄ illud. q2 in oī motu naturali de priuatōe itur in habitū illꝰ priuatōis. q2 priuatio poniť pncipiū rei naturalꝭ. ergo ē falſuꝫ correlarm Rñť ꝙ duplex ē priuatio. quedā ē que priuat actū et habitudinē. vt eſt illa que ↄtingit ꝑ corruptōem naturaliū pncipioꝝ ꝑ quam ſubiectū hꝫ habitudinē ad habitꝰ ſuſceptōem. et de iſta



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

loq̄tur ph̄s in textu. Alia eſt ꝓuatō q̄ ꝓuat actū ⁊ nō aptitudinē. q꞉ nō corrūpit naturalia ꝑncipia ſubiecti ꝑ q̄ habilitatē hꝫ ad habit⁹ ſuſceptōem. Et de tali ꝓcedit rō. ſꝫ nō loq̄r ph̄s de tali. Quia nō hꝫ plenā oppōēꝫ ad ſuū habitū ſicut ꝓma. Et ꝑ dictis p̄t colligi definitio ꝓuatiue oppoſitoꝝ hec. Priuatiue oppoſita ſunt q̄ hn̄t fieri circa idē ſubiectū ordine irregreſſibili et tp̄e determinato a natura. In q̄nto metaphyſice ſic definit̄ ꝓuatio. Priuatio eſt carētia forme in ſubiecto apto nato. ſcꝫ vbi qn̄ et ſm ꝙ natū ē habere formā ſiue habitū.

Sciendū ſcd̄o. ꝙ ꝓuatū eē ⁊ habitū habere nō ſunt oīno idē qd̄ ꝓuatio et habit⁹. eſt tn̄ idē modus oppōīs inter ipa. Probat ꝓmū ph̄s in textu q꞉ ſi eēnt oīno idē de q̄cūqꝫ p̄dicaret̄ vnū et reliquū qd̄ eſt falſum Scd̄m pꝫ. q꞉ ꝓuatū eē et ꝓuatio hn̄t ſe ſicut ꝯcretuꝫ et abſtractum. mō ſilis eſt modus oppōnis inter ꝯcretū ⁊ abſtractū. cū nō differāt in re ſcata ſꝫ ſolū in mō ſcandi Exempla hoꝝ parēt in textu. Quantū ad ſcd̄m

Sciendū ꝓmo. ꝙ ꝯdictio ꝓprie int̄ cōplexa eſt. Ob hoc vltimo loco determinat ph̄us de ꝯdictiōe q꞉ min⁹ ꝑtinet ad hūc tractatū in q̄ agit̄ de ordine p̄dicabiliū q̄ ſunt dicibilia incōplexa. Quia tn̄ res oppoſite q̄dāmō intelligunt̄ eē ſub ꝯdictōe eo. ꝙ ꝯdictio ē ꝓma radix oppōīs. ideo tractando de oppoſitis oportuit etiā facere mentōem de ꝯtradictorijs

Sciendū ſcd̄o ꝙ res q̄ ſubſtāt affirmatōni vel negatōi nō ſunt idē qd̄ affirmatio et negatio. Probat text⁹ ꝑ definitōes affirmatōis et negatōnis. hmōi eīm res nec vere nec falſe ſunt. Tn̄ bn̄ ꝯſiderandū eſt ꝙ in rebꝫ ſtantibꝫ ſub affirmatōe et negatōe ē idē modus oppōis q̄ eſt inter affirmatōem et negatōem vt habetur in textu. Et ita lꝫ ꝯdictoria oppō ſit inter affirmatiōem et negatōem cōpletiue. tn̄ fundamētaliter eſt in rebꝫ affirmatiuis et negatiuis queadmodū etiā veritas et falſitas ſunt in rebꝫ ſicut in cauſa et fundamento. Ideo dt ph̄s ꝙ ab eo ꝙ res eſt vel nō ē orō dr̄ vera vel falſa.

Sciendū tercio. ꝙ affirmatio dr̄ tripl̄r ⁊ negatio ſil̄r. Uno⁰ dicunt̄ q̄litates enunciatōnis determinantes et ꝯhentes enūciatōem ad diuerſas ſpēs Alio mō dr̄ orō affirmatiua affirmās vnū de alio. Et negatio orō negatiua negās vnū ab alio. ⁊ hoc mō ſunt ſpēs enunciatōis. Alio⁰ dr̄ affirmatio ꝑs negatōnis. qn̄ idē negat̄ in negatiua q̄uis nō opponebat̄ negatio affirmationi vt ē ei⁹ ꝑs. Eſt tn̄ oppō in eo qd̄ dictū eſt Sꝫ ſi obijciat̄ ꝯdicta. q꞉ videt̄ ex iſtis ꝙ inter affirmatōem ⁊ negationē vt ſunt ꝑtes ꝯdictōis ſit ordo. q꞉ dictū eſt ꝙ negatio nō negat niſi qd̄ affirmatō affirmabat. et ſic affirmatio et negatio hn̄t fieri circa idē ordine q̄dā. ⁊ ꝑ ꝯn̄s opponunt̄ ad modū ꝓuatōnis et habitus. Dōm eſt ꝙ ordo ille q̄ eſt habitus ad ꝓuatōem eſt in re ipa et a natura determinat⁹. Ordo aūt q̄ eſt inter affirmatōem et negatōem eſt rōis tn̄ nec determinat⁹ eſt a natura. Itē poſſet obijci ꝙ alie orōes ab enūciatiua vident̄ eſſe affirmatiue et negatiue. ꝗ nō ꝯuenient ponunt̄ affirmatio ⁊ negatio. Rn̄r ꝙ alie orōes ab enūciatiua nō dicunt̄ affirmatiue et negatiue. q꞉ ꝓprie nihil affirmat̄ niſi veꝝ et nihil negat̄ niſi falſum qd̄ q̄dē veꝝ et falſum eſt ſoluꝫ in mente. Alie aūt orōes explicant mentis affectū in quo q̄dem affectu non eſt veꝝ vel falſum.

Cōcluſio. ꝓuatiue oppoſita ſunt diſticta ab oibꝫ alijs oppoſitis. Probat̄ ꝓmo de relatiuis. q꞉ relatiua ſm illud qd̄ ſunt alioꝝ dicunt̄. ſ. ſuoꝝ oppoſitoruꝫ ſic aūt nō eſt de ꝓuatiue oppoſitis vt hꝫ textus. Sꝫ ꝙ diſtinguant̄ a ꝯrijs patet ꝓmo de imediatis. q꞉ neceſſe ē ſꝑ alteꝝ ꝯrioꝝ imediatoꝝ ineſſe ſubiecto ſm actū. ſic aūt nō eſt de ꝓuatiue oppoſitꝫ vt oſidit̄ in textu. De mediatis vero ꝓbat textus. q꞉ poſſibile eſt ꝙ nūq̄ alteꝝ eoꝝ inſit ſubiecto. q꞉ ſꝑ p̄t ineſſe mediū. ſed cōpleto tp̄e determinato a natura neceſſe eſt habitū aut ꝓuatōem ineſſe ſuſceptibili. q꞉ inter habitū et ꝓuatōem nō eſt mediū. Et hoc tp̄e determinato. ſed ꝙ a ꝯdictorijs diſtinguant̄ pꝫ. q꞉ neceſſe eſt alteꝝ ꝯdictorioꝝ eſſe veꝝ et alterum eſſe falſum. ſic aūt non eſt de habitu et priuatione. q꞉ dicunt̄ ſine cōplexione.

Ad rōnes an̄ oppoſitū. Prima ſoluta eſt Ad ſcd̄am dr̄ ꝙ ꝯria pn̄t dupl̄r ꝯſiderari. Uno⁰ vt ſtꝫ forme poſitiue et abſolute maxime diſtātes ſub eodē genere ꝓximo ꝯtente q̄ fieri hn̄t circa idē ſubiectū ⁊ ſic opponunt̄ ꝯrie. Alio⁰ pn̄t ꝯſiderari ꝓ q̄nto in ipis eſt aliqd̄ vnū in q̄ ꝯueniunt qd̄ in vno eſt perfectiori mō q̄ in alio ⁊ ſic q̄dāmō in ipis ē oppō ꝓuatōis et habitus

Querit̄. vtꝝ veritas alicuius enūciatōnis ſit eterna et imortalis Arguit̄ ꝓmo ꝙ nō. nulla eīm enūciatio ſiue nomē enunciabile fuit ab eterno. ꝗ neqꝫ veritas enunciatōis eſt eterna. ꝯn̄a tenet. q꞉ veritas enunciationis nō eſt enunciatōe et enunciabili nō exn̄tibus. An̄s ꝓbat̄. q꞉ oīs enūciatio et oē enūciabile ē aliqd̄ ꝓductū et cauſatū. mō repugnat alicui ꝓducto et cauſato fuiſſe ab eterno Scd̄o ſic. ſi veritas alicuius enunciabilis eſſet eterna ſeq̄ret̄ ꝙ plura eēnt eterna q̄ vnum ꝯn̄s eſt falſum et erroneū. ꝗ ⁊c̄. In oppoſitū arguit̄. q꞉ niſi ſic ſeq̄ret̄ ꝙ illud ꝓmū ꝑncipiū de q̄libet affirmatio vel negatio de nullo ābo ſit̄ non eēt firme veritatis. Et cū illi ꝑncipio innitat̄ demōſtratō ſeq̄ret̄ ꝙ nihil firmiter vel certitudinaliter ſciret̄. Itē ſeq̄ret̄ ꝙ inter ꝯdictoria eēt mediū ꝑ abnegatōem extremoꝝ. Seq̄ret̄ etiā ꝙ doctrina de lege ꝯdictoriaꝝ non eēt ꝟa vl̄r q̄ dt ꝙ ſꝑ neceſſe eſt alterā ꝑtem eſſe veram et alteram eſſe falſam Et ad idē argueret̄ rōe Auguſtini. q꞉ an̄ mūdi generatōnem hec fuit ꝟa mundus erit vel nō. ſi non ſua ꝯdictoria erit ꝟa. alˢ due ꝯdictorie eēnt ſil̄r falſe. ſi ꝟa tūc veritas alicuius fuit ab eterno. Et ſi dicat aliq̄s ꝙ neqꝫ fuit ꝟa neqꝫ falſa ſeq̄tur incōueniēs ꝓus illatū. ſ. ꝙ int̄ ꝯdictoria eēt mediū ꝑ abnegatōeꝫ qd̄ ē ꝯ legē ꝯdictoriaꝝ ꝓpōnū.

Sciēdū ꝓmo. ꝙ ꝓpt̄ rōes an̄ oppoſitū aliq̄ tenēt ꝙ nulli⁹ enūciatōis veritas fuit ab eterno. q꞉ nulla enūciatio fuit ab eterno. Ad rōes rn̄t aliq̄ negando ꝯn̄am. q꞉ ab eterno nō ſꝑ fuit illud ꝑncipiū de q̄libꝫ affirmatio ⁊c̄. nec fuerunt ꝯdictoria. nec lex ꝯdictoriaꝝ. nec etiā illa enūciatio mūdus erit. Et ſic neqꝫ veritas neqꝫ falſitas ꝓut veꝝ ⁊ falſum accn̄tia ſunt enūciatōis vt dicūt iſti Sꝫ ad oppoſitū ſunt Auicēna Algazel Alforabi⁹ et Auguſtin⁹ q̄s inſeq̄tur Albt⁹ dicēs ꝙ rōes facte poſt oppoſitū ꝓcedūt iſto mō inferēdo. Pro q̄ eſt

Sciendū ſcd̄o: ꝙ qn̄ p̄dicatū ꝯcipit̄ in rōne ſubiecti eſſentiali ꝓpō ē ꝟa ſiue res exiſtat in vltimo actu nature ſiue nō ſiue eīm hō ſit in vltimo actu nature ſimiliter aīal ſiue nō ſꝑ hec ē ꝟa. hō eſt aīal. aīal ē corpus aīatū ſenſibile viuū et ſuba. Et non ſeq̄t̄ hō eſt ſuba. ꝗ hō eſt ens et hoc accipiendo ens ꝓprie vt dt actū exiſtē



di eo ꝙ eē actualis exiſtētie accidit ei qd̄ eſt. Qd̄ eſt ſic intelligendū ꝙ nō eſt de eſſentia alicui⁹ rei. Ob h̄ eſſentialis p̄dicatio a tali eſſe abſtrahit. Sic igit̄ ad veritatem enūciatōis ſufficit eſſentialis incluſio p̄dicati in rōne ſubiecti q̄ equalit̄ in rebꝫ exiſtentibꝫ actu et nō exn̄tibus ē dūmō poſſibiles ſtꝫ actu exiſtere Et hec ſubalis incluſio ſaluat̄ in ipaꝝ reꝝ ordinabilitate. Sꝫ ſi q̄reret̄ in q̊ fuit iſta reꝝ ordinabilitas ab eterno qn̄ res nō erāt in ſcipis. Dōm ē ꝙ fuit in ipis reꝝ rōnibꝫ ſiue ydeis q̄ ab eterno fuerūt in ſapiētia diuina ſiue in mente creātis et ordinantis. Sꝫ ſi obijciat̄ ꝙ in mente ꝓme cauſe non p̄t eſſe ordinabilitas vnius ad alteꝝ. q꞉ q̄cq̄d ē in intellectu diuino ē idē ſimpl̄r ⁊ in veritate idē exn̄s cū ipo intellectu q̄ idē eſt cū eſſentia diuina. ꝗ nō p̄t ibi eē pluralitas ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec ordinabilitas vni⁹ ad alteꝝ. Dōm eſt ꝙ in intellectu ꝓme cauſe dupl̄r ꝯſiderant̄ res. Uno mō vt ſunt idē realiter cū ipo intellectu ꝓme cauſe q̊ intelligunt̄. Et hoc mō cum intellect⁹ ꝓme cauſe ſit ſua eſſentia ꝑ quā cognoſcit oīa. veꝝ eſt ꝙ res in intellectu ꝓme cauſe ſunt ſimpl̄r ⁊ vnite. Nec ex ꝑte eſſentie diuine eſt ibi pluralitas ſꝫ ſunt idē cū itellectu diuino. Alio mō pn̄t ꝯſiderari vt ꝓducende ſiue ꝓducibiles. Et h̄ mō ſunt poſſibiles ad pluralitatē ⁊ ad ordinē q̄ ordo ⁊ pluralitas nō ſunt in ipo intellectu diuino ex ꝑte ipi⁹ intellectus diuini. ſꝫ ſunt in ipis rebꝫ ordinabilibꝫ. ⁊ ſic veritas fuit ab eterno. Et ſi q̄rat̄ vtꝝ talis veritas ſit creata vel nō ⁊ ſil̄r enūciabile. dr̄ ꝙ ꝙ eſt creabilis ⁊ nō creata ab eterno. Et q̄uis ſit in creatore ſm ſuā ydeā. rōe tn̄ differt ab ipa. hoc eſt ſm modū noſtrū ꝯcipiendi dūtaxat et ex ꝑte noſtra. Et hec ſentētia cōcordat cū dicto Porphirij q̄ dt ꝙ nulla ſpē aīalis exiſtente adhuc p̄t intelligi ſubſtantia animata ſenſibilis.

Concluſio. veritas alicui⁹ enunciatōis ē ab eterno. Qd̄ ꝓbat̄. q꞉ ad veritatem enūciatōnis ſufficit eſſentialis incluſio p̄dicati in rōe ſubiecti q̄ eq̄liter eſt in rebꝫ exiſtentibꝫ actu et non exiſtentibꝫ. ergo veritas alicuius enunciatōnis fuit ab eterno. ⁊ hec de primo.

Dubitat̄. vtꝝ bonū ⁊ maluꝫ opponant̄ ꝯrie. Et arguit̄ ꝙ nō. q꞉ malū nō dt aliquā eſſentiā poſitiuā. ꝑ quā aliq̄d ꝯſtituat̄ malū i eē ⁊ ope. Alias oporteꝫ incidere dān⁹tiſſimū errorē illoꝝ q̄ poſuerunt duo ꝑncipia ſimpl̄r ꝓma. vnū bonoꝝ et alteꝝ maloꝝ. ꝗ malū nō opponit̄ ꝯrie bono. ſꝫ ſolū ꝓuatiue. In oppoſitū videt̄ eſſe Areſtoteles in capitulo de oppoſitōne. pro reſponſione ad dubium eſt

Sciendū ꝓmo ꝙ bonū ⁊ malum pn̄t accipi dupl̄r. Uno⁰ formal̄r. ſ. ſub rōne formali boni et mali. hoc mō ꝓuatiue opponunt̄. q꞉ malū formal̄r dt deordinationē quādā alicui⁹ rei ad ei⁹ ꝓpriū ⁊ ꝯnaturalē finē ſiue operatōnem. Alio⁰ pn̄t accipi material̄r ꝓ actibꝫ ex q̄bꝫ cauſant̄ habit⁹ boni et mali. Et etiā ꝓ ipis habitibꝫ ex actibꝫ cauſatis. Et hoc mō malū ꝯriat̄ bono et etiā malo. Et hui⁹ cā ē. q꞉ bonū vno mō ē ⁊ ex vna cā ſola et integra ꝯtingit. Et iō in indiuiſibili et eq̄litate cōſiſtit q̄re n̄ ꝯriat̄ bono ſicut nec eq̄le eq̄li neqꝫ rectū recto Malū ꝟo infinitis modis ꝯtingit. q꞉ ꝑ defectū vnius ſoli⁹ circūſtantie accidit malū. iō malū bn̄ ꝯriat̄ malo ⁊ etiā bono. Sꝫ vt hꝫ textus in paucis repitur ꝙ malum ꝯriat̄ malo. ſ. in moralibus in quibus ſuperabundantia defectui contrariatur.

Sciendū ſcd̄o: ꝙ Areſtoteles in textu ponit aliq̄s ꝓprietates ꝯrioꝝ Prima eſt. ꝙ ſi vnū ꝯrioruꝫ fuerit in reꝝ natura nō oportet alteꝝ eſſe. Neceſſe eſt tn̄ ꝙ poſſit eſſe. q꞉ ꝯrioꝝ eadē eſt potentia. exempla patēt in textu. Scd̄a ꝓprietas eſt ꝙ ſicut enunciatōes ꝯrias non ꝯtingit ſil̄r eſſe veras. ꝯtingit tn̄ ſil̄r eſſe falſas. ita et formas ꝯrias non ꝯtingit ſil̄r eſſe in eodem ſubiecto pn̄t tn̄ ſil̄r abeſſe ſubiecto ſuſceptibili in habentibꝫ mediū et etiam in non habentibꝫ medium in ſubiecto nō ſuſceptibili. Tercia ꝓprietas eſt ꝙ ꝯria hn̄t fieri circa idē ſubiectū aut numero vt ſanū et egrū hn̄t fieri circa idē aīal numero. Aut ſpecie vt iuſticia et iniuſticia hn̄t fieri in aīa q̄ eſt eadē ſpē in oībꝫ hoībꝫ. Aut genere vt albū et nigrū circa corpus terminatū. Quarta ꝓprietas ē ꝙ oīa ꝯria aut ſunt in eodē genere ꝓximo vt albū et nigrū ſub colore. Aut in ꝯrijs generibꝫ vt iuſticia ſub virtute et iniuſticia ſub vicio. Uel oportet ꝙ iſta ꝯria ſm ſe ſint genera ꝯria vt bonū et malū. Eſt tamē aduertendū ꝙ iſtud intelligendū eſt de genere moris ſiue reꝝ. ſi ꝟo eēt ſermo de genere p̄dicamētali ſic eēnt in eodē genere ſcꝫ in ꝓma ſpē q̄litatis ⁊ hoc ſi capiant̄ vt dicūt habit⁹.

Ad rōes an̄ oppoſitū. Ad ꝓmā dr̄ ꝙ enūciabile aut enunciatio nō eſt aliq̄d creatū ab eterno. eſt tn̄ aliq̄d ab eterno creabile. ⁊ ita non ſequitur ꝙ ſint plura eterna. Et ſil̄r pꝫ q̄d ſit dōm ad ſcd̄am rōnem

Rius aūt alteꝝ altero dr̄ q̄drupl̄r. Primo q̄dē ⁊ ꝓprie ſm tp̄s ſm ꝙ. ſ. antiquius alteꝝ altero ⁊ ſeni⁹ dr̄ i eo eīm ꝙ tp̄s ampli⁹ ē ⁊ antiquus ⁊ ſeni⁹ dr̄ Scd̄o āt qd̄ non cōuertit̄ ſm ſubſiſtēdi ꝯn̄am vt vn⁹ duobꝫ ꝓꝛ ē. duobꝫ eīm exn̄tibꝫ mox ꝯn̄s ē vnū eē. vno autē exn̄te nō eſt nccāriū duo eē. idcirco nō ꝯuertit̄ ab vna ꝯn̄a vt ſit reliquū Pri⁹ āt videt̄ illd̄ eſſe a q̄ nō ꝯuertit̄ in eo q̄d ē eē ꝯn̄am. Tercio vero ſm quēdā ordinē ꝓus dr̄ queadmodū ⁊ in diſciplinis ⁊ in orōibꝫ. nā in demr̄atiuis diſciplinis ē ꝓus ⁊ poſteri⁹ ꝑ ordinē. elemēta eīm in geometria ꝓora ſunt his q̄ deſcribūt̄ ꝑ ordinē. ſꝫ ⁊ i grāmatica elemēta ꝓora ſunt ſyllabis. ⁊ in orōe ſil̄r ꝓhemiū eīm ꝓus ē narratōe ꝑ ordinē Amplius ſuꝑ ea q̄ dicta ſunt q̄d meli⁹ ē ⁊ honorabili⁹ prius eē videt̄. ꝯſueuerūt āt ⁊ plurimi honorabiliores ⁊ magis dilectos a ſe ꝓores dicere apud ſe Eſt q̄dē ⁊ pene alieniſſim⁹ ꝓoris h̄ mod⁹ Modi itaqꝫ q̄ dicti ſtꝫ de ꝓori iſti ſunt. videt̄ āt p̄ter eos q̄ dicti ſtꝫ alt̄ eē ꝓoris mod⁹ Eoꝝ ꝟo q̄ ꝯuertunt̄ ſm eēntie ꝯſequētiā q̄d alteri⁹ q̄uolibꝫ cā ē digne ꝓus natura dr̄. q꞉ ꝟo ſunt q̄dā hmōi palā ē. eſſe nāqꝫ hoīeꝫ ꝯuertit̄ ſm eēntie ꝯſeq̄ntiā ad verā de ſe orōem Naſi ē hō ꝟa ē orō q̄ dr̄ q꞉ ē hō et ꝯuertit̄ hō q꞉ ē. nā ſi vera eſt orō in q̄ dicit̄ hō eſt hoīeꝫ eē necc̄ē. Eſt āt vera q̄dē orō neq̄q̄ cā ꝙ ſit res. Uerūtn̄ videt̄ res q̄dāmō cā vt ſit orō vera. cū eīm res ē aut nō ē ꝟa orō aut falſa dicat̄

neccē ē Jōq₃ ſ₃ ānq₃ modos ṗus alteꝝ altero dr
Simul aūt dicunt ſimplr q̇dem et ꝓprie
quoꝝ generatio ē in codē tpe. neutꝝ eñ
neq₃ prius neq₃ poſteri⁹ ē eoꝝ. ſimul
ſtaq₃ hec dicunt ſm idē tps Naturalit āt etiā ſi
mul ſunt q̄cunq₃ ↄuertunt q̇dē ſm qđ eſt eē con
ſequētiā. ſ₃ nequaq₃ ē cā alteꝝ alteri vt ſit. vt i du
plo ⁊ dimidio. ↄuertunt eñ hec. nā cū ſit duplū
ē dimidiū. ⁊ cū ſit dimidiū ē duplū. ſ₃ neutꝝ eſt
cā alteri vt ſit Dicunt etiā ſimul naturalit. ⁊ q̄ ex
eodē genere e diuerſo diuidunt a ſeinuicē E di
uerſo āt diuidi dicunt q̄ ſm eādē diuiſionē ſunt
vt greſſibile volatile aq̄tile hec eñ e diuerſo di
uidunt q̄ ſunt ex eodē genere. aial nāq₃ diuidit i
hec volatile ⁊ greſſibile ⁊ aq̄tile. ⁊ nihil hoꝝ pri
us aut poſteri⁹ ē. ſ₃ ſimul ꝑ naturā hec eē vident
diuidit āt ⁊ ſingulū hoꝝ in ſpēs ruſ⁹. vt greſſi/
bile aial ⁊ volatile ⁊ aquatile. erūt ḡ ⁊ illa ſil' na/
turalit q̄cunq₃ ex eodē gnē ſm eādē diuiſionē
ſunt Genera ꝟo ſꝑ ṗora ſunt. neq₃ eñ ↄuertūt
ſm qđ eſt eē ↄ̄ñam vt cū ſit qđ aq̄tile ē aial: cū ꝟo
ſit aial nō neccē ē vt aq̄tile ſit Sil' ḡ ꝑ naturā di
cunt q̄cunq₃ ↄuertunt q̇dē ſm q̄d eſt eē ↄſeq̄n/
tiā. ſ₃ neq̄q₃ cā eſt alteꝝ alteri vt ſit. ⁊ ea q̄ ex eo/
dē genere e diuerſo diuidunt ab iuicē ⁊ ſimplr
ſil' ſunt quoꝝ generatio in eodē tpe eſt

Motus aūt ſpēs ſunt ſex. generatio cor/
ruptio. augmētū. diminutio. alteratio.
ſm locū mutatio. alij itaq₃ mot⁹ palā ē
qꝛ alij ab iuicē ſunt. nō eñ ē generatō corruptō
neq₃ augmētū diminutio. neq₃ alteratio ſm lo
cū mutatio ſilr āt alij. In alteratōe ꝟo h₃ q̄ſdā
q̄ſtionē ne forte neccāriū ſit id q̄d alterat ꝑ aliquā
reliq̄ꝝ motionū alterari. h āt nō ē veꝝ nā bñ ſ₃
oēs paſſiones aut pl'es alterari accidit nob nul
la aliaꝝ motionū cōicante. nā neq₃ h augeri ne
ceſſariū ē qđ ꝑ paſſionē mouet neq₃ minui. ſilr
āt ⁊ in alijs. Jōq₃ alia erit ṗter alios mot⁹ alte/
ratio. nā ſi eēt eadē opteret id qđ alterat mox au
geri vel minui. vl' aliaꝝ ↄ̄ñam motionū fieri. ſ₃
nō ē neccē. Silr āt ⁊ qđ augetur aut aliq̄ alia mu/
tatōe mouet alterari optebit S₃ ſunt q̄dā creſ/
cētia q̄ nō alterāt. vt q̄drāgul⁹ circūpoſito gno/
mone creuit q̇dē alteratū ꝟo nihil ē factū. ſ₃ ⁊ in
alijs hmōi. q̄re alij ſt mot⁹ ab iuicē. Eſt āt ſim/
plr q̇dē motui q̇es ↄ̄riū. his ꝟo q̄ ꝑ ſingula ſunt
gnātōi q̇dē corruptō. augmēto ꝟo diminutō. ſ₃
locū ꝟo mutationi q̇es maxime videt oppoſitū
eſſe: ⁊ forte in ↄtrariū locū mutatio. et ſi q̄ inferi
us eſt ei q̄ ſuperius ē. et ei que ſuperi⁹ ē ea q̄ in/
feri⁹ ē Reliquo ꝟo aſſignatoꝝ motuū nō ē faci
le aſſignare quid ↄtrariū Videt āt neq₃ eſſe ali
quid ei ↄtrariū. niſi q̇s et in hoc ſm q̄litatē q̇etē
opponat. aut in ↄtrariū locū mutationē Eſt eñ
alteratio mutatio ſm q̄litatē. quaꝓpt' oppoſita
erit ſm q̄tita tē mutatōi. q̇es ſm q̄litatē. aut in
ↄ̄riū mutatio q̄litat vt albū fieri ad id qđ ē nigꝝ
fieri. Alterat eñ in ↄ̄riū q̄litat mutatōe facta

Habere āt mult mōis dr Aut eñ tāq₃ hitū
⁊ affectū. aut aliā q̄libz q̄litatē. dicimur ei
diſciplinā hr̄e atq₃ ꝟtutē Aut q̄titatē qđ ↄtigit ei
q̇ h₃ magnitudinē. dr eñ bicubitū Aut vt ea q̄
circa corp⁹ ſunt vt veſtimētū vl' tunica Aut in
mēbro vt i manu anulū Aut vt mēbrū vt manū
vel pedē Aut i vaſe vt i modio grana tritici. aut
in lagena vinū. vinū eñ hr̄e lagena dr ⁊ modius
grana tritici. ḡ oia dñr vt i vaſe Aut vt poſſeſſio
nē. hr̄e eñ domū vl' agꝝ dicimur. Aut etiā vir
vxorē hr̄e dr. et vxor virum ſ₃ videt alieniſſim⁹
q̇ nūc dict⁹ ē mod⁹ eē i eo qđ ē hr̄e. nihil eñ aliđ
vxorē hn̄do ſcam⁹ niſi qꝛ cohabitat Forte ⁊ alij
q̇dā apparebūt modi de eo qđ ē hr̄e. ſ₃ q̇ ↄſuete
rūt dici pene oēs enumerati ſunt

Querit. vtꝝ ṗus ⁊ ſiml' ſint poſtp̄dicamēta.
Arguit q̄ nō. qꝛ ṗus dr relatiue ad poſteri⁹. ḡ ē in ge/
nere relatōis Scđo ſic. poſteri⁹ nō ponit poſtp̄dica/
mentū. ḡ nec ṗus Tercio ſic. ſimultas ē rela° eoꝝ q̄
dicunt ſil'. ḡ n̄ ē poſtp̄dicamētū In oppo^m ē phs in textu

Sciendū ṗmo. q̄ poſtq₃ determinatū ē de
oppōne q̄ ſumit penes diuerſitatē oim geneꝝ. ↄſequen/
ter determinat Areſtoteles de ṗori ⁊ poſteriori que ſu
munt penes ea q̄ ꝑ ſe ſunt in genere ↄtenta. ſ. in ipſo ſm
ordinem ꝑticipātis et ꝑticipati cuiuſmodi ſunt genus
et ſpēs. Deinde determinat Areſtoteles de ſimul qđ
ſumit penes ea ꝑ que fit diuiſio geneꝝ in ſpēs q̄ ſunt ſil'
ſub genere cuiuſmodi ſunt differentie diuidētes genus
Et penes ea in quibus ſtat hmōi diuiſio cuiuſmodi ſt
indiuidua que ſimul ſunt ſub vna ſpecie

Sciendū ſcđo q̄ vt h₃ textus aliq̇d dr ṗus
altero quadruplr ⁊ hoꝝ modoꝝ numeratio clare habet
in textu et etiā in ſummulis. ideo nunc relinq̄tur. Ad/
uertendū eſt tñ q̄ diuiſio prioris in modos eius non eſt
diuiſio generis ſed analogi vt patet intuenti. Inter q̄s
modos vt habet textus quart⁹ eſt alieniſſimus Et ad
huc ṗter iſtos quatuor modos ⁊ poſitos ab antiquis q̄
ṗceſſerunt Areſtotelē ſuꝑaddit Areſtoteles vnū aliū
modum qui ante tempus ſuū nō erat in vſu. vt dr Bo/
etius. ſed iſte etiam modus clare habetur in textu ſum/
mulaꝝ et etiam in textu phi. Exemplificat Areſtote/
les de dicto alicuius enunciatōnis et de ipa enunciatio
ne q̄ ↄuertit quo ad veritatem et quo ad falſitatē. vt ſi
hominē eſſe eſt verum. enunciatio hoc ſignificans. ſ. ho/
mo eſt. eſt vera et cōuertitur. Non tamē ideo homo eſt
quia hec enunciatio vera eſt homo eſt. vt habet textus



ſed econtra. quia ab eo q̄ res eſt vel non eſt orō dicitur
vera vel falſa et nō econuerſo. Et ſic pat₃ de modis pri
oris. Unde et ſi alij repiuntur modi ſicut ṗus in ſpacio
et prius in motu qui ponūtur quinto metaphiſice pa/
rum conferunt ad cognitōnem p̄dicamentoꝝ. ideo hic
nō ponuntur. Unde ſufficientia quinq₃ modoꝝ prio/
ris ſic poteſt haberi. Quia vel genera oim p̄dicamento
rum referunt ad ſua ṗncipia. vel ad ea q̄ intrinſecal ſunt
eis ſm eſſe. vel ad ea q̄ intrinſeca ſunt eis ſm ambitum ſue
cōtinētie. vel refert vnū genus ad alteꝝ puta ſuba ad acci
dens. Si ṗmū ſic eſt ṗmus modus. ſi ſcđm ſic eſt terci⁹. ſi
terciū ſic ē ſcđs. Si q̄rtū h ē duplr. vel ↄꝑat ſuba ad accn̄s
ſm dignitatē quā h₃ ad ipm. ⁊ ſic eſt q̄rtus modus vel ſm
q̄ eſt cā eius. ⁊ ſic eſt q̄ntus modus. Alio mō faciliori ⁊ fa/
miliari magis p̄t dari hec ſufficiētia que in expoſitiōe ſum
mulaꝝ dari ſolet. ideo hic non repetitur.

Sciendū tercio. q̄ ſimul nō eſt oppoſitū ad
prius ſed eſt diſꝑatū ad ipm. iō nō optet tot modis dici ſil'
quot modis dr ṗus. Sed ṗus opponit ad poſterius. ideo
quot modis dr vnū tot modis dr reliquū. Et poſitis mo
dis prioris ponuntur modi poſterioris. Et non faciunt ni
ſi vnū poſtpredicamentum

Sciendū q̄rto. q̄ ſimul dr tribꝰ modis q̇ modi
habent in textu phi. ⁊ etiā in ſummulis. iō hic nō repetunt.
Et q̄buis alijs modis dicat ſimul vt ſimul ſm locū. illi tñ
modi mime ↄferūt ad cognitiōē p̄dicamentoꝝ. iō hic non
determiat de ipis. Sufficiētia aūt triū modoꝝ ſil' p̄t ſic da
ri. qꝛ q̄cunq₃ dicunt ſil' vel dicunt ſil' tpe. ⁊ ſic eſt ṗmus mo/
dus. vel ſm naturā. hoc eſt duplr. qꝛ vel ↄuertunt ſm illud
qđ eſt ſubſiſtēdi ↄ̄ñtia. ſed nequaq₃ cā eſt alteꝝ alteri. ⁊ ſic ē
ſcđs modus. vel nō ↄuertunt. ⁊ ſic eſt tercius mod⁹. Itē
ſubſiſtēdi ↄ̄ñtia eſt q̄ñ ꝓpter vnū ſubſiſtere in actu ſm eſſe
neceſſario ponit ⁊ reliquū ſubſiſtere in actu. vt ſi ponantur
duo ſubſiſtere in actu. neceſſario ponit et vnū ſubſiſtere in
actu ſed non econuerſo

Cōcluſio. ṗus ⁊ ſimul ſunt poſtpredicamēta
diſtincta a ſe inuicē ⁊ ab alijs. Prima ꝑs p₃ ꝑ definitionē
poſtp̄dicamēti ṗus poſitā ipis ↄuenientē. Scđa ꝑs ſatis
ſubiecto in ſubiectum. ſic eſt ſolum in tribus generibꝫ. ſc;
quantitate. qualitate. ⁊ vbi. vt determiat Areſtoteles q̄n
tō phyſicorum. Tercio modo conſideratur ſm ꝙ eſt for/
ma mouentis ab ipſo procedens in illud quod mouetur. et
iſto modo motus eſt qualitas ſm quam mouens quale
dicitur. Et dr̄ habitus ſi ſit actus perfectus ⁊ entis perfe
cti. Sed dr̄ diſpoſitio ſi ſit entis imꝑfecti.

Cōcluſio ſecunda. Naturalis proprietas
actionis eſt ex ſe inferre paſſionem in illud quod ſubijcitur.
quia actio eſt effectiuus actus agentis ab agente. Paſſio
vero eſt receptio illius actus agentis. ſed effectiuus actus
agentis cauſat ⁊ infert receptionem eius in id quod ſubij
citur. ergo omnis actio eſt de ſe inferens paſſionem. Et li
cet gladius vel homo inferat paſſionem. hoc tamen nō eſt
per ſe. ſed per ſuam actionem. ideo iſtud conuenit ſoli acti/
oni et omni ¶ Sed contra hoc arguitur in textu. quia
actio quandoq; infert actiōem. ſicut actio eius quod a ſe
ipſo mouetur principalis ſc; agentis infert actionem illi/
us quod per aliud mouetur. ſc; inſtrumenti. ergo non om
nis actio infert paſſionem. Ad hoc reſpondet Gilber/
tus ꝙ motus inſtrumenti poteſt dici actio reſpectu vlti/
mi effectus. ſed poteſt dici paſſio reſpectu principalis agē/
tis. ⁊ ſic pt̄ dici actio ⁊ paſſio. Sed actio principalis agen
tis eſt actio tm̄ ſic ꝙ non eſt paſſio. talis autem actio prin
cipalis agentis per ſe cauſat aliam inq̄tum eſt paſſio. ⁊ ſo
lum ex conſequenti ⁊ per accidens inq̄tum actio. ¶ Et
ſi iterum arguatur. quia ſi actio infert paſſionem paſſio nō
erit primum principium ſeu predicamentum. ſed videbi/
tur eſſe in genere actionis. Reſpondet Gilbertus por
ritanus in textu. ꝙ res vnius primi principij ſeu predica
menti poteſt eſſe cauſa effectiua rei alterius primi princi/
pij ſeu rei alterius predicamenti. nec propter hoc ſequitur
ꝙ omnia ſint eiuſdem generis. quia talis cauſa non eſt in
genere cauſe formalis. Et hoc probat inductiue in plu
ribus predicamentis. ſicut calor qui eſt qualitas gig/
nit calefacere quod eſt actio. Similiter poſitio eſt cauſa aſ/
peritatis ⁊ lenitatis. que ſunt qualitates. ⁊ poſitio eſt cau
ſa longitudinis ſuperficiei ⁊ corporis Et vna quantitas
bene facit aliam ſicut punctum lineam. linea ſuperficiem.
ſuperficies corpus. Similiter corpus eſt bene cauſa habi/
tus. et in genere ſubſtantie indiuidua prius genita vt in
corpore ſimplici ſunt cauſe poſterius genitorum vt cor/
porū mixtorū. ⁊ generatio indiuiduorū eſt cauſa generatio
nis ſecūdarum ſubſtantiarū.

¶ Concluſio tercia. In actione ⁊ paſſione
reperitur contrarietas. ⁊ ſuſceptio magis ⁊ minus. Pro/
batur inductiue. quia ſecare ⁊ plantare contrariantur. ſi/
militer vrere ⁊ humidum facere. ⁊ calefieri ⁊ infrigidari
ſuſcipiunt magis ⁊ minus. Sed tamen iſte proprietates
primo ⁊ per ſe conueniūt qualitati ⁊ non actioni ⁊ paſſio/
ni niſi inq̄tum effectiue cauſantur ex habētibꝫ contrarium ⁊
magis ⁊ minus ſuſcipientibꝫ

¶ Ad rōnes aū oppoſitū. Ad primam dicitur ꝙ
ſi accipiatur motus vt eſt actus imperfecti entis intellige
re ⁊ velle non ſunt motus. ſed capiendo ipſum prout eſt
actus entis perfecti vel operatio agentis ſic ſunt in motu
¶ Ad ſecundam dicitur. ꝙ licet actio ⁊ paſſio ſimul cau/
ſentur ab agente. tamē prius natura ab eo cauſatur actio.
et per actionem infertur paſſio. ¶ Ad terciam dicitur
ꝙ forme abſolute ſolum primo ⁊ per ſe habent contrari/
um. ⁊ ſuſcipiunt magis ⁊ minus. Sed forme reſpectiue
poſſunt ex conſequenti habere contrarium prout fundan
tur in formis contrarijs.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Paſſio autem eſt effectus illatioꝗ actiõis ſm quam hec patiuntur. illa vero minime ſm ꝙ quedam quibuſdam animantiora ſunt: vt animantius brutum arbore eſt: animantius vero rationale irrationali eſt. Omnia vero que de generatione dicta ſunt. ⁊ eadem etiam dici poſſunt de ea (que in rebus eſt) actione. quadam vero prolatõe non recta ſed in tranſmutatione Eſt em̄ pati eorū que multipliciter dicuntur. Anime em̄ actionum vnaqueꝗ paſſio dr̄ quas qdem ſub actione locamus. vt amor: odium. triſtari gaudere. que omnia paſſibiles actiones anime appellamus. Dicit̄ quoꝗ paſſio que in naturam agit. vt morbus febris egritudines ⁊ reliqua. q̄ qualia dicta ſunt. Paſſio vero vt dictum eſt ꝓma generatio actionis eſt non eſt autem in agente paſſio. ſed in quo agitur. ⁊ in eo qꝺ operantis actum ſuſcipit. Percutiens em̄ pati non dr̄. ſed materia ictum ſuſcipiens Et de paſſione qdem hec dicta ſufficiant. Ea autē que nunc relinquūtur. in eo (qui de generatione eſt) libro tractantur

Queritur. Utrum definitio paſſionis ſit bene aſſignata in qua dicitur Paſſio eſt effectus illatioꝗ actionis. ¶ Et arguitur primo ꝙ non. quia nullum primū ꝓncipium eſt effectus. ſed paſſio eſt vnum ꝓmum ꝓncipium ſeu predicamentum. ergo non eſt effectus. ¶ Secundo ſic. quia idem non eſt cauſa ſuipſius. ſed actio et paſſio ſunt idem. cum ſint vnus motus. ergo paſſio nõ eſt effectus actionis. ¶ Tercio ſic. effectus ⁊ illatio idem ſunt. ergo in iſta definitione eſt nugatio. In oppoſitum eſt Gilbertus.

¶ Sciendum primo. Qꝺ poſtq̄ Gilbertus determinauit de actione. Hic conſequenter determinat de paſſione. Cuius ordinis ratio duplex eſt Prima eſt. qꝛ actio oritur a forma paſſio vero a materia. mõ forma via perfectionis prior eſt materia. Secunda eſt. quia actio ad paſſionem comparatur vt cauſa effectiua ad effectū. modo cauſa naturaliter precedit effectum. et determinando de paſſione ponit definitionem ⁊ diuiſionem eius. ⁊ nõ aſſignat proprietates eius. qꝛ ſatis haberi poſſunt ex his q̄ dicta ſunt tractando de actione

Sciendum ſecūdo. ꝙ in ipſa paſſione duo reperiūtur. Primum eſt actus agentis in patiens receptꝰ Secūdū eſt cõtinuꝰ fluxus talis actus ab agente. rõne ꝓmi paſſio dr̄ effectꝰ rõne ſcdi dr̄ illatio. ideo ꝯuenienter ponitur vtrūꝗ in definitione. et qꝛ effectus qui ſe extēdit ad effectum permanentem ⁊ in facto eſſe. ⁊ etiam ad effectū ſucceſſiuum. ⁊ in fieri ꝯmunior eſt q̄ illatio. que ſolum dr̄ de effectu in fieri. Ideo conuenienter ponitur effectus ante illationem.

Sciendum eſt tercio. Qꝺ ſm illatõem actionis quedam patiuntur, ⁊ ſunt ſuſceptiua forme agentis ꝑ tranſmutationem. ſicut illa que cõmunicant in materia cū agente. et ſic illorum quorum materia eſt eiuſdem ratõis eſt mutua actio ⁊ paſſio ad inuicem Et quedam ſunt magis paſſibilia ab agentibꝫ q̄ alia. quedam vero minus ſm ꝙ quedā ſunt maioris reſiſtentie vł minoris. vel ſunt magis vel minus diſparata vel diſpoſita ad formam agẽtis Et ſm hoc dicit textus ꝙ bruta in quibus eſt complexio magis reducta ad mediū ſunt animantiora plantis. Et ſimiliter de hoie reſpectu brutorū. rõnale em̄ eſt animantius bruto. non qꝛ in homine anima ſit intenſior q̄ in bruto. vel qꝛ in homine ſint plures anime. ſed quia anima in homine pluribꝫ potentijs operatur q̄ anima in brutis. et adhuc ſm eaſdem potentias perfectiori modo operatur in homine ꝓpter meliorem diſpoſitõnem ſue materie que magis eſt redacta ad medium complexionis q̄ in brutis ¶ Eſt etiam aduertendū ꝙ omnia que dicta ſunt de actione ſuo modo dici poſſunt de paſſione tranſmutata prolatione. qꝛ ſicut dicitur ꝙ actio firmatur in motu qui eſt actus mouentis. ita paſſio firmatur in motu qui eſt actus mobilis. Similiter quedam ſunt paſſiones anime. vt ille que incipiūt ab anima. vt gaudere triſtari ⁊ hmõi. et quedam ſunt corporis. vt infrigidari egrotari ⁊ hmõi. Proprium etiam paſſioni eſt ꝙ inferatur ab actione ſicut actioni ꝓprium eſt ex ſe inferre paſſionem. Similiter habere ꝯtrarium ⁊ ſuſcipere magis ⁊ minus ꝯueniunt paſſioni ſicut actioni. ⁊ in textu actio vocatur generatio. quia in actione quādoꝗ eſt generatio forme agentis in patiens. ſi agens ſit vniuocum. Sed paſſio vocat̄ actio que eſt in re. qꝛ paſſio ⁊ motus ſunt res acte ꝑ actõem agentis.

¶ Sciendum quarto. Qꝺ paſſio vt dicit̄ in textu dr̄ multipliciter. Nam ꝓmo ꝓprie ſumit̄ put denominat introductõem forme cū abiectõe forme ꝯueniẽtis ſicut patit̄ aqua cū calefit. Secūdo modo ſumit̄ magis ꝓprie. vt dr̄ introductõem vnius forme cū abiectione forme alterius. ſiue forma introducta ſit ꝯueniens ſiue diſcõueniens. ⁊ hoc modo patit̄ tam ille qui egrotat q̄ ille qui ſanatur. Tercio mõ ſumitur paſſio ꝯmuniter vt noīat receptõem forme in aliquo ſine abiectõe alterius forme. et hoc mõ pati nõ eſt aliud q̄ recipere. et hoc modo oīe illud quod dr̄ recipere actum agentis dr̄ pati. ⁊ paſſio ſe extendit tam ad paſſionem corruptiuā q̄ ꝑfectiuam. put intelligere ⁊ ſentire dicūtur quedam paſſiones. ¶ Aduertēdum eſt etiam ꝙ ſicut actio magis denominatur per agere in concreto q̄ per hoc nomen actio. ita ſimiliter paſſio magis proprie denominatur per hoc verbum pati q̄ per hoc nomen paſſio. et ſicut actio non definitur definitione propria ⁊ quidditatiua. cum ſit genus ſupremum nõ habens ante ſe genus ⁊ differentiam. ita etiam paſſio definitur ſolum defintione deſcriptiua ſiue cauſali. Et tales definitiones ſunt ſermones maioris declarationis q̄ definitum. ¶ Concluſio predicta definitio paſſionis eſt bene aſſignata. ꝓbat̄ ꝑ ꝯditões bone definitõis

¶ Ad rõnes ante oppoſitū Ad ꝓmam dr̄ ꝙ licet nullum primū principium ſit effectus in genere cauſe formalis cum ſit primū principium formale omniū de ſua coordinatione. tamen nihil prohibet in genere cauſe efficiẽtis. et ſic paſſio infertur ⁊ cauſatur ex actione ¶ Ad ſecūdam ⁊ ſiliter ad terciā ſatis patuit ſolutio ex dictis

Quando vero eſt quod ex temporis adiacentia relinquitur. Tempus aūt quando



non eſt. vtriuſꝗ autem ratio cõmixta. vt tempus quidem p̄teritum quando non eſt. Effectus autem eius ⁊ infectio que eſt ſm quam dr̄ aliquid fuiſſe quādo qdem eſt: inſtās qdē quādo non eſt ſed ſm qꝺ aliquid equale vel inequale dr̄. Eius aūt affectio ſm quam aliquid dicitur nūc ⁊ in inſtanti eſſe quādo eſt Futurum ſimiliter tempus quādo nõ eſt. ſed id quod futurum eſt quādo cõtingere ncc̄e eſt ſm qꝺ aliquid dr̄ futurum eē. Eſt aūt quādo aliud ex eo q̄ꝺ abijt: aliud vero ex eo qꝺ inſtat: aliud vero qꝺ ꝯtingere neceſſe eſt. Dictum eſt autē in cathegorijs p̄teritum ⁊ futurum quātitates eſſe. ⁊ id quo maius eſt continuari ad p̄ſens: De p̄terito autē hoc dictum eſt. ꝙ nõ in ſubſtātia permaneat. ſed quoniā in exceſſu ſuo nondum p̄terijt De futuro autē quoniam ncc̄ē eſt cõtingere qꝺ tantūdem eſt ac ſi inſtaret. Nulla em̄ differētia eſt in eo quod ꝑmanet ⁊ futurum eſt quod nūc abijt. quamobrē ⁊ de futuris agitur ⁊ ſm ea aliquid dr̄: ⁊ nūcupationem exiſtentium ſortiunt̄ vt ſol orietur cras. cras erit nauale bellum. heri obijt ſortes. Et aliq̄d dr̄ ſm tempꝰ ad quod futurum eſt. eo ꝙ naſceretur in eo quod futurū ē. vt callias diſputabit cras vel nõ diſputabit Diſputabit em̄ actõem futurā ſignificat. nihil autē eſt quod in ſubſtātia adhuc ſit. Differt autē quādo ab eo quod eſt vbi. quoniā in quocūꝗ tempus ē vel erit vel fuit. in eodē ⁊ quādo eſt vel erit vel fuit. qꝺ ſm tempus dr̄. Quando em̄ qdem qꝺ ex inſtanti eſt cum ipſo inſtanti eſt et ſimul in eodē ſunt. Quando vero ex eo quod abijt vel qꝺ futurū eſt nunq̄ erunt ſimul. Ubi vero ⁊ locus (a quo fit) nūq̄ ſimul ſunt in eodē vbi em̄ in circūſcripto eſt locus autē in complectente Diſtat autē quādo quod ex p̄terito ab eo quod ex futuro procedit. quoniā quādo (quod ex p̄terito eſt) futuro poſteriꝰ eſt. quod vero ex futuro eſt prius eſt p̄terito. Quando aūt vnū et idem primum quidem ex futuro eſt. ſecūdum quidem ex preſenti. poſterius vero a preterito. Quemadmodū ⁊ tempus prius eſt quod futurum ē. poſtea vero ꝓſens. deinde futurū Sicut autē ⁊ tempus aliud quidem compoſitum aliud vero ſimplex Eſt autē compoſitum quod in cõpoſita actione ꝯſiſtit. ſimplex quod in ſimplici recedit Ita ⁊ quando aliud ſimplex. aliud vero compoſitum. Simplex quidem vt in momento eſſe ⁊ nõ eſſe. Compoſitum autem vt in die. horā. hebdomoda. ⁊ in ſimilibus: Amplius autē quemadmodū tēporis partes ſibi ſine mora ſuccedunt. ſimiliter ⁊ quando. quando quidem partes p̄teriti ⁊ futuri ad p̄ſens copulate reducūtur. Diſtat autē tempus ab eo qꝺ quando eſt. quoniam ſm tempus aliquid menſurabile. vt annus quidē dicitur temporis diurnꝰ et motus multus dicitur. eo ꝙ multo tempore permaneat. At ſm quando nihil menſuratur: ſed aliquando dicitur eē ⁊ ſm idem temporale et variabile aliquid pronūciatur Ineſt autē quando non ſuſcipere magis ⁊ minus. non em̄ dies vel diurnus magis vel minus die vel diurno dicitur. neꝗ vnum quidē diurnius alio ſimiliter autē ⁊ de alijs. Quare omni quidem quādo ineſt nõ dici magis aut minus Quādo vero nihil eſt contrarium. quādo etem̄ quod ex p̄ſenti eſt vnum ⁊ idē ei quod de futuro ⁊ de p̄terito eſt. impoſſibile autē erit duas de eodem p̄dicari contrarietates indiuiduo Amplius cõtraria nunq̄ in eodem erūt ſimul. quando autē q̄ꝺ ſm preſens ⁊ p̄teritū vt futurum eſt ſimul in eodem erunt. idem nāꝗ quod eſt fuiſſe verū eſt ⁊ ꝑmanſurum Contrariorum vero ratio eſt nunq̄ in edem ſimul exiſtere neꝗ de eodem indiuiduo dici in eodem tempore. quare ⁊ cõtrarietas in eo q̄ꝺ quando eſt non annūciabitur.

Eſt autē quādo in omni eo q̄ꝺ cepit eſſe. vt corpus quidē vniuerſum aliquando eſt ⁊ in tēpore. Suſcipit autē tempus ⁊ alterationes: alteratur em̄ corpꝰ in eſtate. vere. ⁊ hyeme. ⁊ autumno. ſimiliter aūt ⁊ anima Acutius em̄ qdā in eſtate, qdam in vere ſpeculātur ſm inſtrumēti complexionē. Anima em̄ ꝯiūcta corpori cõplexiones comitatur. vt q̄ aride ⁊ gelide cõpaginationis demētiores ſeipſis in autūno ſepe ſunt. quibus vero ſanguis principatur in vere Similiter autē ⁊ de alijs ſm ſimilitudinē animalium ⁊ tēporum. Erit igitur in tempore qdquid complexionis temporis ſuſcipiens varietates alteratur ſm corpꝰ vel tempus. hmõi vero ſunt (que dicta ſunt) de paucis aut de nullis alijs ꝯueniens erit proferre:

Querit̄. Utrum quādo ſit predicamentum ab alijs diſtinctum. ¶ Arguitur ꝓmo ꝙ non. quia quādo eſt vnū ſincathegrāma cum ſit queſitiuū. ergo nõ eſt p̄dicamentum. ¶ Secūdo ſic. quādo eſt quoddam analogum de quādo eternitatis ⁊ euiternitatis. ⁊ de quādo temporis. ſed nullum analogum eſt p̄dicamentū. ergo ⁊c̄. ¶ Tercio ſic. quādo ⁊ tempus realiter idem ſunt. ſed

tempus eſt de genere q̄titatis.ergo ⁊ quādo.⁊ ſic non eſt
p̄dicamētum ſeu p̄ncipium ab alijs diſtinctum. Maioꝛ
patʒ.qꝛ ſicut ſe habet albedo ad eſſe albū.ita tempus ad eē
in tempoꝛe.quod eſt quādo .ſed albedo ⁊ eſſe albū reali/
ter idem ſunt.ergo etiam tempus ⁊ quando ¶ In op
poſitum eſt autoꝛ

¶Sciendū eſt pꝛimo : Q quando ſic definit
Quādo eſt qđ ex adiacētia tempoꝛis relinquit in re tem
poꝛali. Qđ ꝓbat textus.qꝛ qn̄ vel eſt tempus vel accn̄s
derelictū ex adiacentia tempoꝛis.ſed quādo nō eſt tēpus.
vt qn̄ p̄teritū nō eſt p̄teritum tempus.ſed eſt effectus tē/
poꝛis p̄teriti quē relinquit tempus p̄teritū ſm ꝙ aliqđ dr̄
fuiſſe. Sīliter quādo p̄ſens nō eſt inſtans ſiue tēpus pꝛe
ſens.ſed eſt accn̄s ab eo relictum in re tempoꝛali.⁊ ſimili/
ter de futuro.ergo quādo eſt aliquid derelictū ex adiacē/
tia tempoꝛis. Et melius dr̄ ex adiacentia tēpoꝛis q̄ꝫ inhe/
rentia tempoꝛis.qꝛ tempus eſt menſura extrinſece adia/
cens ⁊ nō inherens. Unde ꝑ illam menſurā in re tēpoꝛa/
li relinquitur quoddā accidens reſpectiuū ad illam men/
ſuram ꝑ quod aliquid dr̄ eſſe in pꝛeſenti.in p̄terito fuiſſe.et
foꝛe in futuro.⁊ ſic qn̄ dr̄ eſſe in tꝑe vel fuiſſe in tꝑe.et eē in
tēpoꝛe nihil aliud eſt q̄ꝫ aliqua ꝑte tꝑis menſurari

Sciendum ſecūdo. Q triplex eſt menſura
duratōis.ſcꝫ eternitas. euiternitas.⁊ tempus ꝓꝓꝛie dcm̄.
que ſic differūt.qꝛ p̄ma eſt menſura entis qđ non eſt in ſe
mutabile nec mutabilitati ꝯiūctum.⁊ illud eſt vnū tm̄ ſi/
cut pꝛima cauſa. Sed euiternitas eſt mēſura entis quod
non eſt in ſe mutabile.ſed eſt mutabilitati ꝯiūctum.vt ſtꝫ
ſubſtantie ſeparate Sed tempus eſt menſura entis qđ eſt
in ſe mutabile ⁊ mutabilitati ꝯiunctum.vt ſunt entia ge
nerabilia ⁊ coꝛruptibilia. Unde ab eternitate non ſumit
quādo ab eo diſtinctū ſm rem.ſed ſm rōnem tm̄. Sʒ ab
euiternitate ſumitur quando qđ diſtinguit ab eo ꝑ accn̄s
ſm drn̄am tempoꝛis inq̄ꝫtū entia euiterna que ſunt ſimul
tota in ſubſtantia habent ſucceſſionē in ſuis operationibꝰ.
ſed a tꝑe ſumit qn̄ ꝓꝓꝛie dictū qđ eſt eē in tꝑe.⁊ ſolū de tali
determinat autoꝛ in textu

Sciendum eſt tercio. Q quādo diuiditur ꝑ
quādo p̄ſens p̄teritum ⁊ futurum. Cuius rō eſt.qꝛ quā/
do ē eſſe in tēpoꝛe. qđ immediate cauſat a tꝑe. ſed tēpus
diuidit ꝑ p̄ſens p̄teritū ⁊ futurū.per p̄ſens quod iam in/
ſtat.⁊ ꝑ p̄teritum qđ iam abijt.⁊ ꝑ futurum qđ ꝯtingere
neceſſe eſt. Et de iſtis dr̄ in p̄dicamentis ꝙ ſunt quedam
q̄ꝫtitates.⁊ p̄teritum ⁊ futurum copulant ad p̄ſens .non
tamen ſic ꝙ p̄teritum ſit in ſua ſubſtantia ꝑmanens.ſʒ ꝑ/
manet in ſuo exceſſu.id eſt in p̄teritione.⁊ ſimiliter futurū
qꝛ neceſſe eſt ip̄m futuꝝ ꝯtingere ⁊ eſſe futurū

¶Sciendum quarto. Q ſm textū quando
ſic differt ab vbi ⁊ loco.qꝛ in quocūq̄ꝫ eſt fuit vel erit tem
pus in eodem eſt fuit vel erit qn̄ vt in ſubiecto .vt quādo
p̄ſentis ſimul eſt in eodem cū ipſo inſtanti.⁊ quādo p̄teri
ti cum p̄terito .futuri cum futuro. Sed vbi ⁊ locus nun
q̄ꝫ ſunt in eodē ſubiecto ſimul.ſed vbi eſt in locato.⁊ locus
eſt in coꝛꝑe locante. Et differūt qn̄ p̄teriti ⁊ qn̄ futuri.qꝛ
qn̄ qđ eſt ex futuro p̄us eſt.⁊ qn̄ p̄teriti poſterius.⁊ hoc in
telligendū eſt ꝯparando iſta ad eandē partē tꝑis. Sed ſi
accipiant qn̄ p̄teritū ⁊ qn̄ futurū vt ſunt a diuerſis parti/
bus tꝑis qn̄ p̄teritū eſt p̄us ⁊ aliud poſterius . Qn̄ aūt ⁊
tp̄s dupl'r inter ſe ꝯueniunt Pꝛimo qꝛ ſicut tēpus diuidit
in tēpus ſimplex vt eſt nūc.⁊ tēpus ꝯpoſitum. vt eſt p̄te/
ritum ⁊ futurū.ita qn̄ diuidit ꝑ qn̄ ſimplex qđ ex ſimplici
tempoꝛe relinq̄tur.et quando cōpoſitūʒ qđ ex compoſito
tꝑe relinquit. Secūdo ꝯueniūt.qꝛ ſicut ꝑtes tꝑis ſibi in/
uicem ſine moꝛa ſuccedūt.ita ſiſiter ꝑtes qn̄.licʒ qn̄ p̄teri/
tum ⁊ quādo futurū ꝑ copulatōneʒ reducant ad pꝛeſens
Sed differūt tribꝰ modis. Pꝛimo mō.qꝛ tempus eſt mē
ſura rei tꝑalis ⁊ ſm ipſum aliqđ menſurat.ſed ſm qn̄ ni/
hil menſurat.ſed dr̄ eſſe tꝑale. Secūdo modo qꝛ tēpꝰ eſt
ens abſolutū.qn̄ vero reſpectiuū. Tercio qꝛ tēpus eſt cau/
ſa effectiua ipſius .⁊ qn̄ eſt effectus eius

Cōcluſio Quādo eſt vnum pꝛedicamētum
ab alijs diſtinctū. ꝓbat.qꝛ eſt p̄mū p̄ncipiū foꝛmale oīm
ſue coordinatiōis. et habet genera ſubalterna. vt ſunt eſſe
fuiſſe in anno vel in die.⁊ indiuidua vt eſſe in iſta hoꝛa.vel
in iſto nūc.⁊ hʒ modū p̄dicādi diſtinctū a p̄ma ſubā q̄ eſt
p̄dicari in hoc qđ eſt eſſe in tꝑe.

Dubitatur de ꝓꝓꝛietatibꝰ quādo quot ſunt
Reſpondet ꝙ ſunt due. Pꝛima eſt quādo nō ſuſcipit ma
gis neq̄ꝫ minus. vt vnus dies nō eſt magis dies q̄ꝫ alius
Cuius cā eſt.qꝛ quādo imediate cauſat a tempoꝛe.ſʒ tp̄s
nō ſuſcipit magis neq̄ꝫ minus.g̊ nec quādo. Secūda ꝓ/
pꝛietas eſt ꝙ qn̄ nō hʒ ꝯtrariū. Pꝛobat in textu.p̄mo qꝛ
vnū ꝯtrariū nō p̄t fieri aliud.ſed qn̄ qđ p̄us eſt futurū fit
p̄ſens.⁊ poſtea p̄teritū.⁊ eſt vnū ⁊ idē.g̊ non ꝯtrariat eis
Secūdo qꝛ ꝯtraria nunq̄ꝫ poſſunt ſimul eſſe in codeʒ.ſed
qn̄ p̄ſens.p̄teritū.⁊ futurū ſimul de eodē verificant.vt cū
dr̄ ſoꝛtes fuit heri.eſt hodie.erit cras. Et ſi querat. veruʒ
qn̄ ſit ſucceſſiuū vel ꝑmanens Rn̄detur ꝙ p̄t vno mō cō
ſiderari vt dependet a tꝑe ſm eſſe in actu . ⁊ ſic eſt ſucceſſi
uū. Alio mō ſm eſſe qđ hʒ in ſubiecto ⁊ ſm eſſe in potētia
qđ ſufficit denoīare ſubiectū. ⁊ ſic eſt ꝑmanens.

Dubitatur in quo eſt qn̄ vt in ſubiecto. Re
ſpondet cū textu ꝙ eſt in oī eo qđ incipit eē. Pꝛobat.qꝛ eſt
in om̄i illo qđ eſt in tꝑe . ſed om̄e illud qđ incipit eſſe per
naturā ⁊ ſua p̄ncipia intrinſeca ſic ꝙ hʒ potentiā intrinſe
cam ad eſſe eſt in tꝑe.g̊ in om̄i eo qđ incipit eſſe eſt qn̄ Mi
noꝛē ꝓbat textus.qꝛ oē trāſmutabile eſt in tꝑe .ſed oē qđ
incipit eſſe eſt trāſmutabile.vt coꝛpus qđ alterat in eſtate
hyeme vere ⁊ autūno ⁊c̄. Et aīa etiam verius ſpeculat in
vno tempoꝛe q̄ꝫ in alio.ergo om̄e qđ incipit eſſe ē in tꝑe

¶Ad rōnes ante oppoſituʒ Ad p̄mam dicit ꝙ
qn̄ p̄t capi dupl'r. Uno mō interrogatiue. vt dicendo qn̄
venit ſoꝛtes ⁊c̄. Alio mō relatiue.vt ſoꝛtes venit qn̄ meri
dies eſt.⁊ iſtis duobꝰ modis qn̄ eſt ſincathegreuma ⁊ ſolū
ſcat modū entis Tercio mō capit indiffinite. vt tantū va
let qn̄ id eſt aliq̄n vel eſſe in aliquo tꝑe.⁊ ſic dr̄ ens reale et
eſt p̄dicamentū. ¶ Ad ſecūdā pʒ ſolutio ex ſecūdo nota/
bili ¶ Ad terciā dictuʒ eſt ꝙ qn̄ ⁊ tēpus realiter differūt
Et ad ꝓbatōem dr̄.ꝙ non eſt ſimile qꝛ albedo ⁊ albū ſunt
in eodem ſubiecto.⁊ om̄e albū foꝛmaliter ab albedine ē.ſʒ
eſſe in tꝑe nō cauſat a tꝑe foꝛmaliter ſed effectiue.

Ubi vero eſt circūſcriptio coꝛpoꝛis a
loci circūſcriptione pꝛocedens. Lo
cus aūt eſt in eo qđ capit ⁊ circūſcri
bit. Eſt igitur in loco quicquid a lo
co circūſcribit.non eſt aūt in eodē locus et vbi
Locus em̄ eſt in eo quod capit ⁊ circūſcribit.



vbi vero in eo quod circūſcribit ⁊ ꝯplectit Ui
detur aūt vbi nō om̄ibꝰ adeſſe.aīa em̄ nuſq̄ꝫ eſt
et nullū locū occupat nec implet aīatū ei aliud
capere pōt.nunq̄ꝫ contingere palam eſt. occu/
patum q̄dē aliquo locū aliud caꝑe ⁊ ꝯplecti poſ
ſe occupāte ꝑmanēte granū etem̄ modio adue/
niens retineri nō poſſet aere quo implebat q̄eſ
cente.aere aūt expulſo granū vtiq̄ꝫ recipere p̄t.
Nequaq̄ꝫ igit duo in eodē eē poſſunt. nec vnū
et idē in diuerſis quāobꝛē nec aīa q̄deʒ localis
erit.cū locū nullatenus occupet. Sil'r aūt ⁊ q̄/
cūq̄ꝫ alia a coꝛpoꝛis rōe diſſentiūt et loci circū
ſcriptione carent. Mouet aūt foꝛtaſſe quis q̄ſti
onē.id eſt eſſe in diuerſis ⁊ in pluribus.conclu
dens etem̄ vox in auribꝰ diuerſoꝝ eſt. vox autē
et ſi nō eſt.aer eſſe nō poterit.quare et aer in au
ribus diuerſorū erit qꝛ ⁊ coꝛpus idē in diuerſis
locis. vox quidē vna et eadē nūero in diuerſis
q̄dē aeris ꝑtibꝰ eſſe nō poteſt: Cōcedētibꝰ itaq̄ꝫ
nobis vnū et eandē vocē numero in auribꝰ ſen
tiri diuerſoꝝ. vtiq̄ꝫ ⁊ cōfiteri opoꝛtet oīno vnaʒ
aeris ꝑticulā ad aures diuerſorū ꝑuenire Sim
pliciter aūt vnū et idē in pluribus totū īpoſſibi
le eſt inuenire. quāobꝛem ⁊ cōcedere cogimur.
vel diuerſum q̄dē in auribꝰ ſentiri: vel vnū ⁊ idē
in pluribꝰ quidem locis relinqui eligere aūt di/
uerſorū ſenſus eſt q̄dē ymaginabiliter ſeſe gene
rantiū. Et ſil'r q̄re et vox q̄dem nō aīal eſt. qm̄
ab aīali nō ꝓfert. ad hoc āt oēm vocem aīalis
dicemus eſſe vel pꝛimo vel ſecūdario: q̄s ei vo
cem audiuit ab initio in ſimpl'r aīaliū. quare et
vox q̄dem cuiuſlibet aīalis dr̄ quecūq̄ꝫ in ip̄o ꝓ
ferete ſit. vnius igitur vox ad diuerſoꝝ aures di
rigitur vna autē et eadē non contingens eſt.

Ubi aūt aliud ſimplex eſt aliud compoſituʒ
Simplex quidē eſt quod a ſimplici loco pꝛoce
dit. Cōpoſitum aūt quod ex ꝯpoſito. Locus
aūt ſimplex eſt oꝛigo ⁊ ꝯſtitutio eius qđ conti/
nuoꝛū eſt. Locus vero vt q̄dam dicūt cōpoſi/
tus habet ꝑticulas quidē copulatas ad eūdem
terminū ad quem et coꝛpoꝛis ꝑticule cōiungū
tur. coꝛpoꝛis vero ꝑtes ad pūctū loci vero ꝑtes
iuxta punctum fieri neceſſe eſt. Erit itaq̄ꝫ locus
ſimplex in quo pūctum adiacere conſtabit Lo
ci g̊ ꝑticule ſoliditatis ꝑticulas claudunt. etem̄
loca q̄dem ſimplicia minimas coꝛꝑis ꝑticulas
occupantia ſunt q̄re nec locus ſine coꝛpoꝛe. nec
ſoliditas ſine loco erit. Contentio autē oꝛit de
extremitate ſphere. nihil aūt extra idē in eo autē
loco eē nō poterit. vt dictū eſt a ſuꝑioꝛibꝰ ꝙ ab
eo quidē loco nō ab eſt Cōfitētibus igit nobis
ſpheram eſſe localē. cōfiteri vtiq̄ꝫ neceſſe ē aliđ
quidē pꝛeter eam eſſe in quo extremitas locus
exiſtat. Nihil autē pꝛeter idem eſt. quare extre/
mitas quidem in loco non eſt. De his autē in/
ſolitum eſt ⁊ occultum pꝛonūciare. ⁊ etiam con
tra ſenſibilia. Caret autē vbi intenſione ⁊ di
miſſione. non em̄ dicitur alterum altero magis
eſſe in loco vel minus. licet tamē maioꝛē locuʒ
vel minoꝛem poſſidea . non tamen ſm vbi vel
quantitatem aliquam. ſed ſm id quod quale ē.
Ineſt aūt vbi nihil eſſe cōtrariū. eo ꝙ nec loco
quidem contrarietas ineſt. locus em̄ loco con
trarius non eſt. qm̄ aūt nec in alijs manifeſtuʒ
eſt. Surſum aūt ⁊ deoꝛſum eſſe contraria plu
ribus eſſe vidētur. multum em̄ videt diſtare id
quod ſurſum eſt eſſe. ⁊ id quod ē deoꝛſum eſſe:
quēadmodū ſurſum ⁊ deoꝛſum. quare vbi con
trarietas maxime videtur circa ſurſum ⁊ deoꝛ/
ſum eē. quēadmodū ⁊ quātitas circa locuʒ Cō
tingit autē duo in eodē eē contraria ſurſum em̄
eſſe ⁊ deoꝛſum eſſe in eodem ſunt. idem em̄ ſur
ſum ⁊ deoꝛſum et ad diuerſa quidem ſumptū.
nam turris altitudo ſurſum eſt ⁊ ad nos ſphe
re vero extremitati comparata inferioꝛ eſt. Am
plius cōtrarium idem ſm foꝛmā cōtingit: ſi em̄
ſurſum eſſe ⁊ inferius eſſe contraria ſunt. cū idē
ſurſum et deoꝛſum ſit. cōtingit idē ſibi met con
trarium fieri. Nō eſt igitur cōtrarietas vlla in
eo quod in loco eſt eſſe.

Queritur Utrū diuiſio vbi per vbi ſimplex
et vbi ꝯpoſitum ſit ſufficienter aſſignata Arguit pꝛi/
mo ꝙ non. quia omne vbi eſt circūſcriptio coꝛpoꝛis. ſed
a loco ſimplici cum ſit indiuiſibilis nihil circūſcribitur.
ergo nullum vbi cauſatur a loco ſimplici. et ſic nulli in/
eſt vbi ſimplex. Secūdo ſic. om̄e vbi eſt quedam foꝛ/
ma relatiua que de ſe ſimplex eſt. ergo nullum eſt vbi cō
poſitum In oppoſitum eſt Gilbertus in textu

Sciendū pꝛo reſponſione Q vbi eſt eſſe in
loco. ſed dupliciter ꝯtingit aliq̄d eſſe in alio Uno modo
per ſe pꝛimo quod eſt eſſe in loco circūſcriptiue. et ſic ſola
coꝛpoꝛa que circūſcribunt a loco ſunt in loco. Alio mo/
do poteſt aliquid eſſe in loco per aliud vel per accidens
Et hoc contingit multipliciter ſm ꝙ plures gradus
foꝛmarum ſunt que ꝯparātur ad coꝛpoꝛa que ſunt in lo/
co. Pꝛimo modo ſunt alique foꝛme ſituales que ſunt in
maioꝛi maioꝛes et in minoꝛi minoꝛes vt albedo caloꝛ et
huiuſmodi. tales ſunt in loco per accidens. ſcʒ ratione
ſubiecti in quo ſunt. Alio modo ſunt foꝛme ſituales
que ſunt in coꝛpoꝛe per pꝛincipia eſſendi in loco. vt linea
ſuperficies coꝛpus a genere quantitatis ſunt etiā in lo/



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

co p̄ accidens. Alie ſunt forme que ſunt in corpore. ⁊ tñ in eo nõ habent ſitũ vt ſcientie et ꝟtutes. Et tales magis ſunt in loco p̄ accñs ꝙ̄ p̄cedentes Alie ſunt forme q̄ nec ſunt in corpe nec habẽt ſitũ. tñ opanť in corpe exiſtente in aliquo loco determinato vt ſunt intelligentie. et tales ſunt ī loco definitiue q꞉ ſolũ p̄ opatõem ſuã determinanť ad locũ ⁊ nõ p̄ ſubſtantiam. Alia eſt forma q̄ nõ eſt in corpe nec p̄ ſuã opatõem determinať ad corpus exiſtens in vno loco determinate ſꝫ vlr̃ operatur ſicut eſt prima cã. Et talis dr̄ eſſe in loco repletiue et ſolũ eſſe in loco primo modo, eſt vbi ꝓprie acceptũ de quo eſt hic ad propoſitum.

**Concluſio prima.** bene definitur vbi ꝙ eſt circũſcriptio corpis locati a loci circũſcriptõne ꝓcedẽs. Probatur in textu. q꞉ vbi eſt locus vel circũſcriptio ꝓcedens a loco. ſꝫ nõ eſt locus. q꞉ vbi et locus a quo cauſať nõ ſtꝫ in eodẽ ſubiectiue. q꞉ locus eſt in corpore qđ circũſcribit aliud. vbi vero eſt in eo qđ ꝯplectitur ⁊ circũſcribiť. ſcꝫ in locato Et tñ triplex circũſcriptio q꞉ q̄dam eſt actiua loci. alia eſt circũſcriptio paſſiua locati. ⁊ iſte p̄tinent ad p̄dicamẽta actionis et paſſionis. Alia eſt circũſcriptio neutralis q̄ eſt eſſe circũſcriptũ a loco Et hec eſt ens p̄manens in locato ⁊ cauſať a duabꝫ p̄mis. Et hec eſt ipſum vbi capiendo vbi noialiter. vt eſt idem qđ alicubi aut in aliquo loco et nõ aduerbialiter vt eſt queſitiuum vel relatiuũ. Ex iſta definitione infertur in textu ꝙ vbi nõ eſt in oibꝫ rebꝫ q꞉ nõ ꝯuenit aie. q꞉ nuſq̄ȝ aia eſt nec aliquẽ locum occupat. Quod ꝓbať. q꞉ qñ aliq̄d eſt in aliquo: vt in loco ipo quieſcente in illo alterũ recipi nõ põt. ſꝫ aia quieſcẽte in corpe adhuc corpus aliq̄d recipere p̄t puta nutrimẽtum. ergo aia nõ eſt in corpore vt in loco. Maiorẽ ꝓbat. q꞉ granũ frumẽti modio aduenĩẽs nõ recipiť in eo corpore p̄us exiſtente quieſcẽte. ſꝫ ſi recipiat oportet aliud recedere vel cõdenſari. q꞉ duo corpora nũq̄ȝ p̄nt ſil̃ eſſe in eodem loco. nec idem corpus in diuerſis locis. Sed ꝯtra hoc arguiť in textu. q꞉ eadem vox recipiť in auribꝫ diuerſorũ. ſed vox nõ eſt ſine aere. ergo idem aer recipiť ſimul in auribꝫ diuerſorũ. et ſic idem corpus ſimul eſt in diuerſis locis. Reſpondet textus ꝙ voces ſtꝫ diuerſe nũero q̄ veniunt ad aures diuerſorũ. licet idẽ ſit vocans in nũero Sed ille voces ꝯueniũt in ſpẽ grauitatis et acuitatis eo ꝙ ꝓcedũt ab eodẽ Unde vox q̄ primo ꝓcedit ab aiali generat alias voces ſibi ſimiles in ſpẽ. ⁊ ſolum dr̄ites in nũero ſm ꝙ in diuerſis ſubiectis reperiũtur. Et iſte voces orbiculariter generate generãt alias ſibi ſil̃es in alijs p̄tibus aeris Verũ tamẽ ſecũda eſt minoris ꝟtutis ꝙ̄ prima. et tertia ꝙ̄ ſcđa. iõ eadem vox illa tandẽ deficit et figuratio eius Sed ꝯtra hãc reſpõſionẽ iterũ arguit. q꞉ ſi ſic ſequereť ꝙ non ois vox ab aiali proferreť qđ eſt ꝯtra ph̄m in ſecũdo de aia. Reſpondeť ꝙ ois vox eſt originaliter ab aiali tanq̄ȝ a primo efficiente. ita ꝙ eſt impoſſibile vocem audire ſi oia aialia ſint in ſilẽtio. ſꝫ vna vox põt immediate generari ab alia.

**Cõcluſio ſecũda** vbi conueniẽter diuiditur p̄ vbi ſimplex et vbi ꝯpoſitũ. Probať p̄ ꝯditiones bone diuiſionis Et eſt vbi ſimplex qđ cauſať effectiue a loco ſimplici. et ꝯpoſitum qđ cauſatur a loco ꝯpoſito. Et eſt locus ſimplex origo ⁊ ꝯſtitutio ꝯtinuitatis loci cõtinui ſm ꝙ locus eſt q̄ȝtitas Et ſic pũctus copulans p̄tes loci ad inuicem dr̄ locus ſimplex. q꞉ ſicut totũ corpus refeŕ ad totũ locũ. ita p̄tes corpis locati referunť ad p̄tes loci et p̄ncipium corporis qđ eſt pũctum ad principiũ loci Sed locus ꝯpoſitus eſt cui⁹ p̄tes copulanť ad eũdẽ terminũ ad quem p̄tes locati copulantur.

¶ **Cõcluſio tertia.** vbi eſt vnũ predicamentũ ab alijs diſtinctum. p꞉ꝫ q꞉ eſt ſupremũ ſue coordinationis Et h꞉ꝫ ſpẽs ſub ſe vt vbi ſurſum et vbi deorſum. Et indiuidua vt eſſe in hoc loco. in illo loco Habet etiã ſpecialem modũ p̄dicandi diſtinctum ab alijs ſcꝫ eſſe in loco ergo ⁊c̃. Ex dictꝫ inferť ꝙ locus nunq̄ȝ eſt ſine corpe eo ꝙ p̄tes loci copulanť ad eũdẽ terminũ ſicut p̄tes corpis neq̄ȝ corpus ẽ ſine loco  Sꝫ ꝯtra hoc arguiť de vltima ſphera. q꞉ nihil eſt extra ipam a quo ꝯtineať. ⁊ tñ eſt corpus. g̃ nõ oẽ corpus eſt in loco Nec poteſt dici ꝙ ſit ī ſua ſupficie ꝯuexa. vt in loco. q꞉ circũdať ab ea. vt dictũ ẽ ab antiquis Quia locus dr̄ eſſe extra locatũ. ſꝫ ſupficies eſt in locato. g̃ ⁊c̃. Reſpõdet textus ꝙ ſi ſ prima ſphera eẽt in loco haberet corpus extra circũdans ipam. ſed nihil ẽ extra ipam a quo circũdeť. ideo non eſt p̄ ſe in loco. Et q꞉ eſt inſolitum et occultũ ſenſui ꝓnũciare aliq̄d de ipſa. et eſt extra terminos logice. ideo de p̄ma ſphera q̄liter ſit in loco nõ amplius determinať. Tamẽ dicit Auerrois ⁊ Albertus ꝙ vltima ſphera eſt in loco p̄ alterũ et p̄ accñs q꞉ h꞉ꝫ fixionẽ p̄ alterũ. ſcꝫ p̄ ſuũ centrũ. qđ eſt terra q̄ eſt p̄ ſe in loco. Sꝫ ſcũs Thomas dr̄ ꝙ ipſa eſt in loco p̄ ſuas p̄tes quarũ quelibet ſp̄ inter duas alias ꝯtinetur

**Dubitatur.** quot ſunt proprietates vbi Reſpondeť ꝙ ſunt due. Prima eſt ꝙ vbi nõ ſuſcipit magis neq̄ȝ minus Probať inductiue. q꞉ vnũ corpus nõ dr̄ magis vel minus eſſe in loco ꝙ̄ alterũ vt qđ eſt ſurſum ꝙ̄ illud qđ eſt deorſũ. licet vnũ corpus poſſit accipe maiorẽ locũ ꝙ̄ aliud. Scđa ꝓprietas eſt ꝙ vbi nõ h꞉ꝫ ꝯtrarium Probať duplr̃. primo q꞉ locus nõ habet ꝯtrarium. g̃ nec vbi. Añs p꞉ꝫ. q̄a vel locus eſſet ꝯtrarius loco vel alijs rebꝫ. nõ primũ. vt patuit in predicamẽtis. nõ ſcđm vt manifeſtũ ẽ Scđa rõ eſt. q꞉ ſi vbi haberet ꝯ̃riũ maxime eſſꝫ ſurſum vel deorſum q̄ videnť maxime diſtare ſicut ⁊ loca ſurſum ⁊ loca deorſum. ſꝫ hoc nõ Quia idẽ ꝯparatũ ad diuerſa dr̄ ſurſum et deorſum. vt altitudo turrꝫ quo ad nos eſt ſurſum. et reſpectu celi eſt deorſum. ergo duo contraria eſſent ſimul in eodem Et amplius ſequereť ꝙ idem eſſet ſibijpſi ꝯtrarium. ſed hoc eſt impoſſibile. ergo eẽ ſurſum et deorſum nõ cõtrariantur inter ſe.

Ad rões ante oppoſitum. ad primam dr̄ ꝙ licet a loco ſimplici q̄ eſt pũctus nihil circũſcribiť. tñ ſicut totũ locatũ refertur ad totũ locũ. et p̄ hoc dr̄ eſſe in loco ita indiuiſibile corporis refertur ad idiuiſibile loci p̄ qđ dr̄ habere vbi  Ad ſcđam dr̄. ꝙ licet vbi ſit forma ſimplex in q̄ȝtum de ſe nõ habet p̄tes integrales. tñ ꝓcedit a loco qui per ſe eſt diuiſibilis in partes. et ſic eſt quodam modo compoſitum.

**Poſitio** vero quidem p̄tium ſitus et generationis ordinatio: ſm quam dicuntur ſtantia vel ſedentia. et lenia vel aſpera vel quolibet aliter diſpoſita. Sedere autem aut iacere poſitiones non ſunt. Sed denominatiue dicuntur ab his.

Solet aũt queſtio induci de curuo ⁊ recto



aſpero ⁊ leni: quadrangulo et triangulo. bicubito et tricubito: magno et p̄uo. breui et longo et ſil̃ibꝫ. quãdã eñ p̄tiũ poſitõem ſcare videtur Aſperũ eñ dr̄ cui⁹ p̄tiũ altera alteri ſupeminet Lene vero cui⁹ p̄ticule equaliter porrecte ſunt ſil̃r aũt ⁊ de alijs Nõ ſunt ãt poſitõnes ea (q̄ dicta ſunt) oĩa. ſed qualia ſunt circa ſitũ exiſtẽtia eo nãq̄ȝ ꝙ p̄tes ſic diſpoſite ſunt. ex eo talia ſenſibꝫ iudicãtur. Nõ aũt ex eo ꝙ qualia. id eſt aſpera vel lenia. bicubita vel tricubita ſint. Sil̃r aũt et de alijs q̄ hmõi partiũ hñt diſpõem Erit igiť vnũquodq̄ȝ p̄miſſorũ nõ poſitio ſꝫ q̄le: qđ circa poſitõem naſcitur  Suſcipe ãt videť ſitus ꝯtrarietates. nã ſedere ad id qđ eſt ſtare cõtrariũ eſſe videť. Contraria eñ ſunt q̄ in indiuiduo vno eodẽ tp̄e impoſſibile eſt ſil̃ repiri. viciſſim tñ poſſibilia ineẽ. Sedẽs eñ illico p̄t ſtare et ſtans ſedere. quodã aũt ſedente ipoſſibile eſt eũ ſtare. Ponẽtibus aũt nobis hec cõtraria eẽ incõueniẽtia duo recipe cogimur. eo ꝙ vnũ cõtrariũ ſit pluriũ Scđm eñ collectõnis ꝯtinentiam nõ magis ſedere ad id qđ ſtare eſt cõtrariũ q̄dẽ ẽ ꝙ̄ ad accũbere. Sil̃r aũt et queãdmodũ ſedere ⁊ ſtare nunq̄ȝ ſil̃ in eodẽ tp̄e repiũť. ita nec ſedere ⁊ accũbere et ſtare. Scđm igiť hmõi diſpoſitõnes ſitui nulla ꝯtrarietas inerit. Fortaſſis aũt nec inſolitum videbitur quidẽ vnũ pluriũ eſſe ꝯtrariũ. Pallidũ eñ ad albũ et nigrũ cõtrariũ videť eẽ Nã ſub eodẽ genere cũ ſint nũq̄ȝ in eodẽ inueniunť. ⁊ viciſſim trãſmutanť. Relinquiť igiť vnũ pluribꝫ eſſe ꝯtrariũ Nõ eſt pallidũ ad albũ vel nigrũ ꝯtrariũ. Etẽ eñ cũ vtrũq̄ȝ in eo [illegible] eſt. pallor eñ ⁊ colores reliqui ex albo et nigro cõficiunť. Neccãriũ eſt ergo in quocunq̄ȝ pallidũ eſt. in oĩ eo quidẽ eẽ albũ ⁊ nigrũ. ſil̃r aũt ⁊ de ceteris coloribus. Amplius aũt cõtrariorũ rõ eſt circa idẽ natura exiſtere Sedere aũt et iacere nõ ſunt circa idẽ natura: ſꝫ ſeiuncta ſũt Eſt eñ ſedere circa rõalia ꝓprie. iacere ãt et accũbere circa aduerſa. Hmõi aũt ſignũ eſt equi et bouis ſimilitudo. quibꝫ ſine dubio accubit⁹ ꝓbatur eſſe  Propriũ aũt poſitionis ẽ neq̄ȝ cũ minus neq̄ȝ amplius dici. Sedere autem non magis eſt poſitio ꝙ̄ accũbere: nec minus. Nec ſedens magis vel minus alterũ altero diciť neq̄ȝ accũbẽs Neq̄ȝ vl̃r ſm aliquã aliã poſitionẽ

Magis aũt videtur ꝓpriũ poſitõnis ſubſtãtie prime aſſiſtere. oibus q̄dẽ alijs formis ſuppoſitis Poſitio aũt nihil aliud eſt ꝙ̄ naturalis ipſi⁹ ſubſtãtie ordinatio. que a principio quidẽ natura eſt. ⁊ ea q̄ aſperis ⁊ lenibus ⁊ inequalibꝫ inẽ. vel a nature quidẽ motu conſueto vt ſeſſio et accubitus et ſil̃ia Quicq̄d igiť ꝓxime eſt ſubſtantie aſſiſtẽs id neccãrio poſitio ẽ. ⁊ omĩs q̄dẽ poſitio hmõi rõnis ſuſcipit p̄dicationẽ

**Queritur.** Utrum definitio poſitõis ſm ꝙ eſt vnũ p̄dicamẽtum ſit bñ aſſignata in qua dr̄. Poſitio eſt q̄dã p̄tiũ ſitus ⁊ generatõis ordinatio.  Et arguiť p̄mo ꝙ nõ q꞉ ſitus et poſitio idẽ ſtꝫ realiter ⁊ inť ſe ꝯuertunť. g̃ male definiť poſitio p̄ ſitũ  Secũdo ſic. poſitio et ſitus hñt denoiare totũ et nõ p̄tes. vt totus hõ dr̄ iacere vel ſedere ⁊ nõ p̄tes eius. g̃ poſitio nõ ꝯuenit p̄tibꝫ imo toti. ⁊ p̄ ꝯſequẽs male dr̄ ꝙ ſitus eſt partiũ ordinatio.  Tertio ſic. poſitio eſt in celo. ⁊ tñ nõ eſt ibi generatõnis ordinatio cũ celũ ſit ingenerabile  In oppoſitũ ẽ Gilbert⁹ ponẽs p̄dictã definitõeꝫ Pro cui⁹ declaratõe

Sciendũ p̄mo ꝙ in illa definitione ſitus ſe habet p̄ modũ generis ⁊ cuiuſdã notioris Et poniť partiũ ad denotandũ imediatũ ſubiectũ poſitiõis que ineſt toti ꝯpoſito Et q꞉ poſitio dr̄ ꝓprie ordinatiõem p̄tiũ q̄ ordinatio ꝓprie ipis p̄tibꝫ attribuiť p̄ ꝯpoſitõem quam hñt in generatõe totius ſi totũ ſit generabile. Sed ſi ſit ingenerabile hñt talem ordinatõem p̄ formã totius que ipas p̄tes ꝯtinet. ſub q̄ poniť ordinatio. ⁊ ſub q̄ ordinantur. Ideo dr̄ ⁊ gñatõis ordinatio. Et nõ dꝫ h̄ capi hec ꝯiũctio. et. copulatiue ſꝫ expoſitiue. vt valet tm̃ ſicut id ẽ.

¶ Sciẽdũ ſcđo ꝙ licet ſitus ⁊ poſitio eſſentialiter ⁊ realiter ꝯueniant. differũt tñ ſm rõem ab inuicem. Primo q꞉ ſitus reperiť tam in naturalibꝫ ꝙ̄ in mathematicis. poſitio vero ſi proprie accipiatur ſolũ repiť ī naturalibꝫ in quibꝫ eſt naturalis ordo partiũ et cõpoſitio Sꝫ ſi vtrũq̄ȝ capiatur generaliter tũc ꝯuertunť inter ſe. Sꝫ adhuc alio mõ differũt. Quia p̄ prius ſitus dr̄ ordinatõem partiũ ad locũ ꝙ̄ ad ſuũ totũ. poſitio ꝟo p̄ pri⁹ dr̄ ordinẽ p̄tiũ inter ſe. ſcđo ad totũ. tertio ad locũ. Vñ iſte triplex ordo iportať p̄ poſitõem ⁊ p̄ ea q̄ in hoc p̄dicamẽto ponũtur Et ita poſitio denoiať ab h̄ qđ eſt ſuas p̄tes ſic ſe habere ad inuicẽ ⁊ ad totũ ⁊ ad locũ. Et ideo bñ dictũ fuit in ſufficiẽtia p̄dicamẽtoꝝ ꝙ ſitus nõ dr̄ ſimplicẽ ꝯpatõem ſubſtãtie ad aliqđ extrinſecũ. Pro q̄ eſt

Sciẽdũ tertio. ꝙ poſitio põt capi tripliciter Uno⁰ vt dr̄ ordinẽ p̄tiũ p̄dictaꝝ. ⁊ ſic capiť h̄ Scđo mõ dr̄ ꝯpatõem huius ordinis ad illud cuius ẽ. Et ſic ẽ relatio Tertio mõ ꝓ aſſignatõe vniuſcuiuſq̄ȝ p̄tis cui⁹ ſm ſe ſitus ẽ Et h̄ mõ ẽ dr̄ña q̄ȝtitatis. Nã diuiſio. q̄ȝtitatꝫ eſt ꝙ alia habet poſitõnem in p̄tibꝫ. alia vero non.

Sciendum quarto. ꝙ rectũ et curuũ aſperũ et lene p̄nt ꝯſiderari tripliciter. vno⁰ ſm ꝙ poſſunt inferre paſſionẽ ſenſui. et ſic dicũtur qualia ſiue qualitates circa poſitiõem ſcꝫ paſſibiles qualitates. Alio mõ dicũt quãdã ordinatõem partiũ inter ſe ad totũ et ad locũ Et ſic etiam p̄nt dici poſitõnes. Tertio mõ ꝯſiderari p̄nt vt dicũt clauſionem linearũ et angulorũ in ſupficie. ⁊ ſic ſtꝫ figure de quarta ſpẽ qualitatis. Et ſil̃r diceret de triangulo et quadrangulo. Et eſt aduertendũ ꝙ poſitio eſt genus generaliſſimũ nõ habens ſuperius vniuocũ ideo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝯuenienter ponit̃ vnū predicamētum ſiue principiuꝫ ab alijs diſtinctū foꝛmaliter. Nam habet ſpēalem modū p̄dicandi de ſubſtantia ſcʒ in hoc q̄ð eſt ſic ſe habere ad aliud ſm ſuas ꝑtes. Et habet ſpecies ſubalternas ſub ſe. vt ſunt poſitio innata et poſitio acq̄ſita ex ꝯſueto motu nature. vel etiam equaliter poni vel inequaliter poni ſurſum vel deoꝛſum añ vel retro dextrū vel ſiniſtrū. Et eius ſpēs ſpēaliſſime ſunt ſedere iacere et hmōi Et indiuidua ſunt ſeſſio ſoꝛtꝫ ſtatio platonis ⁊c̃. Et ē aduertēdum ꝙ nō habemus ꝓpꝛiū q̄ſitū iſtius p̄dicamēti ſub ꝓpꝛio noie. ideo circūloquimur ipm ſic querēdo qualiter hoc ponitur vel ſituatur.

Concluſio definitio poſitōis ſm ꝙ eſt vnū p̄dicamētū eſt ſufficiens. iſta ꝯcluſio pꝫ ex dictis

¶ Dubitat̃ quot ſunt ꝓpͤetates huius p̄dicamēti ſeu p̄ncipij Reſpōdetur cū textu ꝙ ſunt tres. Pꝛima eſt ꝙ poſitio nō habet ꝯtrariū Sed ꝯtra videt̃ ꝙ habeat. q2 vt habet textus ſedere et ſtare maxime diſtant a ſe inuicem ⁊ nūq̄ʒ eidem ſimul inſunt ſed ſucceſſiue. g̃ vident̃ ꝯtraria Sed ꝙ nō ꝯtrariant̃. ꝓbat̃ q2 ſi ſic ſequeret̃ ꝙ vnū eſſet pluribus ꝯtrariū q̄ð eſt incōueniens. quia qua rōne ſedere ꝯtrariat̃ huic q̄ð eſt ſtare eadē rōne ⁊ accūbere ſiue iacere q2 nunq̄ʒ ſimul ſtꝫ in eodē ſed bene ſucceſſiue. Sed iteꝝ ꝯtra hanc ſolutōem replicat textꝰ. q2 pallidū ꝯtrariat̃ albo et nigro. et ſiliꝛ fuſcum. ergo nō videt̃ incōueniēs ꝙ idem ſit pluribꝫ ꝯtrariū. Ad hoc reſpōdet textus ꝙ pallidū nunq̄ʒ contrariat̃ albo et nigro. q2 in vno et eodē vtrūq̄ʒ repit̃. ⁊ hoc ideo eſt. q2 medij coloꝛes ex ꝓpoꝛtōne extremoꝛū cauſant̃ ideo albū et nigrū ſunt ſimul cū fuſco. ⁊ ſic ſibi nō ꝯtrariant̃ Nō tñ ſunt ibi ſit̃ ſm eſſe ꝑfectū ſʒ ſm eſſe imꝑfectū. Uel d2 ꝙ medius coloꝛ nō ꝯtrariatur vni extremoꝝ niſi ꝓut induit rōnem alterius extremi. et ſic ſi ſint ſibi plura cōtraria hoc ē ſm diuerſa. Et ob hoc ꝓbat textus p̄dictā ꝓpꝛietatem ſic Quia contraria circa idem hñt fieri ſm naturā. ſed ſedere et ſtare nō habēt fieri circa idē ſm naturā. q2 ſedere ꝓpꝛie ꝯuenit rōnalibus tm̄. iacere ⁊ accūbere irrōnalibus ꝯuenit. g̃ nō ſunt ꝯtraria. Scḋa ꝓpꝛietas eſt ꝙ poſitio nō ſuſcipit magis neq̄ʒ minus. ꝓbat̃ inductiue ſatis manifeſte in textu Tertia ꝓpꝛietas eſt ꝓpꝛie ꝓpꝛiū eſt poſitioni ſubſtātie ꝓxime aſſiſtere. ꝓbatur q2 poſitio nihil aliud eſt q̄ʒ naturalis oꝛdinatio ſubſtantie que eſt innata a principio naturali vel a ꝯſueto motu nature ꝑ inflexionem mēbꝛoꝝ. Ubi ſciendū eſt ꝙ quedā accñtia magis pꝛopꝛie dicuntur inherere ſubſtātie q̄ʒ ſibi aſſiſtere. vt q̄ʒtitas qualitas actio paſſio Sed alia que cauſant̃ ab aliq̄ extrinſeco ꝯpato ad ſubſtantiam vel a ſubſtātia cōꝑata ad aliq̄ð extrinſecū ad quoꝝ mutatōnem nō opoꝛtet ꝙ ſemꝑ fiat mutatio ſubiecti magis dicūtur aſſiſtere q̄ʒ inherere vt ſunt relatio quando ſitus vbi habitus Et inter iſta poſitō magꝭ ꝓxime aſſiſtit q̄ʒ alia ſubſtātie Quia poſitio non ſolum dicit reſpectum ad extrinſecuꝫ. ſcʒ ad locum. ſed etiam dicit reſpectum partium ſubſtantie inter ſe et ad totum qui reſpectus pꝛopinquioꝛ eſt q̄ʒ reſpectus ad extrinſecū ſolum Et ideo inter omīa que h̄ mo do ſubſtantie aſſiſtūt poſitio cōuenienter dicitur pꝛopinquius ſubſtantie aſſiſtere. Eſt tamen aduertendum ꝙ iſta accñtia nō ſic dicūt̃ aſſiſtere ita ꝙ non inhereant ſubiecto imo illum erroꝛem retractauit Gilbertus in cōcilio Niceno ſicut dictum eſt in predicamentis

¶ Ad ratōnes ante oppoſitum pꝛima ſoluta eſt ex dictis. q2 vt dictū eſt ſitus et poſitio differunt.

Ad ſecūdā dicitur. ꝙ licet poſitio ꝯueniat toti pꝛincipaliter tanq̄ʒ illi q̄ð determinat̃ ꝑ ipſam tñ pꝛimo ꝯuenit ſibi ex ꝑte ꝑtiū inter ſe ad totum ⁊ ad locū Unde ꝑtes ſe habēt vt ſubiectū imediatū quo poſitio ꝯuenit toti Ad tertiā d2 ꝙ ſi capiat̃ generatio ꝓpꝛie ꝓut eſt pꝛogreſſio de nō eſſe ad eſſe ſubiecto p̄ſuppoſito. tunc in celo nō eſt generatio. Sed ſi capiat̃ generatio generaliter ꝓ quacūq̄ʒ ꝯpoſitione vel pꝛoductōne. ſicut capitur in pꝛopoſito ſic bñ in celo eſt generatio

Abitus aūt eſt coꝛpoꝛū ⁊ eoꝛū q̄ circa coꝛpus ſunt adiacentia. ſm quē hec q̄dem habere. illa vero haberi dicūtur Hoc āt nō tm̄ ſm totū ſʒ ſm ꝑticularē diuiſionem fit. vt armatū eſſe calceatū eſſe. His nāq̄ʒ neq̄ʒ ſimplicia q̄dē noīa poſita ſunt. q̄bꝫ appellarent̃ ea ſed fiūt eis noīa armatio et calceatio. hoꝛū aūt ad ꝓpoꝛtionē. et de reliquis.

Queritur. Utrum definitio habitus ſit bene aſſignata ſm ꝙ eſt predicamētum ſeu principiū In q̄ dicitur habitus eſt coꝛpoꝛū et eoꝛū que circa coꝛpꝰ ſunt adiacentia ſm quē hec dicūtur habere illa vero haberi

Arguitur p̄mo ꝙ non ꝯtra ſuppoſitum. quia habitꝰ eſt pꝛima ſpēs qualitatis g̃ non eſt vnū predicamentuꝫ ab alijs diſtinctum Secūdo ſic. viſus eſt habitus et tñ ſibi non ꝯuenit predicta definitio g̃ ⁊c̃. Tertio ſic tunica eſt habitus et tñ nō eſt adiacentia coꝛpoꝝ. ſed eſt illud quod coꝛpoꝛi adiacet. ergo predicta definitio habitus non eſt ſufficienter aſſignata. In oppoſitum eſt Gilbertus in textu.

Sciendum p̄mo. ꝙ in predicta definitione ponit̃ adiacentia ꝓ genere Et ponit̃ coꝛpoꝛū ad explicādum ſubiectū ipſius habitus et etiaꝫ cām finalē. Nā oīs habitus eſt ꝓpter decoꝛem ſiue coopimētum coꝛpoꝛis. Et ponitur ⁊ eoꝝ q̄ circa coꝛpus ſunt adiacentia ad explicandū cām efficientem ⁊ quodāmodo materialē habitus vt ꝑ hoc intelligant̃ ea q̄ adiacent coꝛpoꝛi ⁊ applicant̃ ei ſm figuram eius. Nam ex applicatōe rerū habitarum ad coꝛpus hñs habitus cauſant̃. Et ꝑ hoc ꝙ addit̃ ſm quā hec q̄dē habere alia vero haberi dicūtur ſumitur dr̃ña ꝓpꝛia ſpecifica inter adiacentiam habētis et adiacētiā illius q̄ð habet̃. Nā adiacentia habentis eſt in habente in agente et cauſante figurā Nā ad figurā rei habentꝫ ſumitur rō figure habitus ſeu rō rei habite. ſicut rō eoꝛū q̄ ſunt ad finē ſumit̃ ex ipō fine Et illa eadē adiacētia eſt in re habita paſſiue Et iō res habita bñ d2 haberi ⁊ non habere ſm iſtum modū Quāuis tñ habitus poſſet dici habere coꝛpus ſicut ꝯtinēs habet cōtentū

Sciendūꝫ ſecūdo ꝙ habitus vt hic ſumit̃ nō eſt res habēs nec res habita ſʒ eſt quodāmō accñs reſpectiuū mediās inter ipſum habētē ⁊ rem habitā Sicut caputiatū eē nō eſt hñs caputiū nec eſt ipm caputiuꝫ ſed eſt eē accñtale hoīs ſibi adueniens ex adiacētia ſiue applicatōne caputij ad caput.

Sciendūꝫ tercio. ꝙ non omnia que ſunt in coꝛꝑe dicūtur habere habitū ſicut coꝛ pulmo ⁊ hmōi. ſed ſolū ꝑtes exterioꝛes ad coꝛpus per ipās Quia toti coꝛpoꝛi non eſt aliquis habitus appꝛopꝛiatus. ſed conuenit habitus toti coꝛpoꝛi ratione ſuarū partiū. quia habitus



ſemper comparatur ad coꝛpus oꝛganicū quod ſemꝑ habet diuerſitatē in ſuis ꝑtibꝫ Et ideo ad diuerſitatē illaꝝ ꝑtium diuerſificantur habitus coꝛꝑis. Ex quo patet ꝙ diuiſio habitus in ſuas ſpēs nō p̄t accipi loquendo iſto mō ſic ꝙ ſit q̄dā habitus ꝑtiū coꝛpoꝛis et q̄dā totiꝰ ſicut aliq̄ ꝓbabiliter tenent Sʒ accipit̃ diuiſio ſpēꝝ habitus ex diuerſitate illoꝝ q̄bꝫ res habite applicāt̃. Et iſtud videt̃ ſatis inuere textus cū d2. Quꝫ hec q̄ ſunt circa coꝛpus dicūtur haberi ab ipſo coꝛpoꝛe nō quidē ſm totū ſʒ ſm diuiſionē ꝑtiū ſicut armatū eſſe vel calceatū eſſe q̄ in ſunt ſm ꝑtem et nō ſm totū. Nam licet homo dicatur armatus vel calceatus hoc tñ ſibi ꝯuenit ſm ꝑtes determinatas ſm quas denoiat̃ totū. Diuiditur ergo habitus in ſpēs ſubalternas. ſcʒ in armatū eſſe vel veſtitū eē. Et quelibet iſtaꝝ habet ſub ſe ſpēs Naꝫ ſub hoc q̄ð eſt armatū eſſe ꝯtinet̃ galeatū eē loꝛicatū eē et ſic de alijs Similiter ſub hoc q̄ð eſt veſtitū eſſe ꝯtinetur tunicatuꝫ eē calceatū eſſe ⁊ ſic de alijs Et q̄libꝫ iſtaꝝ hꝫ ſub ſe indiuidua. vt ſoꝛtē calceatū eſſe platonē galeatū eſſe. ⁊c̃ijs.

Sciendū quarto cū textu ꝙ ſpēbꝫ habitus nō ſunt noīa ſimpliciter impoſita quibꝫ noiant̃ Et hoc iō eſt q2 habitus ſꝑ fundat̃ ſuꝑ habēs ⁊ rē habitā. iō nō potuerūt noīa ſimplicia iponi ſpēbꝫ eius Sʒ ſi iponerent̃ eis opoꝛteret ꝙ hoc eſſꝫ ꝑ quādā deriuatōem Ut ab armis diceret̃ armatio q̄ ſcat adiacētiam rei habite ad habens Et q2 vt patebit infra habitus p̄ncipalius eſt i habente q̄ʒ in re habita. iō noīa impoſita ſpeciebꝫ ꝑ priꝰ noīnāt ſeu deſignāt ſpēm cū ꝯbinatiōe habitꝰ ad habens vt armatum eſſe galeatū eſſe et hmōi. Et magis noiant̃ ſpēs huius predicamēti pluribꝫ noībꝫ q̄ʒ vno noie ſimplici ab alijs deriuato.

Concluſio pꝛima. habitus eſt vnū pꝛincipiū ſeu p̄dicamētū ab alijs diſtinctum. ꝓbatur q2 habet ſub ſe genera ſubalterna ſpēs ſpēaliſſimas ⁊ indiuidua vt viſum eſt Habet etiam ſpēalem modū pꝛedicandi de pꝛima ſubſtantia nō reducibilē ad aliquē aliū pꝛioꝛē exiſtēs pꝛimū p̄ncipiū foꝛmale oīm ſue cooꝛdinatōis. ergo ſeq̄t̃ ꝙ eſt p̄dicamentū diſtinctū Pꝛedicatur aūt de p̄ma ſubſtantia in hoc ꝙ eſt ſic vel ſic habituatū eſſe Et licet eiꝰ q̄ſitiuū ſub ꝓpꝛio noie nō habemus tñ ipm circūloq̄mur dicendo qualiter eſt habituatū Iſta em̄ requirunt̃ ⁊ ſufficiūt ad eſſe predicamēti. g̃ eſt predicamētum

Cōcluſio ſecūda predicta definitio habitus eſt ſufficienter aſſignata. Pꝛobat̃ ꝑ declaratōem eiꝰ p̄habitam ⁊ ꝑ ꝯditiones bone definitōis ſibi ꝯueniētes

Ad rōes ante oppoſitum ad pꝛimam d2 ꝙ ſi habitus capiat̃ ꝓ qualitate que eſt de difficili mobilis a ſubiecto. ſic eſt pꝛima ſpecies q̄litatis ſʒ hoc mō nō ſumitur hic. Sed hic capitur ꝓ accñte reſpectiuo q̄ð eſt medium rei habētis ⁊ rei habite vt pꝛeuiſum eſt Ad ſecūdam d2 ꝙ ſi capiatur habitus ꝓut opponitur pꝛiuationi ſic bene viſus eſt habitus. ſed hoc mō nō capitur h̄ vt viſum eſt Ad tertiā d2 ꝙ licet capuciū tunica. et hmōi dicant̃ materialiter habitus nō tñ ſunt habitus foꝛmaliter. imo adiacentia ipſoꝛum ad rem habentem d2 foꝛmaliter habitus Ueꝝ tamē eſt. q2 iſta ſunt nobis notioꝛa q̄ʒ illa adiacētia ideo ſepe nominant̃ habitus a nobis licet reponātur in quarta ſpecie qualitatis.

Suſcipit āt habitus amplius ⁊ minus Armatioꝛ em̄ eques pedite d2. ⁊ calceatioꝛ qui cū caligis ⁊ calceamētis eſt. q̄ʒ q̄ ſolū caligis vl̃ calceamētis vtit̃. In q̄buſdā aūt verū nō eſt ꝙ cū magis vel minus p̄dicentur. vt veſtitū eē et ſimilia. Habitui vero nihil ꝯtrariū ē. etem̄ armatio calceationi ꝯtraria nō ē. Idē em̄ calceatꝰ et armatus. qm̄ āt alijs ꝯtraria nō eſt palā eſt Similiter aūt ⁊ in his ſimilia Pꝛopꝛiū aūt habitus eſt in pluribus quidem (vt in coꝛpoꝛe ⁊ in his que circa coꝛpus ſunt) exiſtere. Adiacet eī coꝛpoꝛi et his que circa coꝛpus. Hoc aūt vt dictum eſt fit ſm eam (que in partibus eſt) diuiſionem In paucis autē alijs pꝛincipijs hmōi inuenies. In quātitate em̄ ſoluꝫ ⁊ in his que ad aliquid ſunt ſimile reperies. Ad aliq̄d autem vt figuraliter dicatur vt ſimilitudo ⁊ diſſimilitudo que pluribus ſimilibus ⁊ diſſimilibus inſunt. Quantitas autem ⁊ numerus quidē ⁊ in numeralibus ineſt vtiq̄ʒ ſemꝑ creſcens ſm vnitatū multiphariā aſcenſionē Simpliciter autē nihil inuenies in tot diſtribui ꝑtibus poſt ſe: vt numerū. Non autē omnis quātitas aut relatio taliū eſt. Habitus autem omīs in pluribꝫ neccāꝛio conſiſtit vt in coꝛpoꝛe ⁊ in his que circa coꝛpus ſunt. Omē em̄ (quod in coꝛꝑe ⁊ circa coꝛpus eſt conſiſtens) habitus nomē ſoꝛtit̃. Quare magis pꝛopꝛium quidem habitus erit in coꝛpoꝛe et circa coꝛpus exiſtentibus ſm eam (que partiū eſt) diuiſionē. vt in pluribus eſt exiſtere

Dicitur autem habere multis modis. Habere em̄ dicuntur ſm alterationem. vt albedinem vel nigredinem. ⁊ quātitatem vt longitudinem. Nihil tamē aliud eſt dicere albedinem aut longitudinem habere q̄ʒ albū ⁊ longuꝫ eſſe Dicitur autem vas aliquid habere vt modius triticum: quod nihil aliud eſt dicere q̄ʒ continere. Habere quoq̄ʒ et in mēbꝛo vt in digito anulum. q̄ð iā tantū eſt dicere quantū ⁊ digituꝫ in anulo eſſe. Dicitur autē vir vxoꝛem habere: et recipere vxoꝛ virum. hic aūt inſolitus eſt habēdi modus. Hoc autem habere nihil aliud ſignificat q̄ʒ cohabitare. quare modi habēdi qui conſueuerunt dici quinario numero terminantur: Foꝛtaſſe autem alij modi erunt pꝛeter hos qui numerati ſunt. ſed ſi quis diligens ſit inquiſitoꝛ inueniet. Et quidem de pꝛincipijs hec dicta ſufficiant. Reliqua vero in eo qui de analecticis eſt querant̃ Dicit̃ autē magis ⁊ minus ſuſcipere tripl'r. aiunt em̄ quidā ſm cremētū vel diminutōem eoꝛū que ſuſcipiunt ſubiectoꝛum

Aliter aũt ⁊ aliȷ̃. ipſa quidẽ que ſuſcipiũt in ſuſcipiẽte. ⁊ diminui ⁊ creſcere aſſerunt. Aliȷ̃ autem ſm vtrũq; eorũ ſuſcipiũt diminutõem ⁊ augmẽtatõnem. a primis itaq; incboantes q̃ eorũ rata ſit ⁊ firma ſententia manifeſtabimus Si q̃s aũt ꝓmã ⁊ ſcdam deſtruxerit vtiq; ⁊ tertiã. q̃ ex vtriuſq; efficit̃ ꝯiunctõne. Nõ igit̃ ſm ſuſcipiẽtium ipſorũ cremẽtũ vel decremẽtũ cũ magis et cũ minus aliqua vocant̃ Nulla eñ rõ obuiauerit dicenti hoiem quidẽ aĩal ⁊ ſubſtãtiã ⁊ cetera. ſimilia cũ magis et cũ minus dici ꝯcedentibus nobis ſm ſubiecti intenſiõem ⁊ remiſſionẽ q̃libet cũ magis et min⁹ dici. Amplius aũt equus q̃dẽ augmẽti ⁊ diminutõis motũ ſuſtinet frequenter. dr̃ aũt lapis maior vl' minor lapide quodam q̃ nunq̃ neq; intenſionẽ neq; remiſſionẽ paſſus eſt. mons etiam alio monte maior dr̃ cũ neuter creſcat ⁊ decreſcat. Amplius autẽ ⁊ margarita albior q̃ equus dr̃. cui pedẽ q̃uis maiorẽ habere ꝯtingit. hoc aũt nõ ſm q; equus q̃dẽ in eſſentia margarita ſupatur Colligi ergo oportet nõ margaritam q̃dem albiorẽ equo ꝓnunciari ſm magnitudinẽ ſubiecti vel puitatẽ. vel nõ verum quidem erit albiorẽ equo margaritam eſſe vel nihil oĩno cũ magis cũ minus dici ſm ſubiectorum magnitudinẽ vel puitatem. neq; ſm crementũ vel diminutõem. hoc aũt palam eſt qm̃ ſm magnitudinẽ q̃dem ſubiecti margarita albior equo nõ dicitur. tñ margaritã non albiorem eẽ equo falſum eſt. Relinq̃tur ergo nihil ſm ſubiecti magnitudinẽ cũ amplius vel cũ min⁹ dici: ſil'r aũt ⁊ neq; ſm puitatem Amplius aũt neq; ſm ea que inficiunt. ſi eñ quidem ſm magnitudinem albedinis vel alicuius ceterorũ accñtium aliq̃d dr̃ albius altero vel ſm puitatẽ minus albũ. vel quõlibet aliter vtiq; ⁊ magis albꝰ et equus eſt. vel qõlibet aliud aĩal albius margarita dici. etenĩ maior albedinis q̃titas equo accidit q̃ margarite Amplius aũt magis ⁊ minus alterũ altero dr̃. nõ ſm ſubiecti neq; accidentis cremẽtũ vel decremẽtum. qm̃ aũt nõ ſm ſubiecti crementũ vel magnitudinem aliq̃d paruius aliquo dicat̃ manifeſtũ eſt nec quoq; ſm ampliorẽ ipſius accñtis quãtitatẽ Etenĩ quãtitas vltra ſubiectũ nõ poteſt. terminus eñ q̃titatis corpus eſt. paruitas aũt q̃titati ſupponit̃ quare vltra paruũ q̃dem ſubiectũ paruitas ipſa non porrigitur. Quãto ergo ſubiectũ puius efficitur tãto ⁊ puitatis q̃titas minorat̃. patz ita q; nihil ſm magis ⁊ minus ꝑdicari. neq; ſm ſolius ſubiecti augmẽtum vel diminutõem: neq; ſubiecti neq; accñtis. quare neq; ſm vtrũq;.

Oportet ergo alia inuenire que cũ magis et minus dicãt̃. hmõi vero ſunt ea que ſunt in voce horũ q̃ adueniũt nõ ſm ſubiecti mobilis crementum vel diminutõem. Sed qm̃ eorum q̃ ſunt in voce ipoſitõni ꝓpinq̃ora ſint ab eis remotiora ſunt. De his eñ cũ magis dicunt̃ que ꝓximiora ſunt ei que in voce eſt ipoſitio cum minus vero de his q̃re motiora cõſiſtunt. vt albũ dr̃ in quo eſt pura albedo. Quãto igitur ad vocis q̃dem impõem q̃s eſt accedẽs puriori inficitur albedine tanto ⁊ candidius aſſignabit̃. Et puius deinde qd̃ aliȷ̃s cõpatũ ſtauere dimenſione et q̃titate vincitur: q̃cq̃d igit̃ ẽ qd̃ in q̃titatis menſura ſupatur id continuo puius ꝓnunciatur. Sil'r aũt et de aliȷ̃s Dubitabit autẽ aliq̃s quãobrẽ hec q̃dem cũ magis ⁊ minus dicantur. ſubſtantie vero minime. hoc aũt cõtingit qm̃ ſubſtãtiarũ impõ in termio q̃dẽ eſt. vltra quẽ trãſgredi ipoſſibile eſt. Additur aũt ⁊ de accidentibꝫ q̃buſdam que ſine magis ⁊ minus dicuntur. vt quadrãgulus triãgulus et ſil'ia. Nõ eñ quadrangulus vnus magis et minus alio dr̃: ꝯtingit aũt qm̃ in ſubſtãtiarũ q̃dẽ ſcatione vel deſignatõne accipiuntur. Etenĩ quadrangulus ⁊ quãtitas nũcupatur. et corpus q̃drangulatum. vel eadem que in ſupioribus eſt ratõ hec negat: qm̃ hmõi ipoſitio in termio q̃dem eſt facta. vlta quẽ trãſgredi nõ licet. queadmodum eſt in ſuplatiuis. Etenĩ albiſſimus et nigerrimus ⁊ hmõi ſine maius et min⁹ ſunt. eo q; huiuſmodi ipoſitio in termino eſt. vltra quẽ porrigi ipoſſibile eſt Poſſibile eñ ſi ꝯtingit nullum ſeq̃ ipoſſibile. q̃propter ⁊ ſi oẽs pũcti ꝯponantur nullam faciũt magnitudinẽ quoniã pũctus pũcto ꝯpoſitus nil auget. Eſt aũt generatio ſimplex ⁊ corruptio nõ ꝯgregatõne vel ſegregatõne athomorũ. ſz qñ trãſmutatio fit ex aere ſpecificato i hoc totum. in ſubiecto eĩ duo ſunt q̃rum hoc q̃dem eſt ſpẽs ſm rõnem. hoc aũt ſm naturã. qñ igit̃ in his duobus eſt trãſmutatio generatio erit et corruptio ſm veritatem Dicit̃ aũt generari ſimpl'r in his q̃ magis hoc aliq̃d ⁊ ſpẽs hec q̃ terra. Muſicus homo corruptus eſt, homo imuſicus generatus eſt. hoc aũt manet id idẽ: ſi q̃dem igitur his paſſio nõ eſſz ſm ſe muſica ⁊ imuſica. his q̃dem generatio eſſz his



aũt corruptio. Ideo hoĩs hmõi q̃dem paſſiones. hoĩs aũt muſici ⁊ imuſici generatio q̃dam et corruptio. nũc aũt hoĩs hec manẽtis paſſio muſica ⁊ imuſica. ideoq; alteratio taliũ eſt Eſt aũt hyle ꝓprie maxime q̃dẽ ſubiectũ generationis ⁊ corruptõis ſuſceptibile. Sed querit̃ q̃re q̃dem diſcẽs non dr̃ generari ſimpl'r. ſed ſm q̃d generari diſciplinabil'r. hec autem determinata ſunt in ꝑdicamentis. hoc q̃dẽ ad aliq̃d ſubſtantiã ſcat. hoc aũt tale. hoc aũt quãtũ. q̃cũq; igit̃ nõ ſubãm ſcant nõ dicũtur ſimpl'r ſed ad aliq̃d generari. Eſt aũt qd̃ ineſt ſm naturam moueri. vt ignis qd̃ eſt ꝓncipiũ motus.

¶Queritur Utrum tres ꝓprietates habitus ſint ſufficienter aſſignate. quarũ ꝓma eſt q; habitus ſuſcipit magis ⁊ minus. Secũda eſt. q; habitui nihil eſt ꝯtrariũ. Tercia eſt ꝓprie ꝓpriũ eſt habitui ſemp in pluribꝫ exiſtere. ¶Et arguit̃ ꝓmo ꝯtra ꝓmam. q2 ſuſcipe magis ⁊ minus ꝓſupponit habere ꝯtrariũ. ſed habitus nõ hꝫ ꝯtrariũ. vt pz in ſecũda ꝓprietate. ḡ nõ ſuſcipit magis ⁊ minus ¶Secũdo arguit̃ ꝯtra ſecundã. q2 veſtitio ⁊ nuditas ſt̃ in genere habitus. ⁊ tñ ꝯtrariant̃. ḡ habitui eſt aliq̃d contrariũ. ¶Tercio ꝯtra terciã arguit̃. q2 nullũ accñs eſt in pluribꝫ ſubiectis. q2 accñs multiplicat̃ ⁊ numerat̃ ad numerũ ſuorũ obiectorũ. ergo habitui nõ ꝯuenit in pluribus exiſtere In oppoſitũ eſt gilbertus in textu.

¶Sciendum primo. Et ꝓma ꝓprietas nõ ꝯuenit omni habitui neq; ſoli. Nam alique ſpẽs habitus nõ ſuſcipiũt magis ⁊ minus. vt veſtitũ eſſe. ſed armatio ⁊ calceatio bene ſuſcipiũt magis ⁊ minus. qd̃ tñ non intelligit̃ ſm intenſionẽ ⁊ remiſſionẽ vnius ſpẽi habitus ſicut eſt in albo ⁊ nigro. ſed ſm plures ſpẽs. ita q; ille dicat̃ magis armatus qui eſt magis paratus ad plura opa bellica Et ſi querat̃ quare alique ſpẽs habit⁹ ſuſcipiũt magis et minus ⁊ alique nõ Reſpõdetur q; habitus ordinatur ad corpus vt ad cauſam finalem. modo inter iſtos habitus eſt talis dr̃ñcia q; aliqui ordinãtur ad corpus ꝓpter vnũ vſum tm̃. aliȷ̃ vero ꝓpter plures vſus. Vñ illi qui ꝓpter vnũ vſum ordinãtur ad corpus nõ ſuſcipiũt magis neq; minus. ſicut tunicatio ⁊ veſtitio ⁊ hmõi nõ ſuſcipiũt magis neq; minus. licz vnus dicat̃ melius veſtitus altero Sed habitus qui ꝓpter plures vſus ordinãtur ad corp⁹ bene ſuſcipiunt magis ⁊ minus. ſicut armatio ⁊ calceatio. Nam ille qui ad plures actus bellicos promptus eſt ⁊ paratus. puta ad defendendũ vel inuadendũ eſt magis habituatus q̃ ille qui ad vnũ actũ promptus eſt ſicut eques armatior pedite dr̃. Pro ſecũda ꝓprietate

Sciendum ſecũdo Et nullũ accñs reſpectiuũ in q̃tum reſpectiuũ hꝫ ꝯtrariũ. q2 non ꝯtrariat̃ illi ad qd̃ refert̃. ſed ſi ꝯtrariaret̃ alicui. hoc eſſz rõne ſui fundamẽti. ſed fundamenta habitus nõ ꝯtrariant̃. q2 corpa inter ſe nõ ꝯtrariãtur. neq; illa q̃ ſunt circa corpus. vt tunica vel caputiũ. ḡ ſeq̃tur q; habit⁹ nõ hꝫ ꝯ̃riũ. ꝓ tercia ꝓprietate ¶Sciendũ tercio. q; ꝓpriũ eſt habitui in pluribus ſemp exiſtere. q2 habitus ſimul exiſtit in pluribꝫ. ſ. in corpore ⁊ in his q̃ circa corpus ſunt. Eſt eñ vna adiacentia corporis ad ea que circa corpus ſunt ſm quã corpus figurat̃ ⁊ terminat habitũ ſm ſuã figuram. ⁊ hec adiacentia corpis eſt q̃dã actio. Secũda eſt q̃dã adiacentia eorũ que habent̃ a corpe que eſt ad ipm corp⁹. ⁊ cauſat̃ a figuratiõe et terminatõe huius corpis. ⁊ hec adiacẽtia eſt quedam paſſio. Tercia eſt q̃dam adiacentia eorũ q̃ cauſant̃ ex iſtis duabꝫ in q̃tum vtraq; adiacet vtriq;. Et iſta eſt adiacentia reſultans ex aliȷ̃s duabꝫ. ⁊ dr̃ habitus. et ſic habit⁹ exiſtit in pluribꝫ. Et ſic pz declaratio huius proprietatis ¶Sed ꝯtra hoc arguit textus. q2 hec ꝓprietas ꝯuenit q̃titati ⁊ relatõi. q2 ſil'itudo ⁊ diſſil'itudo ſunt in pluribꝫ. et ſil'iter numerus eſt in pluribꝫ rebꝫ numeratis. ḡ male ponit̃ ꝓprietas habitus. Rñdet̃ q; hec ꝓprietas ꝯuenit omni nature huius ꝑdicamenti habitus. ideo ſpẽaliter ponit̃ ꝓprietas eius. nõ eñ ꝯuenit q̃titati ꝯtinue nec relatõi identitatis. neq; etiã iſta ꝓprietas [illegible] numero. q2 numer⁹ ꝓprie dr̃ eſſe in re numerata [illegible] ſm ſe accepta. ſz vt terminat aggregatõem re[illegible] ꝓcedentiũ.

Sciendum quarto. q; Gilbertus aſſignat q̃tuor modos habitus in cõi ſm q; in ꝓſenti diſtinguuntur modi illius. Primus eſt habere q̃titatẽ ⁊ qualitatẽ. Secũdus eſt habere ꝯtentũ. Terci⁹ eſt habere id qd̃ adiacet mẽbro. vt in digito anulũ. Quartus eſt ſicut habere vxorem. hic aũt modus inſolitus eſt vt dr̃ textus. Et ſi arguat̃ q; Areſtoteles ponit ſeptẽ modos habere. ergo iſte ẽ diminutus. vel ipſe ſupfluus. Rñdetur q; Gilbertus ſub ꝓmo mõ ꝯphendit duos modos ab Areſtotele poſitos. per terciũ vero modũ hic poſitũ poſſunt intelligi tres modi aliȷ̃. ſcz habere mẽbrũ. habere poſſeſſionẽ. habere ea q̃ circa corpus ſunt adiacẽtia. ⁊ ſic diſtinguendo modos habere nec Gilbertus eſt diminutus. nec Areſtoteles ſupflu⁹ Finaliter etiã Gilbertus determinat de intenſione ⁊ remiſſione in formis oſtendendo quot modis aliq̃d dr̃ ſuſcipere magis ⁊ minus. ſed q2 de hoc ſatis determinatum eſt in libro ꝑdicamentorum. ideo ad ꝓſens amplius de illis non determinabitur

¶Concluſio Predicte ꝓprietates habitus ſunt ſufficienter aſſignate. Hec ꝯcluſio ꝑt ꝓbari inductiue. cuius ꝓbatio ſatis liquet ex his que dicta ſunt ex notabilibus

¶Ad rõnes añ oppoſitũ. Ad primam dicit̃ q; licet ſuſcipe magis ⁊ minus ex ꝑmixtione ꝯtrariȷ̃ cũ ꝯtrario vel depuratõe ab alio ꝓſupponat habere contrariũ. tñ nõ oportz q; ſuſcipe generaliter magis ⁊ minus ꝓſupponat ꝯtrarietatẽ. q2 aliq̃d ꝑt ſuſcipere magis ⁊ minus propter maiorẽ vel minorẽ diſpõnem ſubiecti ad receptõem forme. vel ꝓpter maiorem vel minorẽ virtutẽ cauſe efficiẽtis. vel ꝓpter maiorẽ vel minorẽ aptitudinẽ ad operadũ ſicut fit in ꝓpoſito. et ille eſt improprius modus. ideo habit⁹ improprie ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶Ad ſecũdã dr̃. q; veſtitũ eſſe ⁊ nudũ eſſe nõ ꝯtrariant̃ ſed opponũtur ꝓuatiue. q2 nudũ nõ dt̃ aliquã formã poſitiue ¶Ad terciã dr̃ q; licz nullũ accñs reſpectiuũ idem in numero ſit in pluribꝫ ſubiectis formaliter ⁊ ꝯplete. tñ ꝑt eſſe in vno vt in ſubiecto. ⁊ i alio vt in cauſa ꝓpinqua. et ſic eſt de habitu qui eſt in ipſo habente ꝯplete ⁊ vt in ſubiecto ⁊ in re habita imperfecte vt in cauſa ꝓpinqua

Expliciũt queſtiones verſoris ſuper ſex ꝓncipia cum textu Gilberti porritani:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# Rimū oportet conſtitu

ere quid ſit nomen: et quid verbuꝫ. poſtea quid negatio ⁊ affirmatio ⁊ enūciatio ⁊ oratio

## Circa initiū primi libri

Perihermeniarū Areſtotelis primo mouet̃ queſtio talis Utrū de enūciatōe ſit ſcia tanq̄ꝫ de ſubiecto attributōis huius libri. ¶ Arguit̃ p̄mo ꝙ nō. qꝛ ſcia eſt neccarioꝝ ⁊ in corruptibiliū enūciatio aūt q̄libet corruptibilis eſt ⁊ ꝯtin-gens aliter ſe habere. g̃ de enūciatōe nō eſt ſcia. ¶ Secun do arguit̃ ꝙ enūciatio nō ſit ſubiectū huius libri. qꝛ ſciētia denoiat̃ a ſuo ſubiecto. ſꝫ iſte liber noiatur perihermenias qđ tantū valet ſicut de interp̄tatōe. ergo interp̄tatio ē ſub iectum ⁊ non enūciatio. In oppoſitum ſunt expoſito-res in hoc libro

¶ Sciendum primo. Qꝫ triplex eſt operatio noſtri intellectus. Prima eſt indiuiſibiliū intelligētia. Se cūda eſt ꝯpoſitio ⁊ diuiſio Tercia eſt diſcurſus. Prima or dinat̃ ad ſecūdam. qꝛ non p̄t fieri ꝯpoſitio ⁊ diuiſio niſi ex apprehenſione ſimpliciū. Secūda ordinat̃ ad terciā. qꝛ nō p̄t eſſe diſcurſus argumētatiuus niſi ex p̄miſſis p̄us cog nitis ad notitiā ꝯclonis incognite accipiendaꝫ. Quia igit̃ logica eſt rōnalis ſcientia. ideo eius cognitio habet verſari circa ea que pertinēt ad iſtas tres operationes rōnis noſtre De illis aūt que ptinēt ad p̄mam oparatōem determinat Areſtoteles in libro p̄dicamentoꝝ. cui aminiculat̃ liber p̄-dicabiliū porphirij. ⁊ liber ſex p̄ncipioꝝ Gilberti porritani et etiā liber diuiſionū boetij De his aūt q̄ ptinent ad ſecū dam operatōem determinat phs in hoc preſenti libro pe rihermenias. De his aūt que ptinēt ad terciā operatiōeꝫ determinat in libris priorū ⁊ in alijs libris ſequētib⁊. Sic igitur patꝫ ꝙ liber p̄dicamentoꝝ ⁊ alij libri qui ſibi āmini culantur ad hūc librū perihermenias ordinant̃. Et hic li ber ordinatur ad librū prioꝝ ⁊ alios conſequentes libros Et ſic pꝫ ordo iſtius libri ad alios libros. Eſt eīm vltim⁹ in ordine librorum veteris artis. in quo agit̃ de partibus integralib⁊ ſyllogiſmi ſeu argumentatōis. patꝫ etiam in-tencio huius libri in quo determinat̃ de enūciatōe

Sciendum ſecūdo Qꝫ perihermenias dr̄ a peri quod eſt de. ⁊ hermenias in grō greco qđ eſt interp̄-tatio. Greci eīm nō habent ablīm. ſed loco ablatiui vtūtur gtō̄. et ſic intitulatur liber iſte ab interpretatione Interp̄-tatio aūt dr̄ ab inter ⁊ p̄tor oris qđ venit a preeo is. nam ſi cut p̄tor dr̄ ille qui preit p̄ncipando ⁊ precipiendo ſicut eſt p̄nceps vt dr̄ papias. ita interpres preit g rōnem enūcia tiuam explanando aliquid de re

¶ Sciendū tercio. ꝙ interpretatio ſm Boetiū eſt vox per ſe ipſam aliquid ſcans. ſiue ſit complexa ſiue incomplexa Et ex hac definitōe ſequit̃ ꝙ ſincathegrema ta nō debent dici interp̄tatiōes. qꝛ non ſignificāt aliquid per ſe. Nec etiam voces naturaliter ſcātes vt voces bru torū. que interpretatōes dici nō poſſunt. qꝛ qui interp̄ta tur intendit aliquid exponere per interpretatōem ſm pla citū. Sola igitur nomina verba ⁊ orōnes ſiue perfecte ſi-ue imperfecte dicūtur interp̄tatōnes. de q̄b⁊ in h̄ libro de terminat phus. Et ex illa definitōe patet drñia inter in-pretatōem ⁊ enūciatōnem. qꝛ interpretatio large accepta in plus ſe habet q̄ꝫ enūciatio. qꝛ omnis vox que g ſe aliq̄d ſcat poteſt dici interp̄tatio. ſola vero oratio indicatiua dr̄ enūciatio. Ex quo ſequitur vlterius ꝙ ꝯueniēter liber iſte de interpretatōe intitulatur. ⁊ nō de enūciatione. qꝛ inter-pretatio in plus ſe habet vt dictū eſt q̄ꝫ enūciatio.

Sciendūꝫ quarto. ꝙ q̄ꝫuis nomen ⁊ verbū ſm p̄dictam definitōem interp̄tationis ⁊ etiam ſm aliaꝫ definitōem eandē in ſententia quam tradidit dñs Alber tus dicens ꝙ interp̄tatio eſt qua aliquis de re vt ē in ver bis loquitur ad explanatōeꝫ rei. poſſint aliquo modo di ci interpretationes. proprie tamē accipiendo interp̄tatōeꝫ nomen ⁊ verbū ſunt magis p̄ncipia enūciatōis q̄ꝫ inter-pretationes. Cuius rōnem aſſignat ſanct⁹ Thomas di-cens ꝙ ille interp̄tari videtur qui exponit aliquid eſſe ve-rum vel falſum. Ideo ſola oratio indicatiua in qua veruꝫ vel falſum eſt ꝓprie interpretatio dici debet. Cetere vero orōnes vt iperatiua. optatiua. ꝯiunctiua ⁊ cetere magis ordinantur ad exp̄mendū mentis affectū q̄ꝫ interpretan dum id quod intellectus ꝯcipit de re. Dicit etiā dñs al-bertus ꝙ enūciatio potiſſima eſt de qua ⁊ eius ꝓprietatib⁊ p̄ncipijs ⁊ cauſis p̄ncipaliter intenditur in hoc libro. Ne q̄ꝫ in hoc libro de nomine agit̃ ⁊ verbo niſi inq̄ꝫtuꝫ ſunt p̄n cipia enūciatiōis aut partes.

Concluſio prima. De enūciatione eſt ſciētia tanq̄ꝫ de ſubiecto attributōis in hoc libro perihermenias q̄ꝫuis interp̄tatio ꝯmuniter dicta ſit ſubiectū ꝯmune hui⁹ libri. Probatur p̄ma pars. quia enūciatio in vniuerſali ac cepta eſt ens intelligibile habens p̄ncipia ⁊ cauſas g ſe par tes ⁊ ꝓprietates de ipſo demonſtrabiles per hm̄oi cau-ſas. Secūda pars patꝫ. qꝛ definitio ſubiecti attributōnis enūciatōi ꝯpetit reſpectu ſcie huius libri

¶ Concluſio ſecūda Interpretatio ꝯmuni-ter dicta eſt ſubiectū cōmune huius libri. Patꝫ. qꝛ ſub ſe ambit omnia queeūq̄ꝫ in hoc libro determinant̃. Nam in terpretatio large dicta dicit explanationem rei per voceꝫ ſiue fiat g vocem ꝯplexam ſiue incōplexam. ſiue fiat in to to ſiue fiat in parte. ſiue vniuerſaliter ſiue particulariter. ſiue affirmatiue ſiue negatiue. ſiue finite ſiue infinite. ⁊ ſic de alijs modis interp̄tandi quos intellectus de re ꝯcipit.

Concluſio tercia. Oratio nō poteſt dici ſubie ctum attributōis huius ſcientie. Patꝫ qꝛ multe ſunt ora tiones ⁊ oratōis partes de quib⁊ non intenditur in iſta ſci entia. vt ſunt oratio deprecatiua. optatiua. ⁊ ꝯiūctiua. qꝛ



quia vt dictū ē nō ꝓprie ſunt oratōes interpretatiue Ora tio eīm ordinata ad finē ꝯgrui ptinet ad grāmaticū ⁊ orō ordinata ad gſuadendū ⁊ diſſuadēdū ad rethoricū ptinet et oratio ordinata ad delectatōem vel errorē ptinet ad po etriā Sola aūt oratio ordinata ad verū vel falſum ad lo-gicū ptinet. Et hec ē oratō enūciatiua. ergo ſequitur ꝙ ſo la orō enūciatiua ē ſubiectū que eſt ipſa enūciatio Sed po teſt obijci cōtra ea q̄ dicta ſunt in p̄ma ⁊ ſecūda cōcluſio-nibus. qꝛ in geometria non demōſtrantur alique paſſio-nes de ſubiecto illius ſciētie vtpote de quātitate ꝯtinua ſed preſupponūtur ab aliqua ſciētia ſupiori ſed ſolū de par tibus eius vt de triāgulo ⁊ quadrāgulo ⁊ ſic de alijs. er-go neq̄ꝫ in hac ſcia ꝓprietates demōſtrari debēt de enūci atione. Reſpōdetur ꝙ aliqua eſt ſcientia q̄ nō conſiderat princip ia ⁊ cauſas ſui ſubiecti. ſed p̄ſupponit ea ab aliqua ſupiori ſciētia Sicut cōtingit in ſciētijs ſubalternatis cu iuſmodi ē geometria que principia quātitatis ꝯtinue nō conſiderat. ſed preſupponit ea demōſtrata a mathemati-co. ergo nō habet demōſtrare paſſiones de ſubiecto. ſꝫ ſo lū de partibus eius. Alia eſt ſcientia que conſiderat prin-cipia ⁊ cauſas ſui ſubiecti. ⁊ talis poteſt demōſtrare paſſi ones nō ſoluꝫ de partibus ſubiecti. ſed etiā de ſuo ſubiec to. Et iſtud cōuenit ſcientijs ꝯmunibus cuiuſmodi ſunt metaphiſica ⁊ logica. Queadmodū eīm metaphiſica ver-ſatur circa ens reale ſic ⁊ logica circa ens rationis. Et ita eſt ſciētia communis. Et iſta ſunt dicta ꝓbabiliter q̄ꝫuis videatur oppoſitū habere philoſophus primo poſterioꝝ. Et ſi queratur que ſunt paſſiones enūtiationis. Reſpon detur ꝙ paſſiones enūciationis que in hac ſciētia cōſide-rātur ſunt enūciare affirmatiue ſiue negatiue vniuerſali-ter particulariter finite infinite. oppoſitio ꝯuerſio equipol lentia ⁊ ſic de alijs.

Dubitatur primo de autore hui⁹ libri. Reſ pondet venerabilis dñs Albertus ꝙ vanum eſt querere iſtud. ⁊ ſolū queſitū in ſcolis pictagore Quia in illis nihil recipiebatur niſi qđ fecerat pictagoras. quare aūt vanū ē querere. Cauſa eſt quia ſciētia firmitatem vel infirmitatē nō ſemg accipit ab autore. ſꝫ hoc habet a ratiōe ſcibilium Et ſic ad hoc ꝙ aliqua dicta recipiātur nō eſt curandū a quo fuerūt dicta. Dicēdū eſt tamē ad dubiū ꝙ Areſtote-les fuit primus autor huius ſcientie.

Dubitat̃ ſecūdo. cui parti philoſophie ſub-ordinatur iſta ſcientia. Reſpōdetur ꝙ eſt pars rationalis ſeu ſermotionalis ſciētie ⁊ non realis. Eſt eīm hec ſcientia directiua rationis in eius ſecūda operatione que eſt cōpo-ſitio et diuiſio. Et eſt cōſideratiua eorū que per huiuſmo di operationē ſecundam cōſiderātur ſiue formātur ſcili-cet enunciationis et orationis affirmatiue vel negatiue.

Dubitatur tercio an hec ſcientia ſit ſpecula tiua vel practica. Reſpondetur ꝙ hec ſcientia ſimpliciter habet modum ſcientie ſpeculatiue qꝛ procedit definiēdo diuidēdo et demōſtrando Et etiam aliqualiter habꝫ mo dum inuentiuū inquantū docet inuenire principia ex qui bus conſtituitur interpretatio. Non tamen ſiſtit in tali in uentione ymmo finaliter docet reſoluere interpretationē conſtitutam in eius cauſas ⁊ principia. Sed bñ hꝫ mo-dū artis in hoc ꝙ ſicut in arte colligūtur multa precepta ad vnum operis finem tendentia. Sic in hac ſcientia dā tur multa principia ad finem conſtitutōis ipſius enunci-ationis. Tamen vt dictum eſt finaliter non ſiſtit in tali cōſtitutione ſeu inuētione ideo nō eſt īuentiua Neq̄ꝫ habꝫ modū artis niſi ſm quid. ſed ſimpliciter habet moduꝫ ſci entie contemplatiue

Dubitatur quarto de fine hui⁹ ſcientie. Re ſpondetur ꝙ p̄ncipalis finis intrinſecus eſt gfecta ⁊ com-pleta cognitio enūciatōis in ſe ⁊ in omnib⁊ ſuis partib⁊ p̄n cipijs ⁊ cauſis. Sed finis extrinſecus eſt cōſtitutio ſyllo-giſmi ita ꝙ enunciatio finaliter ⁊ materialiter ordinatur ad ſyllogiſmū. Materialiter quidem. qꝛ eſt materia eius Finaliter vero. qꝛ propter ſyllogiſmuꝫ quo deuenitur ad notitiam ignoti complexi queritur interpretatio rerū que veniūt in ſyllogiſmi ꝯplexionem. ¶ Ubi aduertendū eſt ꝙ ad hoc ꝙ aliquis accipiat cognitiōem ignoti per notuꝫ exigūtur tria. Primū eſt interpretatio rerū que veniūt in complexionem ſyllogiſmi. Secūdo exigit̃ complexio eoꝝ que ſic interpretata ſunt ſub forma ſyllogiſmi. Tercio exi gitur probatio ꝙ ita ſit vel nō ſit. vel ꝙ hoc ſit tenendum vel nō tenendum. Primū iſtorū docetur in hoc libro. ſecū dū in libro p̄oꝝ. terciū in alijs libris noue logice.

Dubitatur quinto. Quare Areſtoteles in hoc libro in exemplificando non vtitur litteris ⁊ ſyllabis ſicut in libro p̄orū. cum tamen hic determinatur de enūci-atione ſimpl'r ⁊ nō ꝯtracta ad aliquā materiā in qua eſt. Reſpondet̃ ꝙ cauſa eſt. qꝛ forma ſyllogiſmi nō eſt variabi lis ſm materiā in qua eſt. ſed equaliter recipiens oēm ma teriā. ideo tali forme nō ꝯpetit vna materia deſiata plus q̄ꝫ alia Sed in h̄ libro agit̃ de interpretatōe potiſſima que eſt enūciatio. cuius eſt ſignificare aliquod verū vel falſuꝫ. Et ita forma enūciatiōis que eſt ſcare verū vel falſuꝫ ſm materiā nominabilem variabilis eſt.

¶ Dubitatur ſexto. Utrū in eodeꝫ libro de-terminandū ſit de enūciatōe in quo agitur de ſyllogiſmo. Uidetur ꝙ ſic. qꝛ enūciatio eſt pars ſyllogiſmi. mō pars eſt tractanda cū toto. ideo ꝓpoſitio vniuerſalis que eſt gs materie ſyllogiſmi demonſtratiui tractatur in eodē libro cum ſyllogiſmo demonſtratiuo. Et ſimiliter ꝓpoſitio dya lectica cum ſyllogiſmo dyalectico. Ergo a ſimili enūcia-tio ſimpl'r nō ꝯtracta ad aliquam materiam neceſſariam vel probabileꝫ determinari debet cum ſyllogiſmo ſimpl'r dicto in libro priorum. ¶ Ad dubium dr̄ ꝙ enūciatio ſm rationem differt a ꝓpōne. qꝛ ad rōnem enūciationis ſuffi-cit aliquid ſcare eſſe vel non eſſe vniuerſaliter vel particu lariter. finite vel infinite. Sed ad rōnem ꝓpōnis exigitur ꝙ iam ſit poſita in forma ſyllogiſmi ad aliud inferendum ſm quam poſitōem multa accidūt ꝓpoſitioni que non ac cidūt enūciationi ſm ſe accepte. vt debita diſpoſitio termi-norum ſm debitam ſubiectōem ⁊ p̄dicatōnem in ordine ad aliam ꝓpōnem que cum ea in ſyllogiſmo ordinatur. et de hm̄oi accidentib⁊ agitur in libro prioruꝫ. ⁊ ita ꝓpoſitio dicit materiam propinquaꝫ ſyllogiſmi. ſꝫ nō enūciatio.

Dubitatur ſeptimo. circa ordinem deter-minandorū in hoc libro que in hoc prohemio enumeran tur. quare oportꝫ p̄us conſtiuere quid nomen. quid ver-bum. quid negatio quid affirmatio ⁊ quid enūciatio. Dicitur ꝙ cauſa eſt. qꝛ in omni doctrina in qua ſunt p̄n cipia cauſe ⁊ elementa ex cognitōe eorum veniendūꝫ eſt in cognitōem p̄ncipiatorum. cauſatorū. ⁊ elementatorum vt dr̄ in prohemio phyſicorum. Et qꝛ nomen ⁊ verbum ſunt partes. principia ⁊ cauſe materiales. affirmatio vero et negatio ſunt quemadmodū partes formales. quia ſe te



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

nent ex parte copule. Ideo p̊mo determinanduꝫ eſt q̄d ſit vnūquodq̄ꝫ ipſorum ꝗ̄ quid ſit enunciatio Alia rō eſt q̄ in idem redit. qꝛ vt habetur in p̊mo phyſicorū compoſitum nō cognoſcitur niſi ſciatur ex quibꝫ quotis ⁊ ꝗ̄tis ſit. Cū ergo oratio ꝯſtituatur ex nomine ⁊ verbo accepto pro re verbi ſ̄cata per verbum tanq̄ꝫ ex partibꝫ materialibꝫ. Et ex cōpoſitione ſ̄cata per verbum tanq̄ꝫ ex forma cui accidunt affirmatio ⁊ negatio. vt qualitates quedam formales. ideo oportꝫ p̊us ſcire quid nomen. q̄d verbum ꝗ̄ poſſet cognoſci quid ſit enūciatio. ¶ Eſt tamē aduertenduꝫ ꝙ ꝯpoſitio in enūciatione ſi referatur ad totam enūciationem tanq̄ꝫ pars eius. ſic habet moduꝫ materie. quia ſemꝑ verum eſt ꝙ omnis pars ꝯparata ad totum cuius eſt ꝑs habet rationem materie. Et ſ̄m hoc affirmatio ⁊ negatio dicūtur quodāmodo principia materialia enūciationis. quia ergo via generatiōis ꝑtes ſunt p̊ores toto. ſicut materia p̊or eſt forma. et in hoc libro ph̄us intendit inuenire ꝯſtitutōem enūciationis Ideo dicendum eſt p̊us quid ſit vnaqueq̄ꝫ illarum partiū ꝗ̄ quid ſit enūciatio. Si auteꝫ compoſitio referatur ad ſubiectum ⁊ ad predicatum materiale. hoc modo cōpoſitio habet rōnem p̊ncipij formalis Et per hoc patꝫ ſolutio alterius dubij quod fieri ſolet. q̄re oportꝫ p̊us dicere quid ſit nomen quid ſit verbum. Sciendū eſt etiam ꝙ p̊mum in textu ſ̄cat negatōem anterioris ⁊ etiam ordinem ad ſecūdum. Et ideo ponitur p̊mum ad denotandū ordinem conſiderandorū in hac ſcientia Et d̄r ibi. oportet. ſupple ex ſuppoſitione finis. nō vt d̄r neceſſitatem ſimpliciter ⁊ abſolutam. ſed ſi debeat cognoſci quid ſit enūciatio. oportet p̊us cognoſcere quid nomen quid verbum

Dubitatur octauo. Vtrū cōuenienter dicatur ꝯſtituere. Videtur ꝙ non. qꝛ quid ſit nomen ⁊ q̄d ſit verbum iam ꝯſtitutum eſt a grāmatico. ergo logicus nō ꝯſtituit. ſed potius preſupponit. Reſpondetur ꝙ ibi cōuenienter ponitur conſtituere. quod tantū valet ſicut definire. et nō habet logicus a grāmatico preſupponere nomen et verbum. qꝛ aliter ⁊ aliter ⁊ ꝓpter alium finem logicus ⁊ grāmaticus ꝯſiderant nomen ⁊ verbum. ⁊ ſic aliter definiūt. Grāmaticus em̄ nomē ⁊ verbum immediate refert ad res ſignificatas. ideo definit nomen dicens. ꝙ nomē ſignificat ſubſtantiā cum qualitate. vel ꝙ ſ̄cat corpus aut rem ⁊c̄. Et hoc ideo quia grāmatic⁹ ordinat nomē ⁊ verbum ad finem ꝯgrui vel incongrui. logicus vero ad fineꝫ veri vel falſi Et qꝛ conſiderat ea vt ſunt partes enūciationis in qua verum vel faſum eſt. et nomen ⁊ verbum immediate referūtur ad conceptum ⁊ mediāte conceptu ad rem. quia veritas non eſt in rebꝫ immediate. ſed in conceptu mentis. ideo definit nomen ⁊ verbum dicens. ꝙ ſignificant ſ̄m placitum. Et ly. ſ̄m. d̄r cauſam formalem ſignificationis que eſt conceptus ſiue paſſio quam habet intellectus de re ſignificata. Sic ergo quia diuerſimode conſiderant nomen ⁊ verbum grāmaticus ⁊ logicus. ⁊ ad diuerſos fines ordinant. ideo logicus non habet p̄ſupponere a grāmatico quid nomen quid verbū. ſed habet conſtituere. id eſt definire ea ſ̄m ꝙ ꝑtinēt ad eius ꝯſideratōem

Dubitatur nono. cum in libro predicamētorum determinatum ſit de ſimplicibꝫ. ſcꝫ de dicibilibꝫ incōplexis que fuerit neceſſitas in hoc libro determiare de nomine ⁊ verbo. Reſpondet ſanctus Thomas in cōmēto. ꝙ ſimplicium dictionū triplex eſt conſideratio Vna ſ̄m ꝙ abſolute ſignificant ſimplices conceptus. ⁊ mediantibus ipſis res ſimplices Et ſic eorum ꝯſideratio ad librum predicamentorum pertinet. Aliter poſſunt conſiderari vt ſt̄ partes enūciationis. ſcꝫ in rōne eius quod enūciatur. ⁊ ſic conſiderantur in hoc libro. Et ideo introducūtur hic dictiones ſimplices ſub ratōe nominis ⁊ verbi. de quorū ratione eſt ſignificare aliquid ſine tempore vel cum tempore. ſ̄m ꝙ conſtituūt enūciationem. Et non conſiderantur hic ſub rōne ſubſtantie vel accidentis. ſicut in libro predicamentorum. Tercio modo conſiderantur ſ̄m ꝙ ex his conſtituitur ordo ſyllogiſticus qui figura appellatur. ⁊ ſic de eis determinatur in libro priorum ſub ratōe terminorum ſcꝫ maioris extremitatis. minoris. ⁊ medij. Aliam differentiam in modo conſiderandi dictiones ſimplices in hoc libro ⁊ in libro predicamentorum aſſignat domin⁹ Albertus dicens. ꝙ cōſideratio in libro predicamentoruꝫ incipit a rebꝫ ⁊ terminatur ad voces. quia liber predicamentoruꝫ eſt de primis decem vocibus decem p̊ma rerum principia ſignificantibꝫ. Ideo voces ibi notificat ſ̄m proprietates rerum ⁊ non vocum Sed conſideratio in hoc libro incipit a ſermone ⁊ terminatur ad rem. quia eſt de interpretatione que fit per ſermoneꝫ. eo ꝙ interpretatio nihil aliud eſt ꝗ̄ expoſitio rei que fit per ſermonem. vt prius patuit. et ſic incipit a ſermone exponēte. ⁊ terminat̄ ad rē expoſitā

¶ Dubitat̄ decimo. Quare p̄termiſſis alijs partibꝫ oratōnis d̄r ſolum eſſe determinandū in hoc libro de nomine ⁊ verbo. ¶ Ad hoc dupliceꝫ cauſam aſſignat ſanctus Thomas. Prima eſt quia de ſimplici enūciatione intēdit in hoc libro determinare. ideo ſibi ſufficit ſolas illas partes determinare ex quibꝫ enūciatio ſimplex de neceſſitate conſtat. ⁊ ſine quibus fieri non poteſt. que q̄dem partes ſunt nomen ⁊ verbum Alia cauſa eſt. quia nomen et verbum ſunt p̊ncipales partes oratōis ſub nomine cōprehendendo pronomen quod finitum relatione vel demonſtratione poteſt eſſe pars principalis enūciatōnis. Et ſub verbo comprehendendo participium. quod etiam cōſignificat tempus. Alie vero partes magis ſignificāt colligationes partium oratōnis ꝗ̄ ſint partes enūciationis Sicut claui nō ſunt partes p̊ncipales nauis ſed magis ſunt colligatōes partiū nauis

Dubitat̄ vndecimo: cum enūciatio diuidat̄ in enūciationem cathegoricam ⁊ hypotheticam. Quare de his ph̄us nō facit mentōem in hoc prohemio ſicut de affirmatione ⁊ negatione. ¶ Ad dubiū reſpondet̄ ſ̄m ſanctum Thomam qui huius duplicem cauſam aſſignat Prima eſt. qꝛ hypothetica ex pluribꝫ cathegoricis cōſtituitur. ideo non differt a cathegorica niſi ſicut vnū differt a multis. et ideo cognita cathegorica facile ē cognoſcere hypotheticam Alia cauſa eſt ⁊ melior. quia hypothetica nō continet abſolutam veritatem cuius tamen abſolute veritatis cognitio requiritur in demonſtratione. ad quaꝫ finaliter ⁊ vltimate ordinat̄ liber iſte. Sed hypothetica ſignificat aliquid eſſe ex ſuppoſitōe. quod non ſufficit in ſciētijs demonſtratiuis. niſi confirmetur talis veritas per veritatem alicuius enūciationis ſimplicis. Ideo Areſtoteles pretermiſit tractatum de hypotheticis enūciatōnibꝫ et etiā de ſyllogiſmis hypotheticis

Dubitatur duodecimo. Quare Areſto. in hoc ꝓhemio nō facit mentionem de voce. Reſpondet̄ ꝙ cauſa eſt. qꝛ vox eſt ens naturale. cuius ꝯſideratio pertinet ad naturalem ph̄m. Et ideo vox non eſt genus oratōnis



ſicut oratio eſt genus enūciationis. ſed aſſumitur ad conſtitutōem orationis. ſicut res naturalis aſſumitur ad cōſtitutionem rei artificialis

Dubitatur decimotercio. Quare Areſto. in prohemio prenominat affirmatōi negatōem. Reſpondetur ꝙ duplex eſt cā quas aſſignat ſanctus Thomas Prima eſt. quia in hoc libro proceditur a partibꝫ enūciatiōis ad totum ſ̄m viam cōſtitutionis. ſed negatio cum habeat rationem diuiſionis accedit ad partes ⁊ habet moduꝫ partis. Affirmatio vero cum habeat ratōnem compōnis accedit ad totum. ideo preponit ph̄us negatōnem affirmationi. Alia cauſa eſt. quia ꝗ̄uis ſimpliciter loquendo eſſe precedit non eſſe. tamen in illis que poſſunt eſſe ⁊ non eſſe ipſum non eſſe quod ſignificat negatio precedit eē. q̄ŏ ſignificat affirmatio. ideo ph̄us p̄mittit negationem affirmationi. Aliam cauſam aſſignat doctor venerabilis dominus Albertus. quia in hoc libro inter ceteras enūciationis proprietates p̊mo ⁊ principaliter determinat de oppoſitione cuius radix eſt negatio ⁊ in negatione ꝯpletur. qꝛ ens nō eſt cauſa oppōnis. ſed potius non ens relatum ad ens. Ob hoc Areſtoteles preponit negatōem affirmationi. Si tamen cōſiderentur affirmatio ⁊ negatio prout ſunt ſpecies enūciatōis ⁊ in habitudine ad genus quod diuidunt ſic ſunt ſimul natura.

¶ Ad rōnes ante oppoſituꝫ Ad p̊mam dicit̄ ꝙ enūciatio in vniuerſali accepta ſcꝫ ſ̄m ſimplicem ⁊ vniuerſalem ratōem enūciatōnis eſt quid perpetuū ⁊ incorruptibile ¶ Ad ſecūdam negetur maior. imo quādoq̄ꝫ denominatur ſcīa a fine vel ab efficiente. vel ab aliquo hm̄ōi

Sūt ergo ea que ſunt in voce earū que ſunt in anima paſſionuꝫ note. ⁊ ea que ſcribūtur eorum que ſunt in voce Et quēadmodum nec littere eedem omnibꝫ ſunt ſic nec voces. quoꝝ autē hee primorū note ſunt. eedem omnibꝫ paſſiones anime ſunt. Et quorū hee ſimilitudines res etiam eedem. De his quidem dictuꝫ eſt in his que ſunt de aīa. alterius em̄ eſt negocij

Queritur vtruꝫ ea que ſcribūtur ſint note eorum que ſunt in voce. id eſt que proferūtur. ⁊ ea que ſunt in voce earū paſſionū que ſunt in anima. id eſt ꝯceptuū ⁊ paſſiones que ſunt in anima ipſaꝝ reruꝫ que ſunt ad extra ¶ Arguit̄ p̊mo ꝙ nō ꝗ̄tum ad p̊muꝫ quod queritur. qꝛ ſi ſic. vel ea que ſcribūtur eſſent note eorū omniū que ſunt in voce. aut aliquorū ⁊ aliquorum non. Primū non poteſt dici. quia riſus hominis qui eſt in voce nō eſt notificabilis per ſcripturam. nec etiaꝫ multa alia que ſunt in voce. Nec poteſt dici ſecūduꝫ. qꝛ nō eſt maior rō de q̄buſdam ꝗ̄ de alijs. ¶ Arguitur ſecūdo ꝗ̄tum ad ſecūdum queſituꝫ. qꝛ ſi illa que ſunt in voce eſſent note eaꝝ paſſionū q̄ ſunt in aīa tūc eēnt note earū mediātibꝫ alijs paſſiōibꝫ ⁊ illaꝝ mediātibꝫ alijs. ⁊ ſic in infinitū. q̄ŏ tm̄ eſt īpoſſibile ¶ Arguit̄ 3° ꝗ̄tū ad tercium. qꝛ vl̄ hm̄ōi paſſiones ſ̄carent res ad extra ad placitum vel naturaliter. Non p̊mum. quia paſſiones ſunt eedem apud omnes. vt habet textus. Non ſecūdum. qꝛ hec naturalis ſ̄catio videt̄ prouenire ꝙ huiuſmodi paſſiones eſſent ſimilitudines naturales ipſarum rerum. ſed hoc non. qꝛ in pluribꝫ res quarum paſſiones ſunt in anima ſenſibiles ſunt ⁊ materiales. ipſe vero paſſiones immateriales ſeu intellectuales ſpēs. ergo paſſiones non ſunt naturales ſimilitudines rerum que ſunt ad extra

In oppoſitum eſt autoritas ph̄i in textu in p̊ncipio primi capituli partis executiue huius libri

¶ Sciendum primo. Q illa de quibꝫ premittit ph̄us in ſuo prohemio ſunt voces ſ̄catiue incomplexe. cuiuſmodi ſunt nomen ⁊ verbum Et complexe vt oratio ⁊ enūciatio ⁊ ſpecies eius. ideo anteq̄ꝫ de ipſis vocibus determinet. determinat de ſ̄catione vocum. Circa quod tria facit. Primo em̄ declarat ordinem ſ̄cationis vocum oſtendendo ſcꝫ ꝙ voces p̊mo ſ̄cant paſſiones. id eſt conceptus qui ſunt naturales ⁊ expreſſe ſimilitudines rerum cauſate ex ipſis rebꝫ in intellectu noſtro poſſibili mediantibꝫ potentijs ſenſitiuis ⁊ lumine intellectus agentis Secūdo ſ̄cant voces res ipſas mediantibꝫ. ſcꝫ hm̄ōi paſſionibꝫ ſeu conceptionibꝫ. Secūdo oſtendit qualis ſit ſignificatio ipſarum vocum. manifeſtans ꝙ non eſt a natura ſed ad placitum. ſeu ex impoſitōne noſtra. Tercio oſtendit differentiam ſignificationis vocum complexarum et incomplexarū. qꝛ voces complexe aliq̄d veruꝫ vel falſuꝫ ſ̄cant. nulli autem voci incomplexe hoc conuenit. Et de hoc in preſenti queſtione tractabitur Pro quorum declaratione eſt.

Sciendum ſecūdo Q in textu declarando ordinem ſ̄cationis vocum proponit Areſtoteles tria. ſcꝫ ſcripturam. voces. ⁊ anime paſſiones. ⁊ ex iſto tercio colligitur quarrum. videlꝫ res ipſe quarum huiuſmodi paſſiones anime expreſſe ſimilitudines ſunt in anima. Paſſio em̄ fit in paſſo ex impreſſione agentis Et ſic paſſiones anime originem habent ab ipſis rebus extra animam exiſtētibꝫ ¶ Et ſi quereret aliquis. que ſit cauſa neceſſitatis habendi voces ſ̄catiuas Dicitur ꝙ cauſa eſt. quia ad hoc ꝙ homines ad inuicem cōmunicent oportꝫ ꝙ vnus hō conceptiones ſuas manifeſtet alteri quod fit per vocem ſignificatiuam. Unde videmus ꝙ illi qui ſunt diuerſaruꝫ linguarum non poſſunt ad inuicem bene conuenire aut cōmunicatōem habere. Item ſi quereret aliquis que fuit cauſa neceſſitatis ſcripturaruꝫ. Dicitur ꝙ cauſa eſt quia homo non ſolum vtitur cognitione ſenſitiua. ſed etiā vtitur intellectuali cognitione. que abſtrahit ab hic ⁊ nunc. Ideo ipſum hominem conſequitur ſimilitudo non ſolum de preſentibꝫ ſ̄m locuꝫ ⁊ tempus. ſed etiam de iſtis que diſtāt a loco ⁊ futura ſt̄ in tp̄e Ideo vt hō ꝯceptōes ſuas et de his q̄ diſtāt ſ̄m locū. ⁊ de his q̄ futura ſunt in tp̄e manifeſtet neceſſarius fuit vſus ſcripture. Item ſi quereret aliquis quare Areſtoteles in exponendo ordinem ſignificationum non incipit a litteris. ſed a vocibus. Reſpōdetur ꝙ cauſa eſt. quia ſ̄catio vocum que immediate eſt conceptus intellectus principaliter pertinet ad conſideraonem logice Significatio autem litterarum non pertinet ad principalem conſiderationem logice. ſed magis grammatice. Exponendo ergo ordinem Areſtoteles in textu d̄r. Sunt ergo ea que ſunt in voce earum que ſunt in anima paſſionum note. Et ſubiūgit. et ea que ſcribūtur eoꝝ que proferūtur. Et ibi tenetur ly. ergo. illatiue. quia dixerat in prohemio ꝙ erat determinaturus de nomine ⁊ verbo. de oratione ⁊ enūciatione. affirmatione ⁊ negatione. q̄ ſunt voces ſignificatiue Ideo infert ꝙ oportet p̊mitus ſignificationes vocum exponere Item ſi quereret aliq̄s



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

quare non dicit Areſtoteles in textu. voces. ſed dicit. ea q̄ ſunt in voce. Reſpondetur ꝙ huius duplicem cauſaʒ aſſignat ſanctus Thomas. Prima eſt. quia in prohemio dixerat Areſtoteles ꝙ determinandū eſſet de nomine ⁊ verbo ⁊ alijs predictis. Modo iſta triplex habent eſſe. Unū in conceptione intellectus. ſm qḋ dicitur nomen mentale verbum mentale. ⁊ oratio mentalis. Aliud habent eſſe in prolatione vocis. ſm qḋ dicitur nomen vocale. verbum vocale. ⁊ oratio vocalis. Tercium habent eſſe in deſcriptōe litterarum. ſm quod dicitur nomen ſcriptum ⁊ verbum ſcriptum ⁊c̄. Dicit ergo. ea que ſunt in voce. acſi diceret Nomina ⁊ verba ⁊ alia p̄dicta que ſunt in voce ſunt note ipſorum nominum ⁊ verborum ⁊ aliorum que ſunt in mente. quia ipſa ſubſtantia vocis non eſt ex ſe ſignū nominis aut verbi vel oratōis mentalis. ſed ipſum nomen vel verbum mentale quod eſt conceptio mentis quodāmodo impreſſum voci cum ipſo nomine vocali vel verbo eſt ſignum ipſius conceptionis intellectus. Et eadeʒ de cauſa non dicit ꝙ ſcripture ſunt note vocum aut eorum que ſunt in voce. ſed ꝙ ea que ſcribūtur. id eſt nomina ⁊ verba et alia predicta que ſcribuntur ſunt ſigna nominū ⁊ verborum ⁊ aliorum que ſunt in voce. ⁊ hec eſt potiſſima cauſa. Secūda cauſa eſt. quia vox ſignificatiua ad placitum de qua hic ſolum intendit Areſtoteles ſe habet ad vocem ſicut pars ad totum. ideo dicit. ea que ſunt in voce. ſicut pars in toto. id eſt que continentur ſub voce ſicut minus cōmune ſub magis cōmuni Alia cauſa eſt. quia nomē ⁊ verbum ſunt quedam artificialia ab inſtitutione noſtra que adueniūt rei naturali q̄ eſt vox. ſicut forma ligni aduenit ligno. modo res artificialis habet eſſe in re naturali. ideo dicit. ea que ſunt in voce   Item ſi quereret aliquis quid intelligat Areſtoteles per paſſiones anime in p̄ſenti textu Dicitur ꝙ per paſſiones anime intelligūtur conceptiones intellectus quas nomina ⁊ verba ⁊ orationes ſignificant ſm ſententiam Areſtotelis. Et per huiuſmodi paſſiones quas nomina dicūtur ſignificare non debent intelligi prime ſimilitudines naturales rerū que primo cauſantur in intellectu poſſibili a phantaſmatibus rerum illuſtratis lumine intellectus agentis. que quidem prime ſimilitudines vocantur ſpecies intelligibiles. quia poſſunt huiuſmodi ſpecies eſſe in intellectu abſqʒ hoc ꝙ res quarum ſunt naturales rerum ſimilitudines intellectus actualiter concipiat ſeu intelligat Nam huiuſmodi ſpecies nō ſunt expreſſe rerum ſimilitudines. ſed intellectus informatus iſtis ſpeciebus intra ſe quando exit in actum concipiendi ſeu intelligendi formet conceptiones rerum. que ſunt expreſſe ſimilitudines ipſarum rerum. Et illi concept⁹ ſic formati ſunt paſſiones anime quas notat Areſtoteles hic per ea que ſunt in voce. Huiuſmodi autem concept⁹ vocantur alio nomine rationes intelligendi. ⁊ hoc modo capit phus rationem. cum dicit in quarto metaphyſice. ratio quam ſignificat nomen definitio eſt. Solent etiaʒ vocari verba mentis mediantibus quibus ea que ſunt i voce ſignificant res ipſas extra animam exiſtentes.

¶ Item queritur. quare conceptus vocatur paſſio. Reſpondetur. ꝙ huius duplicez cām aſſignat ſanctus Thomas. Prima eſt. quia non contingit intelligere ſine phantaſmate. quod quidem phantaſma non eſt ſine corporali paſſione. Ideo phus in tercio de anima ymaginatōnem ſeu phantaſiam vocat intellectum poſſibilem. Alia cauſa eſt. quia ſignificatio vocum refertur ad conceptionem intellectus ſm ꝙ oritur a re tanq̄ a prima cauſa extra animam exiſtente per modum cuiuſdam impreſſionis vel paſſionis. ideo conceptio intellectus poteſt dici paſſio extenſo nomine paſſionis ad omnem receptioneʒ. Dicitur eñ paſſio a patin grece qḋ eſt recipere latine. hoc eñ modo ipſum intelligere intellectus poſſibilis dicitur quodammodo pati in tercio de anima   ¶ Item ſi queratur quare Areſtoteles in preſenti paſſu potius vtitur nomine paſſionis q̄ʒ conceptionis.   Reſpondetur ꝙ hoc eſt duplici de cauſa. Una eſt. quia ex aliqua paſſione anime. puta ex horrore vel odio vel aliquo huiuſmodi prouenit ꝙ vnus homo interiorem anime ꝯceptum per vocem alteri ſignificare velit. Alia cauſa iam dicta eſt. qꝛ ſcatio vocum refert ad ꝯceptōnem intellectus ſm ꝙ oritur a re per modū cuiuſdam paſſionis ſeu impreſſionis. ¶ Et ſi queratur q̄re dicit phs. de paſſiōibꝫ que ſunt ſimilitudines reꝝ. ⁊ nō de alijs. vtpote de his que ſunt in voce. ⁊ de his que ſcribūtur. Reſpondet ꝙ hoc ideo eſt. qꝛ non cognoſcitur res ab anima niſi ꝑ aliquam ſimilitudineʒ ſui exiſtentem in ſenſu ſeu in intellectu. Littere vero ſunt ſigna vocum. ⁊ voces paſſionū. Non ꝙ attendat aliqua rō ſimilitudinis. ſed ſola inſtitutōis rō. et hoc ſicut dt ſanctus Thomas in multis alijs ſignis inuenitur. vt ſonus tube eſt ſignū belli. nō rōne ſimilitudinis. ſed ſola rōne inſtitutōis. In paſſionibꝫ aūt aīe oportet attendere ad rōnem ſimilitudinis ad res exp̄mendas que eas naturaliter deſignāt. ⁊ nō ex inſtitutione humana.   Pro declaratōe ſecūdi. ſcʒ q̄lis ſit ſcatio vocū ⁊ ſcripturarū eſt.

¶ Sciendū tercio. ꝙ illud quod apud nos omes idē eſt hoc naturale eſt. qḋ ꝓ ꝯſuetudinis eſt apud aliquos ꝑmutat. Illud aūt apud oēs manet idem qḋ ex nobis. id eſt ex noſtra volūtate ⁊ inſtitutōe nō accipit diuerſitatē. et qꝛ paſſionū generatio in aīa eſt ad modū nature. eo ꝙ ſm ſpēm ⁊ formā mouentis ſcʒ rei extra animā exiſtētis generat. que nō eſt a nobis ſʒ a natura. Ideo paſſiones ⁊ res ipſe a qbꝫ cauſant eedē ſunt apud oēs identitate ſcʒ nature cāntis quodāmō naturaliter ipſas paſſiones in aīa noſtra. ⁊ etiā res extra aīam Qḋ pʒ. qꝛ īſtitutio noſtra nihil variare p̄t in rebꝫ nature. qꝛ eas facere nō poſſumus. ſed ſolum cognoſcere Voces ꝓ articulate ⁊ etiā littere deſcribentes figurā vocis q̄ eſt in ꝓlatōe ſunt a nobis. hoc eſt a noſtra volūtate ⁊ inſtitutōe Ideo nec hmōi voces nec hmōi lr̄e figurātes ⁊ deſcribētes eas eedē ſunt apud oēs. eo ꝙ nō eſt idē intellectus ꝯcipiēs apud oēs. neqʒ eadē volūtas mouēs ad exp̄mendū mētis ꝯceptū.

Concluſio prima. Ea q̄ ſcribūtur ſunt note eoꝝ q̄ ſunt in voce ad placitū. Prima ꝑs pʒ. qꝛ niſi ſic iuxta ꝓlatōem vocū nō poſſemus ſcribere. neqʒ etiam iuxta ſcripturas poſſem⁹ voces determinate ꝓferre. qḋ falſuʒ ē. Secūda ꝑs pʒ. qꝛ lr̄e nō ſunt eedem apud omnes

¶ Concluſio ſecūda. Ea q̄ ſunt in voce ſunt note paſſionū q̄ ſunt in aīa. ⁊ eas ad placitū ſcantia. Prima ꝑs pʒ. qꝛ al's nō poſſʒ vn⁹ hō illud qḋ de re aliq̄ ꝯciperet ꝑ vocē alteri exp̄mere qḋ falſum eſt. Secūda pars pʒ. qꝛ voces articulate nō ſunt eedē apud oīes

Concluſio tercia. Paſſiones aīe ſunt ipſaꝝ rerū extra aīam exiſtētiū naturales ſilitudines naturalr̄ ipſas rep̄ſentātes. Prima ꝑs patʒ qꝛ paſſiōes in aīa noſtra cāntur ab ipſis rebꝫ mō nature. Effect⁹ aūt naturalis rei alicui⁹ eſt naturalis ſilitudo ſue cauſe. g̊ ipſe paſſiones ſt̄ ipſarū rerū naturales ſimilitudines, Et ꝑ hoc pʒ ſcḋa ꝑs



Ex hoc eñ ſequitur ꝙ paſſiones ſunt eedem apud oēs ſicut et res. et ſm hoc poſſunt dici rerū note. Et ſic patʒ ordo ſcatōis quē ordinē ſic ponit textus. q̄rū aūt ſcʒ paſſionū ſeu ꝯceptuum hee ſcʒ voces tanq̄ ꝑmoꝝ ſcatorū note ſunt Et ꝑ hoc denotat ꝙ voces ſunt primo paſſionū note. ⁊ mediantibꝫ ipſis ſunt ſigna rerum Et etiā ad denotandū ꝙ paſſiones aīe ꝯꝑantur ad voces ſicut primū ad ſecūdū. qꝛ nō ꝓferunt voces niſi ad exprimēdum mentis ꝯceptōnes Et ſubiūgit textus ꝙ res eedē ſunt apud oēs homines quarū rerū hee ſcʒ paſſiones anime ſunt ſimilitudines eſſentiales.

Dubitatur primo Utrū vox dicatur nota ⁊ ſignū ꝑ ꝯꝑatōem ad idem. Reſpondet ꝙ ꝓprie dꝛ nota paſſionis ꝑ ꝯꝑatōem ad ꝓferētē et dꝛ ſignū in aure audientis. Unde vox ſcatiua ad placitū dupl'r conſiderat Uno mō ſm inſtitutōem ⁊ vſum. Alio modo ſm cām inſtitutōnis. primo mō eſt nota eius conceptus qui ē in anima. quia inſtituēs non habet reſpectum niſi q̄ʒtum ad id qḋ iam in anima cōcipitur de re. Silr̄ vtēs voce loq̄ndo non vtitur ea niſi vt pandit alteri conceptū quo iā aīa affecta eſt. Si vero conſideretur q̄ʒtum ad cauſam inſtitutionis que eſt iſta. qꝛ cū res nobiſcū ferre nō poſſum⁹ vt ad inuicem ꝯmunicemus inuente ſunt voces articulate qbꝫ vtimur loco rerū Et ſm hoc voces articulate ſunt ipſarum rerum ſigna.

Dubitat ſecundo. quid ſit vox articulata. et ad quid deſeruit articulatio in voce   Ad primū rn̄det ꝙ ſic definit ab Alberto. Vox articulata eſt q̄ copulata cū aliquo ſenſu. i. cōceptu mētis eius qui loquimur profertur   Ad ſcḋm dꝛ ꝙ valet ad hoc ꝙ aliqua vox ſit certum ⁊ determinatū ſignū vnius certe ⁊ determinate rei ita vt ſit diſtinctio inter voces quēadmodū repitur diſtinctio int' res. Et nota ꝙ littera ⁊ elemētū ſic differunt qꝛ lr̄a ꝓprie dicitur ſm ꝙ eſt in ſcriptura. ſed elemētū dꝛ ſm ꝙ eſt in ꝓlatione vocis,

¶ Dubitat tertio. an verū ſit ꝙ voces non ſint eedē apud oēs. videt ꝙ non. qꝛ vox iſta hō a quocūqʒ ꝓferatur ſꝑ eſt eadē. Dōm eſt ꝙ vocis ē duplex ꝯſideratio. Una quidē ſm vocis ſubſtantiaʒ ſm ꝙ eſt de tertia ſpē q̄litatꝫ. aut etiā ſm ꝙ vox eſt ꝓlata ſyllaba breui aut longa. ⁊ ſic eſt diſcreta q̄ʒtitas. Et ſic eſt eadē apud oēs. et ſeipſam naturaliter repreſentans apud oēs. Alio° cōſideratur vox ꝓut eſt ſignū inſtitutum ad ſcandū mētis cōceptum ſub figura certa et certis elemētis. Et ſic eſt ad placitū et non eſt eadē apud oēs. Animaliū vero brutorum voces. qꝛ nō ſunt articulate nulli⁹ rei ad extra ſt̄ ſignificatiue.

Ad rationes an̄ oppoſitum.   Ad primam dicitur. ꝙ ſolum ſcāt voces articulatas certo modo certarū rerum ſcatiuas. Verū eſt tamē ꝙ alique ſunt voces incognite ſicut interiectōnes q̄ pro q̄ʒto ſuam ſcationem ꝑ inſtitutionem accipiūt dicunt quodāmō ſcatiue vt eya   Ad ſcḋam negat cōſequētia. qꝛ voces īmediate ſunt note cōceptuū ipaꝝ rerum. neqʒ in conceptu vocis in ordine ad conceptum rei. qui eſt in anima attenditur aliqua ratio ſimilitudinis. ſed dūtaxat ratio inſtitutionis ideo non eſt ibi ordo primi et ſcḋi   Ad tertiā dē ꝙ paſſiones īmateriales non ſunt note rerum inquātum immateriales. ſed inquantum materialiter ab intellectu concipiuntur.

Eſt autē quēadmodū in animā aliquotiēs quidē intellectus ſine vero vel falſo. aliquotiēs autem cum iam neceſſe eſt alterum horum ineſſe ſic etiam in voce circa compoſitionem ⁊ diuiſionē eſt veritas vel falſitas. nomina ergo et verba conſimilia ſunt ſine compoſitione ⁊ diuiſione intellectus. vt homo vel album quando non additur aliquid. neqʒ eñ adhuc veruʒ vel falſum eſt: huius autē ſignū hoc eſt. hircoceruus eñ ſcat aliquid: ſed quod nōdum verum vel falſum eſt. ſi nō vel eē vel nō eſſe addat. vel ſimpliciter vel ſm tempus.

Querit. Utrum ſolum in compoſitione et diuiſione intellectus ſit veritas et falſitas   Arguit p̄mo ꝙ nō. qꝛ res dꝛ vera vel falſa. ſicut auruʒ dꝛ verū vel falſum. iō dꝛ ꝙ ens et verū ꝯuertunt. ergo videt ꝙ ſimplex conceptio intellectus q̄ eſt ſimilitudo rei ſimplicis nō careat veritate et falſitate   Scḋo ſic. phs dicit in ſecūdo de aīa ꝙ ſenſus proprioꝝ ſenſibiliū ſemꝑ eſt verus ſenſus aūt nō cōponit nec diuidit. g̊ ⁊c̄.   Tertio ſic. phs dt in tertio de aīa ꝙ intellectus ſimplex q̄ eſt ſimplicis rei intelligentia ſiue conceptus ſemꝑ eſt verus. g̊ ⁊c̄. Quarto ſic i intellectu diuino nulla ē cōpoſitio. vt ꝓbatur decimo metaphiſice. ⁊ tamē ibi eſt prima ⁊ ſumma veritas. g̊ ⁊c̄.   Quinto ſic. ſi quis interrogaret q̄s natat in aqua. et aliquis reſpondeat piſcis dt verum vel falſum ⁊ tñ non ꝯponit nec diuidit. g̊ ⁊c̄.   Sexto ſic. tam verba prime perſone q̄ʒ ſecūde et alia verba excepte actionis verum vel falſum ſcant. et tñ nō ſcant ꝯpoſitionē neqʒ diuiſionē intellectus. g̊ ⁊c̄.   Ultimo ſic cum diuiſio fiat per reſolutionem ꝑ indiuiſibilia ſiue ꝑ ſimplicia videtur ꝙ ſicut in ſimplicibꝫ nō eſt veritas neqʒ falſitas. ita nec in diuiſione ⁊ in cōpoſitione erit veritas ⁊ falſitas   In oppoſituʒ eſt phs in ſecūdo caplo huius libri dicens. Circa compoſitōnem et diuiſionem eſt veritas falſitaſqʒ.

Sciendū primo ꝙ poſtq̄ʒ phus determinauit de ordine ſignificatōnis vocum ⁊ declarauit qualis ſit ſignificatio vocum aut a natura vel ab inſtitutione. Conſequenter proſequitur oſtendendo differentiam ſcationis vocis incōplexe a ſignificatione vocis cōplexe Et quia ſcatōnes intellectus p̄ambule ſunt ordine nature vocibus. quia ad eas exprimēdas ꝓferunt. Ideo ex ſilitudine drñe que eſt circa intellectus ꝯceptōnes aſſignat phs drām q̄ eſt circa ſcatōes vocū incōplexarū et ꝯplexarū. vt hec manifeſtatio drñe nō ſolū ſit ex ſili. ſed etiam ex cauſa quā imitatur effectus

¶ Sciēdū ſcḋo ꝙ vt prius dicebatur duplex ē operatio intellectus. vna eſt ſimpliciū intelligētia. qn̄ ſcʒ intellectus abſolute intelligit cuiuſcūqʒ rei quidditateʒ ſiue eēntiā ꝑ ſeipam vtputa q̄d eſt hō vel q̄d eſt albū Et in hac opatōe vt hʒ text⁹ nō eſt veritas vel falſitas Alia eſt opatio intellectus q̄ eſt ꝯpoſitio ⁊ diuiſio que fit cum intellectus ſimplicia ſimul cōponit et diuidit Et in hac operatione intellectus ſic diuidentis. ⁊ componentis eſt veritas et falſitas Et quia voces ſignificatiue forman-



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tur ad exprimēdū cōceptiones formatas in intellectu per ſuas operatōnes Jdeo ad hoc ꝙ ſignū ꝯformetur ſigna to nc̄cē eſt ꝙ voces ſignificatiue ſimplices incōplexe ſint ſine vero vel falſo. cōplexe aūt dum indicatiue ſcant ſint cū vero vel falſo. Sed poſſet aliquis dubitare. an in ſimplici intellectu ſit veritas aut falſitas. et videt ꝙ ſic aliq̄bus rationibus tactis ante oppoſitum. Pro ſolutiōe dubij et rationū ante oppoſitum eſt.

Cōcluſio ſcd̄a. oīs ꝓpō de futuro in mate/ ria naturali ⁊ remota cuiuſcūqꝫ q̄ꝫtitatis fuerit eſt deter minate vera vel falſa. Patet q2 in materia naturali predi catū ineſt ſubiecto nccārio. et p̄ ꝯſequēs ꝓ q̇libet tp̄e. In materia ꝟo remota p̄dicatū repugnat ſubiecto ⁊ p̄ ꝯñs ꝓ q̇libet tp̄e. g̃ oīs talis eſt determinate vera vel falſa Et ſic patet de veritate ⁊ falſitate in ꝓpōnibꝫ de p̄ñti et p̄teri to. Et etiā in illis de futuro q̄ ſunt in materia naturali et remota q̇bꝫ ꝯuenit determinatio q̇ ad veritatē et falſita/ tem ex p̄te habitudinis p̄dicati ad ſubiectū. Que habi tudo materia enūciatiōis dr Et ſic reſtat ſolū videre de veritate ⁊ falſitate ꝯdictoriarū ꝓpoſitionū de futuro cō/ tingenti. Aduertēdū tn̄ eſt ꝙ Areſto. nō facit mētionem in textu de materia ꝯtingenti. ſed eam dat intelligere p̄ hoc ꝙ dt ꝙ in ſingularibꝫ de futuro nō eſt determiata ve ritas aut falſitas Naꝫ contingentia ꝓprie ad ſingularia p̄tinet q̄ ꝯtingenter eueniūt. Illa aūt q̄ p̄ ſe inſunt ſubie cto aut ſibi p̄ ſe repugnāt vniūtur ſolum ſingularibꝫ ſub iectis ſ̄m rōnes vniuerſaliuꝫ p̄ticipatas a ſingularibꝫ
Quātum ad ſcdm eſt

Sciēdū primo. ꝙ quāuis om̄is propoſitio de futuro ꝯtingēti q̄ eſt de ſubiecto cōi magis ſe habeat ad vnā p̄tē q̄ꝫ ad aliā. vt ad verā q̄ꝫ falſam vel ecōtra eo ꝙ in pluribꝫ ſe ita habet. ⁊ ita nō eſt ſimpl'r indetermina ta. ꝓpter qd etiā Areſto. tales ꝓpōnes relinquit acſi ideꝫ eſſet iudiciū i illis ſicut in his de p̄ñti ⁊ p̄terito. ſicut iſta oīs hō curret cras magis ſe hꝫ ad falſum q̄ꝫ verū. et iſta aliquis hō curret cras magis ſe hꝫ ad veꝝ q̄ꝫ ad falſum ꝓpter qd tota ph̄i diſputatio ꝟſat circa ſingulares ꝓpō nes de futuro ꝯtingēti Nō tn̄ ꝓpō de futuro ꝯtigēti q̄ ē de ſubiecto cōi oīo adhuc ⁊ ſimpl'r detmiata ē ad vnā p̄tē

Sciendū ſcd̄o. ꝙ cū verū ſignificet aliq̇d eē qd eſt vel nō eſſe qd nō eſt. ⁊ falſum oppoſitā habeat ſig nificatōnem Sequit ꝙ eo modo aliq̇d eſt verū quo mō hꝫ eē. dū em̄ aliq̇d eſt in preſenti hꝫ eſſe in ſeipo. dū auteꝫ fuit ī preterito iam in certa p̄te tp̄is habuit eſſe in ſeipo iō determinate de eo verū eſt dicere ꝙ in certa tp̄is diffe rentia habuit eſſe in ſeipſo. Sed q̄ꝫdiu aliq̇d eſt futuruꝫ nōdū eſt in ſeipſo neqꝫ fuit. tamē aliqualiter eſt in ſua cā et hoc ꝯtingit tripliciter. Uno mō ꝙ ita ſit in ſua cauſa ꝙ ex nccītate ex ea ꝓueniat. ideo determinate p̄t dici de eo ꝙ erit Sicut eſt de eclipſi ſolis aut lune futura Et de ortu ⁊ occaſu aſtroꝝ. ⁊ alijs effectibꝫ qui in celeſtibꝫ con tingunt. Alio modo aliquid eſt in ſua cā pure in poten tia q̄ nō eſt magis determinata ad eſſe talis effectus q̄ꝫ ad nō eſſe et talis effectus vocat cōtingēs ad vtrūlibet Uñ taliū ꝯtingentiū duplex eſt radix. Una in natura libꝫ que eſt potentia materie nude. Alia eſt in volunta/ rijs que eſt libertas noſtre voluntatis. Et ideo de nullo taliū effectuū pōt determinate dici ꝙ erit vel non erit. ſꝫ ſolum ſub diſiūctione poteſt dici ꝙ erit vel non erit Et de talibꝫ maxime intelligitur proceſſus Areſtote. in hoc paſſu. Alio mō aliquid eſt in ſua cā que ſcꝫ habet aliquā inclinatiōem ad ſuum effectum que tn̄ ipediri p̄t. Et ta/ lis effectus determinate eſt in ſua cauſa In productōne tamē eius euenire poteſt ipedimētū Et tales effectꝰ di/ cunt ꝯtingentes vt in pluribꝫ. Et de talibꝫ poſſumꝰ quo dāmodo dicere vere. ꝙ erūt. nō tn̄ adhuc p̄ oīmodā certi tudinem. Sicut medicus dt de cōualeſcente. iſte ſanabi tur. licet forte ex aliquo accidente ſanitas eis impediatur Ideo dicit phus ſecundo de generatione. ꝙ futurus q̇s incedere non incedet. ſi em̄ propoſuerit aliquis determi nate incedere poteſt vere dici ꝙ incedat. licet per acci/ dens impediat eius inceſſus Et ob hoc nō facit Areſto teles de talibus propoſitōnibꝫ mentōnem. ac ſi eſſet idē iudiciuꝫ in ipſis ſicut in illis que ſunt in materia natura li. aut q̄ ſunt in p̄ñti aut de p̄terito q̄ꝫuis nō ſimpl'r ita ſit



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Ex illis duobus poſſunt elici due ꝯcluſiones.
Concluſio pma. licet in ꝯtradictione ꝓpoſitionū
de futuro ꝯtingenti que ſunt de ſubiecto cōi vna deter/
minate ſit magis falſa ꝗ̃ vera. et ecōtra alia magis vera
ꝗ̃ falſa In tali tñ ꝯtradictōne nulla pars eſt ſimplicit̃
vera vel falſa determinate. Hec ꝯclō ſatꝫ pꝫ ꝑ ea q̃ dcā ſūt
Concluſio ſecūda. licet in cōtradictōe ꝓpoſi
tionū de futuro ꝯtingenti vt in pluribꝰ vna ps ſit magis
vera ꝗ̃ falſa et ecōtra. in tali tñ ꝯdictōne nulla ps eſt de/
terminate vera vel determinate falſa Hec ꝯclō patet ex di
ctis. Ex his duabꝰ ꝯcluſionibꝰ ſequit̃
Concluſio tertia. nulla ꝓpō de futuro ꝯtin
genti ſiue fuerit de ſubiecto cōi ſiue ſingulari ſiue de cō/
tingenti vt in pluribꝰ ſiue de ꝯtingenti ad vtrūlibet. ſi/
ue de ꝯtingenti vt in paucioribꝰ eſt ſimpliciter determia
te vera vel falſa Hanc ꝯcluſionē ꝓbat Areſto. qꝛ ꝓpōes
ſimplr̃ vere ſunt queadmodū et res de qͣbꝰ ſunt determi
nate ad eſſe ⁊ ad non eſſe. Sed res q̃ ſic ſe hn̄t ꝙ future
ſunt. nec hn̄t cām determinatā ex qua de nccitate ꝓueni
ant. imo ꝯtraria ipoꝝ ꝯtigere pn̄t. ideo nō ſimpliciter de
terminate ſunt ad eē vel nō eſſe. imo ad vtrūqꝫ ſe habent
Ergo nec orōnes ſ̃cantes tales res eē aut nō eſſe ſim/
pliciter determiate ſunt ad veritatē aut falſitatē Proba
tur maior ꝑ illud qd̄ habet̃ in p̄dicamētis ab eo ꝙ res eſt
vel nō eſt oratio dꝛ eſſe vera vel falſa Et hanc rationem
ponit phs in fine huius libri. q̃ eſt oſtenſiua ſiue demon/
ſtratiua. Alias rōnes an̄ iſtas ponit q̃ ſunt ducētes ad
ipoſſibile. Et arguit ſic. ſi omis ꝓpō de futuro ꝯtingen
ti eſſet ſimpliciter determinate vera vel falſa ſequeret̃ ꝙ
oia de nccitate euenirēt ꝯn̄s eſt ipoſſibile. g̃ illud ex quo
ſequit̃. ꝯn̄am primo ꝓbat Areſto. quodā poſſibili poſi/
to. Nō eñ eſt impoſſibile. vt dt phs ꝙ ante mille ānos
aliqͥs dixerit. talis ciuitas ſubuertet̃. alius vero dixerit
ꝙ nō. Ergo ſi ois ꝓpō de futuro ꝯtingenti ē ſimpliciter
determinate vera vel falſa. nccē eſt ꝙ alter eoꝝ verū dix
erit. ergo nccē fuit alteꝝ de nccitate euenire. et eadē rō eſt
in oibꝰ alijs de futuro. Scd̄o oſtendit Areſto. ꝯn̄am ſi il
lud poſſibile nō ſumat̃ tūc nihil refert ꝗ̃tum ad rerū exi
ſtentiam aut euentū ſi vnus affirmauerit hoc eſſe futuꝝ
vel negauerit. Quia vt hꝫ textus ꝓpter noſtrū affirma/
re vel negare curſus rerū nō mutat̃. qꝛ veritas enūciatio
nis dependet ex reꝝ exiſtentia. Aliud aūt eſt incōueni/
ens. qꝛ tūc non oporteret de aliquo ꝯſiliari vt eñ habet̃
ſcd̄o ethicoꝝ. cōſiliū eſt ſolū de his q̃ pn̄t fieri ⁊ nō fieri.
eſſe et nō eſſe. vnoͦ vel alio modo Aliud aūt incōueniēs
ſeq̃ret̃. ꝙ oēs actiones hūane q̃ ſunt ꝓpter aliquē finem
eſſent ſupflue. qꝛ ex nccitate oia euenirent ſiue opraremur
ſiue nō Sequit̃ vlterius ꝙ periret libertas arbitrij nec hō
eſſet dn̄s ſuoꝝ actuum Et ſic nō eſſet liberior in agendo
ꝗ̃ brutū eo ꝙ agentia ſine ꝯſilio nō hn̄t dominiū ſui ac/
tus ſed quodā naturali inſtinctu mouent̃ ad agendum
ita vt magis agant̃ ꝗ̃ agant Iſta ſunt inconueniētia ma
gna. g̃ illud eſt maximū incōueniens ex q̃ ſeq̄tur Qd̄ eſt
oia ex nccitate euenire. Iterū ꝓbat phs iſtud eſſe falſuꝫ
et ipoſſibile in rebꝰ naturalibꝰ. qꝛ oppoſitū manifeſtū eſt
ad ſenſum Et etiam ꝑ exempla in artificialibꝰ q̃ patent
intuenti textū Ex quo ſeq̄tur ꝙ in ꝯtradictōe ꝓpōnuꝫ
nō ꝯtingit vnā pte eē determinate verā. et alterā deter̄mi
nate falſaꝫ. ſi ille ꝓpōes fuerint de futuro ꝯtingenti
Cōcluſio quarta cuiuſlibet ꝯtradictōis nccē
eſt alterā ptem eſſe verā. et alterā eē falſam. aliter ei tolle
ret̃ pmū pncipiū qd̄ eſt firme veritatis Sꝫ obijceret for/
te aliqͥs ꝯtra iſtud qd̄ dictū eſt Nō oia de neceſſitate eue
nire. ⁊ hoc ſic. oē qd̄ eſt qñ eſt neceſſe eſt eſſe. ⁊ ſilr̃ oē qd̄
nō eſt qñ nō eſt nccē eſt nō eē. g̃ oē qd̄ eſt nccē eſt eſſe. ſilr̃
oē qd̄ nō eſt nccē eſt nō eſſe. Ad hoc rn̄det phs in textu
negādo ꝯſequētiā. qꝛ arguit̃ a dicto ſm̄ qd̄ ad dictū ſim
pliciter ex eo ꝙ ex illo qd̄ eſt nccāriū ſolū ex ſuppōne in/
fert̃ nccāriū abſolute ⁊ ſimpliciter. Ideo dt textus ꝙ du/
plex eſt nccitas. q̄dā eſt nccitas abſoluta et ſimplr̃. vt ne
ceſſe eſt hoiem eſſe riſibilem. Alia eſt nccitas ꝯditiona/
ta ſiue ex ſuppōne Et hac nccitate oē qd̄ eſt qñ eſt nccē ē
eſſe. ⁊ oē qd̄ nō eſt qñ nō eſt neceſſe eſt nō eſſe. Iſte due
ꝓpōes ꝓbarent̃ ꝑ illd̄ pncipiū Impoſſibile ē idē ſil̃ eſſe ⁊
nō eē arguendo ſic Si aliqd̄ eſt ipoſſibile ē illud ſil̃ nō eē
Ergo nccē eſt ipſum eſſe. ꝯn̄a tenet. qꝛ ipoſſibile eſt non
eſſe equiualet huic nccē eſt eſſe. Silr̃ ſi aliqd̄ nō eſt ipoſſi
bile eſt nō eē et ſil̃ eſſe. g̃ nccē eſt nō eſſe. ꝯn̄a tenet. qꝛ ipoſ
ſibile eē ⁊ nccē nō eſſe equalēt. Cōformit̃ talē obiectio/
nem q̃ eſt ex ſuppoſitōne ponit Areſto. in textu. ꝙ aliqd̄
qd̄ nō eſt in ſe nccāriū ſit nccāriū ꝑ diſiunctōem oppoſiti
Quia nccē eſt de vnoquoqꝫ ꝙ ſit vel nō ſit. Et ſi infera/
tur. g̃ nccē eſt de vnoqͦqꝫ ꝙ ſit. et neceſſe eſt de vnoqͦꝫ ꝙ
nō ſit Neget̃ ꝯn̄a. qꝛ arguit̃ a ſenſu ꝯpoſito vero ad ſen/
ſum diuiſum falſuꝫ. Et fundat̃ illa nccitas ſup illud pn
cipiū. ꝙ impoſſibile eſt duo ꝯtradictoria ſil̃ eſſe vera vel
falſa. Ex quo pncipio ſequit̃ ꝙ ipoſſibile eſt ꝙ aliqd̄ ſil̃
ſit ⁊ nō ſit. ergo nccē eſt vnūqd̄qꝫ eſſe vel nō eē. Exēpla
ponit textus de hac ꝓpōe. nauale bellū nccē eſt eſſe cras
vel nō eſſe Unde talis ꝓpō poſſet diſtingui Quia vl̃ ly
nccē determiat diſiunctōem oppoſitoꝝ. ⁊ ſic eſt ꝓpō ve/
ra. et nō ſequit̃ ſi inferat̃. ergo nauale bellū cras eē eſt ne
ceſſe Quia arguit̃ a ſenſu ꝯpoſito vero ad ſenſum diui/
ſum falſum Uel determinat qd̄libet oppoſitorū diuiſim
ſumptoꝝ. et illo mō ꝓpō ē falſa et diuiſa. et conſequētia
eſt bona. qꝛ ſicut ꝯſequens eſt faſum. ita et añs Ex his
oibꝰ infert phus ꝙ nō eſt nccē in oi ꝯtradictōne vnā pte
eſſe verā determinate et alterā eſſe falſam.

Ad rōes ante oppoſitum. Ad primā patet ſo
lutio ex dictꝫ Ad ſcd̄am dꝛ. ꝙ illa ꝓpoſitio inq̄ntū ē de
ſe contingens eſt ⁊ nō determinate vera. Et ſi dicat̃ ꝙ
reuelatū eſt ꝙ dies iudicij erit. ꝯcedit̃ Et ſi tūc inferat̃. g̃
ſi iſta eſt ꝯtingēs ex pte ſui abſolute capiēdo ipam. falſuꝫ
ſuberit releuatōi noſtre fidei. Dicit̃ ꝙ nō eſt admitten/
dū ꝙ ponat̃ nō eſſe ꝗ̃uis ſm̄ ſe ſit poſſibilis Et ſi dicat̃
ꝙ poſſibili poſito in eſſe nullū ſequit̃ ipoſſibile. g̃ eſt ad/
mittendū Dicit̃ ꝙ poſſibili aliqͦ ꝑ ſe ⁊ abſolute capto po
ſito in eē nullū ſequit̃ ipoſſibile Sꝫ qꝛ bn̄ ſtat ꝙ aliqd̄ ſit
in ſe ꝯtingens ⁊ poſſibile. ⁊ tñ in ꝯpatōe ad aliqd̄ vtpo
te ad ſciam diuinā ꝯtrahit quandā nccitatē. Ideo ſi tale
poſſibile ſumat̃ in habitudine ad illd̄ a q̃ ꝯtrahit illā ne/
ceſſitatē. ſi ponat̃ illud poſſibile non eſſe ſeq̄ret̃ ipoſſibile
qꝛ impoſſibile eſt falſum ſubeſſe reuelationi diuine. Et
ꝓpter hoc nō eſt admittendū ꝙ ponat̃ nō eſſe. Ad ter
tiā dꝛ ꝙ maior aſſumpta in forma q̄ poſita eſt nō eſt ve/
ra. ſꝫ ſi de ꝯſequēte tolleret̃ illud verbū abſolute illa eſſꝫ
concedenda. Quādocūqꝫ eñ in antecedēte alicuius cō
ditionalis ponit̃ aliquid ptinens ad actum anime conſe
quens debet capi nō ſm̄ ſe et abſolute. ſed ſm̄ ꝙ ſubia/
cet illi actui Nec eñ ꝓpō cōditionalis conceditur ſi la/
pis intelligat̃ lapis eſt imaterialis. Ad quartā dꝛ ꝙ
futurum dꝛ dupliciter. Unoͦ formaliter. vt ſcꝫ ſtat ſub



forma futuritōnis. ſic maior eſt vera. ſed nō ſeq̄tur ꝓpt̃
hoc ꝙ futuꝝ de neceſſitate eueniat. Alioͦ accipit̃ futu/
rum materialiter. ſ. ꝓ eo qd̄ eſt futuꝝ ⁊ ꝯtingens. Et
ſic illa ꝓpō modificari nō pt mō neceſſitatis Ad qn/
tam pꝫ ſolutio ꝑ ea q̄ dicta ſunt in fine ſcd̄i notabil̃. Et
ſilr̃ ad ſextā pꝫ ſolutio ex dictis Ad ſeptimā dꝛ. ꝙ di
ſtinguendū eſt de ꝯn̄te. qꝛ vel ly erit iportat tempꝰ fu/
turū cuiꝰ nihil eſt pn̄s. Et illo mō ꝯn̄tia nō valet. Nō
eñ ſeq̄tur motꝰ ē hodie. g̃ motus erit cras. Uel pt ac
cipi erit ꝓut importat tp̄s futuꝝ cuiꝰ aliq̄ ps eſt pn̄s.
et iſto mō bn̄ ſeq̄tur ꝯn̄s ꝓ q̄nto aliqd̄ includit pn̄tis
Ad octauā neget̃ añs. Res eñ de qua eſt nō eſt de/
terminata ad veritatē nec in ſeipa nec in ſua cā Ad vl
timā diſtinguendū eſt de ly altera. qꝛ vel accipit̃ deter/
minate ꝓ vna pte. ⁊ ſic neget̃ ꝯn̄a. vel accipit̃ indefinite
et indeterminate. ⁊ ſic cuiuſlibet ꝯdictōis altera ps eſt
vera. Et tantū de pmo perihermeniaꝝ.

## Seq̄tur ſcd̄s perihermeniaꝝ

Quoniā autē
eſt de aliquo affirmatio ſi/
gnificās aliqd̄. hoc autē eſt
vl̃ nomē vel innoiabile vnū
aūt oportet eſſe ⁊ de vno h̄
eſt in affirmatōe. nomē aūt dictū ē et inomina/
bile pus. nō hō eñ nomē q̄dem nō dico ſꝫ ifini
tū nomē vnū eñ quodāmō ſ̃cat infinitū queād
modū ⁊ nō currit nō verbū ſed infinitū verbum
ois ergo erit affirmatio vel ex noie et verbo. vl̃
ex infinito noie ⁊ verbo Preter ꝟbū aūt nul/
la ē affirmatio vl̃ negatō. ē eñ vel fuit vl̃ erit vl̃
q̄cunqꝫ alia hmōi verba ex his ſunt que ſunt po
ſita conſ̃cant eñ tēpus Quare prima ē a ffir
matio ⁊ negatio. eſt hō non eſt hō. deinde ē nō
hō. nō eſt nō hō. rurſus eſt ois hō. nō eſt ois hō
eſt ois non hō. nō eſt ois nō hō. ⁊ in extrinſecis
tpibus eadē ratō eſt Qñ aūt eſt terciuꝫ adia
cens p̄dicat̃ duplr̃ dicunt̃ oppōes. dico autē vt
eſt iuſtus hō. ē tercium adiacere nomē vel ꝟbū
in affirmatōe Quare q̄tuor iſte erūt. q̄rū due
q̄dem ad affirmatōem ⁊ negatōem ſeſe hn̄t ſm̄
ꝯn̄am vt ꝑuatōes. due vero mime. dico āt qm̄
eſt aut iuſto adiacebit aut nō iuſto. q̄re etiā ne/
gatōes. q̄tuor eñ ſunt. intelligimꝰ ꝟo qd̄ dꝛ ex
his q̄ ſubſcripta ſunt ē iuſtꝰ hō. huius negatio
nō ē iuſtus hō. ē nō iuſtꝰ hō. huius negatio nō
eſt nō iuſtꝰ hō. eſt eñ in h̄ loco et nō eſt iuſto et
nō iuſto adiacet. hec igitur queādmodum in re/
ſolutorijs dictum eſt ſic ſunt poſita.
Similiter aūt ſe habet et ſi vniuerſalis nomi
nis ſit affirmatio vt ois homo iuſtꝰ eſt. omnis
homo nō eſt iuſtꝰ. ois hō eſt nō iuſtꝰ. ois hō
nō eſt nō iuſtꝰ. Sed nō ſilr̃ angulares ꝯtigit eē
veras. ꝯtigit āt aliqñ. hee ergo due oppoſite ſūt
Alie aūt ad nō homo quaſi ad ſubiectum ali
quid addituū hn̄t vt eſt iuſtꝰ nō homo nō ē iuſtꝰ
nō homo eſt nō iuſtus nō homo. nō ē nō iuſtꝰ
non homo. magis aūt plures his non erūt op
poſitiones. hee aūt extra illas. ipe ꝟo ſm̄ ſe erūt
vt vtētes nomine eo qͦ eſt non hō In his ve
ro in qͣbus eſt nō cōtingit vt in eo quod eſt cur
rere vel ambulare idem faciūt ſic poſita hec ac
ſi eſt adderet̃. vt eſt currit ois hō nō currit ois
hō. currit ois nō homo. nō currit ois non hō.
Nō eñ dōm eſt. non ois hō. ſed nō negatō
ad id qd̄ eſt hō addēda eſt ois eñ non vl̃e ſ̃cat.
ſꝫ qm̄ vlr̃. manifeſtū eſt aūt ex eo qd̄ ē. currit hō
nō currit hō. currit nō hō. nō currit nō hō. hee
eñ ab illis differunt. eo ꝙ non vl̃iter ſunt. qua
re omis vel nullus nihil aliud conſignificat niſi
quoniā vl̃iter de homie vel affirmat vel negat.
ergo et cetera eadem oportꝫ apponi Quoniā
vero ꝯria eſt negatio ei q̄ eſt oē aial iuſtū eſt illa
ſ̃cat qm̄ nullū aial iuſtū eſt hee q̄dē manifeſtuꝫ
eſt qm̄ nunq̄ꝫ erunt vere ſiml̃ neqꝫ in eodē ipo.
his ꝟo oppoſite erūt aliqñ. aliqd̄ aial iuſtū eſt.
non oē aial iuſtū eſt Seq̄tur ꝟo eā q̄dē q̄ ē
nullus hō iuſtus eſt. illa q̄ eſt ois hō non iuſtus
eſt. illam vero que eſt aliqͥs homo iuſtus eſt op/
poſita. qm̄ non omis homo eſt non iuſtus ne/
ceſſe eſt eñ aliquem eſſe. Manifeſtū eſt autē
qm̄ etiā in ſingularibꝰ nō ē veꝝ interrogatū ne/
gare qm̄ ⁊ affirmare veꝝ eſt vt putas ne ſocra/
tes ſapiens eſt. non ſocrates igit̃ nō ſapiens eſt
In vl̃ibꝰ ꝟo nō ꝟa eſt q̄ ſilr̃ dꝛ. ꝟa aūt negatio
vt puta ne ois hō ſapiens eſt. nō igit̃ ois hō nō
ſapiens eſt hoc aūt falſum eſt ſꝫ non igit̃ ois hō
ſapiens eſt ꝟa eſt. hec eñ oppoſita eſt illa ꝟo cō
traria. Ille ꝟo q̄ ſm̄ infinita ꝯiacentes noia
vel ꝟba vt in eo qd̄ eſt nō hō vel nō iuſtus. quaſi
negatōes ſine noie vel verbo eſſe videbunt̃. ſed
non ſunt. ſp eñ vel verā vel falſam eſſe negatio/
nem neceſſe eſt. Qui vero dixit nō hō nihil ma/
gis de hoie ſed etiam minus verus vel falſus
fuit ſi non aliquid addatur. Significat aūt
eſt omis nō homo iuſtus nulli eaꝝ idē nec huic
oppoſita negatio ea q̄ eſt non eſt omis non hō
iuſtus. illa vero que eſt omnis nō iuſtus non
homo. illi que eſt. nullus eſt iuſtus non homo
idem ſignificat.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Circa initiū ſecūdi libri Periherminiaꝝ. Querit̃ p̄mo. vtꝝ ab affirmatiua ad negatiuā ſubiecto variato penes finitum ⁊ infinitū in ꝓpoſitōnibꝰ de eſt ſcd̄o adiacente valeat ꝯſequētia. Arguit̃ ꝙ nō. qꝛ non ſeq̇tur omīs homo eſt. ergo omīs nōhō nō eſt. Anīcedens eſt veꝝ vt notum eſt. ⁊ tn̄ ꝯſequēs eſt falſum. quod ſic oſtēditur. nam bene ſequitur. omīs nonhō nō eſt. planta eſt nōhomo. ergo planta nō eſt. ꝯſequentia eſt in ferio. concluſio eſt falſa et minoꝛ eſt vera. ergo maioꝛ eſt falſa. ſcʒ omīs nōhō non eſt. Scd̄o ſic. in ꝓpōnibꝰ de eſt tercio adiacente nō valet ꝯſequentia. Nec valet etiam in illis in quibus ponit̃ aliud verbū ab illo verbo eſt. ergo a ſimili nō valet ꝯſequētia in illis de eſt ſecūdo adiacente. Aſſumptū ꝓ p̄ma ꝑte oſtendit̃. qꝛ non ſeq̇tur omnis homo eſt animal. ergo omīs nōhomo nō eſt aīal. Silr̃ nō ſeq̇tur. omīs hō currit. ergo omīs nōhomo nō currit

In oppoſitum eſt Areſtoteles in p̄ncipio huius ſecundi libri periherminiaꝝ.

Sciendū p̄mo. ꝙ determinatis omnibꝰ q̄ ad ꝯſtitutōem enūciatōnis ꝑtinent tam elementaliter. id eſt materialiter ſicut ſunt nomē et verbum ꝙ̄ formaliter. ſicut eſt oratio. Determinatis etiam his q̄ ꝑtinēt ad eius diuiſionem. Determinata etiam oppōne que eſt paſſio immediate ꝯſequens enunciatōem ſm̄ formā ſeu qualitatē ipſius. Conſequenter in iſtius libri p̄ncipio determinat phūs de quibuſdā modis oppōnum ⁊ ꝯſequentiaꝝ q̄ non ꝯſequunt̃ enunciatōem inquantuʒ enunciatio eſt in genere accepta. Nec conſequunt̃ ſpēs enunciatōnis inquantū in ſe ꝯſiderant̃ ⁊ ꝯſtituunt̃ per ea q̄ ſufficiunt ad eſſentialē ꝯſtitutōem enunciatōis pure ſimplicis. Sed ꝯſequunt̃ enunciatōem rōne alicuius additōnis facte ad ſubiectum vel ad p̄dicatum. vtpote nois infinitantis vel alicuius qđ facit ſubiectū vl̃ predicatū vl̃ vtrūqȝ eē plura q̄dāmō ⁊ nō ſimplr̃ vnū. ſed ſolū ꝯiunctōne vnum. vel ratōe additōnis modi Et qꝛ hec omīa quodāmō diminuunt rōnem pure et ſimplicis et ꝑfectiſſime enūciatōnis. et etiam ratōne iſtoꝝ quodam mō variat̃ neceſſarius modus oppōnis et ꝯſequentie in enunciatōnibus Ob hoc de iſtis in alterius libri p̄ncipio fuit determinandū. Sed qꝛ tales modi oppoſitionum ⁊ ꝯſequentiaꝝ ſequunt̃ enunciatōem variatam ex additione aliqua. que quidem additio fit ad ea que conſtituunt enunciatōnem Ideo in eadem ſcīa in qua determinatur de enunciatōne de ipīs fuit determinandū. licet in alterius libri principio.

Sciendū ſcd̄o. ꝙ in hoc ſcd̄o libro phūs prius determinat de oppōnibus ⁊ ꝯſequentijs ꝓpoſitōnū de ineē ꝙ̄ modaliū. qm̄ ſimpliciores ſunt ille de ineſſe. Et inter illas de ineſſe p̄mo determinat de oppōnibus et ꝯſequentijs eaꝝ in quibus p̄dicatur ſimplr̃ vnum de vno. poſtmodū vero de illis in quibus ſubiectū vel predicatum vel vtrūqȝ nō eſt ſimplr̃ vnum. Quia etiā ille in quibus p̄dicatur vnum de vno ſimplr̃ ſimplices ſunt Et adhuc ille in quibus p̄dicatur vnum de vno diuidūtur. qꝛ quedam ſunt in quibus explicite ponit̃ hoc verbum eſt. Alie vero ſunt in quibus ponitur aliud verbum vtpote currit. ⁊ ſic de alijs. Et adhuc ille in quibus ponitur hoc verbum eſt ſunt duplices. In q̇buſdā enī hoc verbum eſt non eſt res p̄dicata. ſed ſolum nota cōpoſitōnis. ita ꝙ p̄dicatur formaliter tantū et non materialiter. vt ſunt ꝓpoſitiones de eſt tercio adiacente vt dicendo homo eſt animal. Alie ſunt in quibus p̄dicat̃ hoc verbum eſt materialiter et formaliter. ⁊ iſte vocant̃ de eſt ſcd̄o adiacente. vt dicendo homo eſt. animal eſt. Et de iſtis p̄mo determinat Areſtoteles. qꝛ ſunt ſimpliciores. ſcd̄o de illis que ſunt de eſt tercio adiacente. ⁊ tercio de illis in q̇bꝰ ponit̃ aliud verbū ab hoc verbo eſt.

Sciendū tercio. ꝙ vt textus habet. Omīs affirmatio et ſimilr̃ omīs negatio ꝯſtituitur ex nomine et verbo aut ex infinito nomine et verbo quod q̇dem infinitum nomē appellat Areſtoteles innoiabile. Et ob h̄ in p̄mo ſcd̄o et tercio capitulis huius libri determinat phūs de oppoſitōne ꝓpoſitionū in q̇bus ponitur nomē infinitum. et de ꝯſequentijs taliū ꝓpōnum que conſtituuntur ex nomine infinito et verbo. et etiam de oppoſitionibꝰ quantū ad veritatē. Circa quas

Sciendum quarto. ꝙ in ipīs que ſunt de ē ſcd̄o adiacente nō poteſt accidere variatio niſi ex parte ſubiecti. qꝛ hoc verbum eſt infinitari nō poteſt. Variādo igitur ſubiectum penes finitum ⁊ infinitū. ibi reperiuntur p̄mo quatuoꝛ ꝓpōnes que ꝯſtituunt duas oppōnes ſm̄ affirmatōnem et negatōem. Prima oppō eſt capiendo ſubiectum finitum vt homo eſt. homo nō eſt. ſecunda capiendo ſubiectū infinitū vt nonhō eſt. nonhō non eſt. et ſic multiplicando ꝑ vl̃e ꝑticulare indefinitū et ſingulare habebuntur ſedecim ꝓpōnes ꝯſtituentes octo oppōnes accipiendo ſemꝑ poſt affirmatiuā ſuam negatiuā de eodem ſubiecto et ꝯſtituendo vnam figuram in qua affirmatiua directe ſue negatiue opponatur Et ſic clare videbuntur huiuſmodi oppōnes. Circa illas vero de eſt tercio adiacente eſt

Sciendū quinto. ꝙ variatio eaꝝ p̄t accidere ex ꝑte ſubiecti tantū. vel ex parte p̄dicati tantū vel ex ꝑte vtriuſqȝ ſimul. Et ſm̄ hoc accipiuntur p̄mo octo ꝓpoſitōnes ⁊ quatuoꝛ oppōnes. Et ſi multiplicentur ꝑ vl̃e ꝑticulare indefinitum et ſingulare habebunt̃ triginta due ꝓpoſitiones et ſedecim oppoſitōnes. Et facile eſt exemplificare ꝯtraponendo ſemꝑ affirmatiue ſuam negatiuā. ſicut exempli gratia in vl̃ibus. omīs homo eſt iuſtus. omīs homo non eſt iuſtus. oīs nōhomo eſt iuſtꝰ. omīs nōhomo nō eſt iuſtus. Omīs homo eſt nōiuſtꝰ. omīs homo nō eſt nōiuſtus. omīs nōhomo eſt noniuſtus. omīs nōhomo nō eſt nōiuſtus. Et facile eſt exemplificare ſm̄ alias quātitates ſicut patet in textu. Si ergo iſte triginta due ꝓpoſitōnes cum alijs ſumantur habebuntur q̄draginta octo. Et non poſſunt ꝓpōnes de ineſſe ad maiorem numerum multiplicari. Circa illas vero ꝓpoſitōnes in quibus p̄dicatur aliud verbum ab hoc verbo eſt vt dicēdo hō currit. ⁊ ſic de alijs

Sciendū ſexto. ꝙ ſi tale verbū non fuerit reſolutum in hoc verbum eſt ⁊ ſuum ꝑticipium ſimilr̃ attenderetur variatio ſicut in illis de eſt ſcd̄o adiacente. quia ſubiectū tantū poteſt infinitari. Si vero fuerit reſolutum in eſt et in ſuum ꝑticipium. ſimiliter accidit variatio ſicut in illis de eſt tercio adiacente.

Concluſio p̄ma. ab affirmatiua ad negatiuam in ꝓpōnibus de eſt ſcd̄o adiacentē ſubiecto variato penes finitum et infinitum eſt bona ꝯſequētia. Probatur. qꝛ nomen infinitum nihil ponit. ſed qđ poſitum erat ꝑ nomen finitum tollit. ergo ſi affirmatiua de ſubiecto finito eſt vera. ſequitur ꝙ negatiua de eodem ſubiecto infinito erit vera.

Concluſio ſcd̄a. In ꝓpoſitionibꝰ de eſt tercio adiacente ab affirmatiua ad negatiuā ſubiecto retēto eodem et p̄dicato variato penes finitum et infinituʒ eſt bona ꝯn̄a. hec ꝯcluſio ꝓbat̃ ſicut p̄cedens.

Cōcluſio tercia. ꝓpōnes in quibus ponitur aliqđ aliud verbū ab hoc verbo eſt nō reſolutū in ſuum ꝑticipiū. ⁊ i hoc verbū eſt. Ab affirmatiua ad negatiuā eſt bona ꝯn̄a ſubiecto variato penes finitū et infinitum Si vō reſoluat̃ tale verbū in ē valet ꝯn̄a eodē mō ſicut in ꝓpōnibꝰ de eſt tercio adiacēte. ꝓbat̃ hec ꝯclō ſic p̄ma

Concluſio quarta. in omībus iſtis ꝓpoſitionibꝰ a negatiua ad affirmatiuā variādo ſubiectū penes finitū et infinitū dū ponat̃ ꝯſtantia ſubiecti eſt bona cōſequentia. hec ꝯcluſio ꝓbatur ſicut p̄ma.

Dubitatur. quō hoc verbum eſt dicitur in enunciatōne tercio adiacere cū ſꝑ videatur poni in ſcd̄o loco. qꝛ ponit̃ immediate poſt ſubiectū. Rn̄r vt dictum eſt. qꝛ illud verbū eſt dꝛ terciū adiacens qn̄ in enunciatione nō eſt res p̄dicata. ſed tm̄ nota cōpōis p̄dicati cū ſubiecto. Et dꝛ tunc terciū adiacens nō ordine poſitionis vel ſitus. ſed dꝛ terciū in numero Quia cōponibilia ſunt an̄ cōpōem. Nec intelligit̃ compō niſi cōpoſitis intellectis q̄ q̇dem cōponibilia qꝛ ſunt duo. ſ. ſubiectuʒ ⁊ p̄dicatū. Ideo hoc verbū eſt dꝛ terciū adiacens. Sʒ ſi obijceret aliq̇s ꝙ qn̄ hoc verbū eſt nō ſolū eſt nota compoſitōis. immo etiā eſt res p̄dicata ꝙ tunc etiā ſunt ibi duo cōponibilia q̄ ſunt an̄ cōpōem. Et ita adhuc in tali enūciatōe hoc verbū eſt ꝓut eſt nota cōpōis in numero eſt terciū adiacens. Rn̄r ꝙ qꝛ nihil intelligit̃ niſi ſm̄ ꝙ ē in actu ⁊ inq̄ʒtū eſt ens. Et ens eſt primū qđ cadit in intellectu cuiuſlibet. Ob hoc res p̄dicata q̄ deſignat̃ ꝑ hoc verbū eſt qn̄ eſt res p̄dicata. nō ponit in numerū ꝯtra ſubiectū. Et ob hoc in tali enūciatōe hoc verbuʒ eſt nō eſt numero terciū adiacens ꝓprie loquēdo. ſed eſt ſcd̄m adiacens. Ideo phūs in ſcd̄o poſterioꝝ appellat queſtiones ſimplices ſi eſt. ⁊ q̇d eſt nō ponentes in numerum. queſtiones vero. qꝛ eſt. ⁊ propter quid appellat cōpoſitas ⁊ ponentes in numerum.

Dubitat̃. an ꝯſtituendo enunciatōem vl̃em aut ꝑticularē de ſubiecto infinito negatio īfinitās ſit addenda ſigno vl̃i aut ꝑticulari. Reſpōdet phūs ꝙ nō ꝓpt̃ cām alias dictā in p̄mo libro. Quereret etiā aliq̇s. an negatio infinitās poſita a ꝑte ſubiecti faciat ꝓpōem negatiuā. Rn̄r ꝙ nō vt ſatis pʒ ex p̄cedētibꝰ

Ad ratōes an̄ oppoſitū. Ad p̄mam dicitur ꝙ nōhō p̄t accipi duobꝰ modis. Uno mō formaliter ſcʒ ꝓut ſolū dꝛ negatōem qualitatis finite ⁊ determinate. ſ. humanitatis. Et hoc mō p̄ma ꝯn̄a eſt bona. ſʒ minoꝛ ſyllogiſmi eſt falſa. Alio mō p̄t accipi materialr̃. ſcʒ ꝓ re aliq̄ alia a re negata quā nō ponit illud nomē infinitum nōhō. ſed ſolū ſecū cōpatitur ⁊ relinquit. Hoc modo p̄ma ꝯſequentia non eſt bona Sʒ iſto modo p̄mus ſyllogiſmus eſt bonus. et maioꝛ eius eſt falſa. ⁊ minoꝛ vera. Et hoc modo reſpondendū eſt ad aliam rōnem.

Tranſpoſita vō noīa et verba idē ſcant vt eſt albus hō et eſt homo albus. Naʒ ſi hoc nō eſt eiuſdē multe erunt negatōes. ſʒ oſtenſuʒ eſt qm̄ vna vnius eſt. eius enī q̇ eſt albꝰ hō negatio eſt nō eſt albꝰ homo. eiꝰ vero que eſt. ē albꝰ hō erit negatio vel ea q̄ eſt nō ē nō homo albꝰ vel ea q̄ ē non eſt hō albꝰ ſed altera quidē eſt negatio. eiꝰ que eſt eſt non hō albus alia vero eius que ē albus homo. quare erūt due vnius. Quoniā igitur tranſpoſito noīe vel verbo eadeʒ fit affirmatio vel negatio manifeſtum eſt

Uero vnū de pluribꝰ vl̃ plura de vno affirmare vel negare ſi non eſt vnū de pluribꝰ nō eſt affirmatio vel negatio Dico aūt vnum non ſi vnū nomen ſit poſitū. non ſit aūt vnū ex illis vt homo ē fortaſſe et aīal bipes et māſuetuʒ ſʒ ex his vnū fit ex albo autē et hoīe et ambulante nō fit vnū. q̄re nec ſi vnū aliq̇d de his affirmet aliq̇d nō erit vna affirmatio ſed vox quidem vna affirmationes vero multe nec ſi de vno iſta ſed ſilr̃ plures Si ergo dyalectica interrogatio reſpōſionis eſt petitio vel propoſitionis vel alterius partis cōtradictionis: propoſitio vero vnius cōtradictionis eſt. huiuſmodi interrogatio non erit vna reſponſio Adhuc nec vna iterrogatio nec ſi ſit ꝟa. dictū ē aūt de his in topicis. Similiter autē manifeſtū eſt qm̄ nec hoc ipſuʒ quid eſt dyalectica interrogatio eſt. vt ſi quis interroget quid ē animal oportet enī ex data interrogatiōe eligere: Utrꝝ velit ꝯtradictionis partē. quā oportet interrogantē determinare. vt vtrū hoc animal ſit hō an non homo Quoniā vero hec quidē p̄dicantur cōpoſita vt vnū ſit omē p̄dicamētum eoꝝ q̄ extra p̄dicant̃. Alia vero nō que differētia ē. de hoie enī veꝝ eſt dicere ⁊ extra aīal ⁊ extra bipes. et vt vnū et hoiem ⁊ albū et hec vt vnū ſed non ſi citharedꝰ ē ⁊ bonus. etiā citharedꝰ bonꝰ. ſi enim qm̄ alterutꝝ dꝛ et vtrimqȝ dicet̃ multa incōuenientia erūt. De hoie enim et hoieʒ veꝝ ē dicere et albū q̄re et hoiem rurſus et albū. ſi et albū et hoiem quare erit hō albꝰ hō albꝰ. ⁊ hoc in īfinitū ⁊ rurſus muſicꝰ albꝰ ambulans ⁊ hec eadem frequēter implicita Ampliꝰ ſi ſocrates ē ⁊ hō ⁊ bipes et erit homo bipes. qm̄ ergo ſi q̇s ponat ſimplr̃ ꝯplexiones fieri plīma incōueniētia cōtingere manifeſtū ē. quēadmodū ponēdū ē nūc dicemꝰ. Eorū q̄ p̄dicātur et de q̇bꝰ predicant̃





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſecuncꝫ ſm accidens dicunt̃. vl' de eodē vel alterum de altero hec nõ eruntvnum. vt homo albus eſt et muſicus. ſed non idē muſicus et alb9 Accidētia eñ ſunt vtracꝫ eidē nec ſi album muſicũ vez eſt dicere. tamen non erit albũ muſicuz vnũ aliquid. ſed accidēs eñ muſicum album dicitur quare nõ erit vnũ albũ muſicum Quo circa nec citharedus bonus ſimpl'r ſed animal bipes non eñ ſecundũ accidēs Ampli9 nec quecuncꝫ inſunt in alio quare necꝫ album frequēter necꝫ homo aīal vel bipes inſunt eñ in hoīe animal ⁊ bipes Verum eſt aũt dicere de aliquo et ſimpliciter vt quēdã hominem hominē autez quēdam albũ hoīem album nõ ſemper aũt: ſed quãdo in adiecto quidē aliquid oppoſitoz inē que conſeq̃tur contradictio nõ vez ſed falſũ eſt vt hominē mortuũ hominē dicere. quãdo autē nõ ineſt vez eſt vel etiã quãdo ineſt. ſemper falſum eſt. quãdo vero non ineſt non ſemꝑ veruz ē vt homer9 eſt aliquid vt poeta. ergo etiam eſt nõ ſm accidens enim predicatur eē de homero quoniã ineſt ⁊ poeta ſed nõ ſm ſe p̄dicatur de homero quoniã eſt. Quare in quantiſcũcꝫ p̄dicamentis. necꝫ contrarietas aliqua aut vlla oppoſitio ineſt. ſi definitões pro nominib9 reddãtur et ſm ſe p̄dicãtur et non ſm accñs in his et ſimpl'r verum erit dicere Qð aũt nõ eſt qm̃ opinabile nõ eſt veruz dicere eē aliq̃d. opinatio eñ eius nõ ē qm̃ eſt ſed qm̃ nõ eſt

Querit̃. vtz noia ⁊ v̾ba trãſpoſita idē ſ̾cent. Arguit̃ q̄ nõ. q2 iſte due nõ ſ̾cãt idē. oīs hõ ē hõ. et hõ ē oīs hõ. Et ſil'r nec iſte. vellē pugnãtes cape me. et vellē me cape pugnãtes. Nec etiã iſte. ſedentē poſſibile ē ambulare. g̃ ſedentē ambulare eſt poſſibile. ⁊ tñ in his nõ ē drã niſi ꝑ trãſpõnem. igit̃ noia ⁊ v̾ba trãſpoſita nõ idē ſ̾cant. In oppoſitũ arguit̃ ꝑ ph̃m in textu.

Sciendũ p̄mo. q̄ poſtq̄ ph̃s determinauit de oppõe ⁊ ꝯña q̄ ꝯſequunt̃ enũciatõem rõe negatiõis infinitãtis addite ſubiecto vel p̄dicato vel vtricꝫ. Cõſequēter remouet quoſdã errores q̄ pñt accidere circa ea q̄ dicta ſunt. Prim9 ē. q2 aliq̄s poſſet credere q̄ ſicut negatio p̄poſita ⁊ poſtpoſita ſubiecto vli vel ꝑticulari vel termino cõi facit drãm in ꝓpõe q̄ etiã negatio p̄poſita ⁊ poſtpoſita ſubiecto ſingulari faceret drãm. Huic errori Areſto. obuiãs dĩ q̄ nõ facit drãm in ſingularib9 ſicut in aliis Declarat ph̃s in textu ꝑ exẽpla in ſingularib9 q̄ patēt intuēti textũ. Et ſi q̄rat̃ vñ eſt q̄ termino ſingulari nõ refert p̄ponere vel poſtponere negatõem ſicut termino cõi ⁊ ſigno vli vel ꝑticulari. Rñr q̄ cã ē. q2 terminus ſingular̃ ſ̾cat naturã īdiuiduatã incõicabilē. iõ nõ p̄t diſtribui ꝑ negatõez. Termin9 ãt cõis ſ̾cat naturaz cõicabilē mult̃ Scðs error aliq̄s eñ poſſet credere q̄ ꝓpões de īfinito ſubiecto vl' p̄dicato eēnt v̾e negatiue. Huc errorē remouet ph̃s dicēs q̄ tales ꝓpões nõ ſunt v̾e negatiue. q2 negatio infinitãs addita ſubiecto vel p̄dicato nõ tollit cõpõem p̄dicati cũ ſubiecto Tercius error. q2 aliq̄s poſſet credere q̄ no͞ īfinitũ aut etiã v̾bũ īfinitũ eēt negatiua orõ. iõ hũc errorē remouet ph̃s dicēs q̄ orõ negatiua ſ̾cat vez vl' falſuz nõ ãt nomē īfinitũ vl' v̾bũ īfinitũ Quart9 error ē aliq̄s poſſet credere q̄ quēadmodũ ad affirmatiuã de p̄dicato finito. ſeq̃t̃ negatiua de p̄dicato īfinito ſubiecto retento eodē. q̄ ſil'r ad affirmatiuã de ſubiecto finito vlr ſeq̃ret̃ negatiua de ſubiecto īfinito p̄dicato retēto eodē Et q̄ ad h̄ determinat ph̃s ſimpl'r q̄ nõ. Nõ eñ ſequit̃. ſi oīs hõ currat q̄ oīs nõ hõ nõ currat. Qñ eñ addit̃ ſignũ noī īfinito. iam nõ capit̃ īfinitũ nomē formal'r. ſ. ꝓ negatõe entis ſimplicis. Sʒ accipit̃ material'r. ſ. diſtributiue ꝓ ꝑtib9 entis infiniti q̄ manet remota q̄litate finita. Sil'r ad negatiuam de ſubiecto infinito nõ ſeq̃tur vlis affirmatiua de ſubiecto finito p̄dicato retēto eodē etiã poſita ꝯſtãtia ſubiecti vt nõ ſeq̃t̃. null9 nõ hõ eſt iuſt9. g̃ oīs hõ ē iuſtus. Quint9 error poſſet incidere ꝓpter modũ loquēdi quē in exemplis ſuis tenuit Areſto. Aliqñ eñ dicit ſic. q̄ ſortes hõ alb9 eſt. Et aliqñ eſt hõ alb9 Iõ aliq̄s poſſet credere q̄ ibi eēnt diuerſe enũciatões nõ idē ſ̾cantes necꝫ ſil'r ſe habētes q̄ntũ ad oppõem ⁊ ꝯñam. Ideo ad remouendũ hunc errorē dĩ Areſto. q̄ noia ⁊ v̾ba tranſpoſita idē ſ̾cant. Pro cuius intellectu eſt

Sciendum ſcðo. q̄ illud p̄t tripl'r intelligi. Uno° q̄ idē ſ̾cent q̄ntũ ad ſ̾catões nois ⁊ v̾bi. q̄z eſt ſ̾care ſimplicēs ꝯcept9. Alio° q̄ idē ſ̾cent q̄ntũ ad veritatē et falſitatē. Et h̄ referendũ eēt ad totã orõem vel enũciatõem ex noie ⁊ v̾bo ꝯſtitutã. Tercio° q̄ idē ſ̾cēt id ē eodē mõ ſe habeãt q̄ntũ ad oppõem ⁊ ꝯñam ⁊ ceteras enũciatõis ꝓprietates. Et ad h̄ ꝓpoſitũ ponit Areſtoteles illã ꝓpõem. Si eñ due enũciatões nõ differãt niſi dũtaxat in tranſpõne vocali noim et verboz. veruz eſt q̄ omibus modis idem ſ̾cant.

Cõcluſio. noia ⁊ v̾ba trãſpoſita idē ſ̾cant ſi nõ ſit aliq̄ drã ibi niſi trãſpõis vocalis. ſ. q̄ nõ ſit mutatio ſuppõis vel ãpliatõis vel diſtributõnis ſiue regiminis vel alicuius alterius. vt iſte due idē ſ̾cant. ſortes eſt albus homo. ⁊ ſortes eſt homo alb9. Probat̃ ꝯcluſio rõne textus. q2 niſi ſic ſeq̃retur q̄ vni9 affirmatõis eſſent plures negatões. cuius oppoſitũ determinatum eſt in primo libro. Probat̃ ꝯſequentia. q2 de ratõne negatõnis eſt ferri ad cõpoſitõnem. modo eadē eſt cõpoſitio in illis duab9 enũciatõnib9 eo q̄ cõpoſitio nõ variat̃ niſi variatis cõponibilib9 aut altero eoz. Modo in illis duabus cõponibilia ſunt eadē ſm eſſe ⁊ rõem. q2 ſupponit̃ q̄ nõ eſt drã niſi in ſola trãſpõne ꝓlatõis vocalis vl' ordinis ſcripture nominũ vel verboz. g̃ cõpõ eſt vna et eadem in illis duab9. vl' negatio iſtius. ſortes eſt homo albus. que eſt iſta. ſortes non eſt homo alb9. eſt etiaz negatio illius. ſortes eſt albus homo. ⁊ ſic habetur intentum. ſcʒ q̄ idem ſ̾cant q̄ntũ ad oppõnem. vel alia negatio opponitur illi. ſortes eſt albus homo. vtputa iſta. ſortes non eſt albus homo. q̄ ſi eſt alia ab illa. ſortes non eſt homo albus. habetur intentum q̄ vnius affirmationis eſſent due negatões oppoſite quod eſt impoſſibile. iõ ph̃s ſic dĩ. quare igit̃ trãſpoſito nomine vel verbo eadem eſt affirmatio vel negatio.



Dubitat̃. vtrũ a diuiſis ad ꝯiuncta valeãt cõſequentia ⁊ ecõtra. Pro reſponſione dubii eſt

Sciendum primo. q̄ poſtq̄ ph̃s in p̄ma ꝑte hui9 libri determiauit de ꝓprietatib9 ꝯñtib9 enũciatõez rõe additõis negatiõis infinitãtis ad ſubiectũ vel ad p̄dicatuz vel vtrũcꝫ. Cõſequēter in ſcða ꝑte p̄ncipali determiat de ꝓprietatib9 q̄ ꝯſequunt̃ enũciatõem rõne additõis facte ad ſubiectũ vel p̄dicatũ q̄ q̄dem additio videt̃ tollere vnitatē enunciationis. Circa quod

Sciendũ ſcðo. q̄ q̄ttuor ſunt enũciationis drñe. Quedã eñ eſt enũciatio in q̄ vnũ p̄dicat̃ de vno ſm vocē ⁊ ſ̾catione. Alia ē in q̄ p̄dicant̃ pl'a de pluribus. Alia eſt in q̄ p̄dicat̃ vnũ de plurib9. Alia eſt in q̄ p̄dicant̃ pl'a de vno Et in p̄cedētib9 iã dcm̃ eſt de p̄ma drña ⁊ ꝓprietatib9 ei9. De ſcða vero nõ tractat Areſto. q2 Ar̃. nõ intēdit niſi de enũciatõe q̄ eſt aliq̄ mõ vna. Agit g̃ dũtaxat de duab9 vltimis drñtiis. Et h̄ facit ad hãc intētionē p̄ncipalit̃. vt nos ſciam9 qñ illa pl'a q̄ ponunt̃ a ꝑte ſubiecti vel a ꝑte p̄dicati tollũt penitus vnitatē enũciationis. Pro quo eſt

Sciendũ tercio. q̄ vel illa plura talia ſunt q̄ ex ipis fit vnũ vel nõ. Si p̄mũ tũc illa pl'a nõ tollũt vnitatē enũciatõis ſiue ponant̃ a ꝑte ſubiecti vl' a ꝑte p̄dicati. Et ſufficit q̄ faciãt vnũ vel ſub̄aliter vel accñtaliter. vt dicendo ſortes eſt aīal rõnale. ⁊ ſortes eſt hõ alb9. ſi ex ipſis non poſſit fieri vnũ. hoc eſt dupl'r. vel illa plura ponunt̃ a parte ſubiecti vel a ꝑte p̄dicati ꝯiũcte vel incõiuncte. Si cõiuncte tũc illa plura tollũt ſimplicē vnitatē enũciatõis. Nõ tñ tollũt oimodã vnitatē. q2 tal' enũciatio diceret̃ ꝯiunctõne vna Si vero incõiuncte ponant̃ tunc nec tal' eſt vna ſimpl'r nec ꝯiunctõe. Dato etiã q̄ illa plura vna voce ſ̾carent̃ Quia ad vnitatē enũciatõis nõ ſufficit vnitas vocis. Et ita hec enũciatio canis mouet̃ eſt ſimpl'r plures. Uñ ad ſciendũ qñ illa pl'a impediũt vnitatē enũciatõis ⁊ qñ nõ. ponit Areſto. tale documentũ. q̄ ſi illa pl'a diuiſim verificant̃ de aliq̄ ⁊ ex hoc etiã pñt inferri ꝯiũctim. nõ īpediũt vnitatē enũciatõis Ut bñ ſeq̃t̃. ſortes ē hõ ⁊ ſortes eſt alb9. g̃ ſortes ē hõ alb9. Si v̾o ex illis diuiſim vere attributis alicui nõ pñt ꝯiunctim de eodē inferri. ſeq̃t̃ q̄ tal' pl'alitas īpedit vnitatē enunciatõis. ⁊ ex q̄ nõ pñt inferri ꝯiũctim. ſeq̃t̃ q̄ ex iſtis pluribus nõ poſſit fieri vnũ. Ut nõ ſeq̃t̃ ſortes ē bon9 ⁊ ē cithared9. g̃ ſortes ē bon9 cithared9. Uñ arguere a diuiſis ad ꝯiũcta ē arguere a plurib9 p̄dicatis diuiſim in ãñte ſumpt̃ ad ipa ꝯiũctim ſumpta in ꝯñte. Et ecõtra arguere a ꝯiũctis ad diuiſa. Et aduertendũ qñ valz ꝯña a diuiſ ad ꝯiũcta vel ecõtra ⁊ qñ nõ. ponit Ar̃. certas regl'as in textu q̄ ſub tali ſufficiētia pñt ꝯp̄hendi. Quia vl' ãbo p̄dicata ſt̃ ſubſtãtialia vel accñtalia. aut vnum ſub̄ale ⁊ aliũ accñtale. Si ãbo ſub̄alia vl' ſt̃ ꝯuertibilia vl' nõ. ſi p̄mũ ex diuiſ ñ infert̃ ꝯiũctũ. vt nõ ſeq̃t̃ ſortes ē hõ ſortes ē rõnal'. g̃ ſortes eſt hõ rõnal'. Si nõ ſint ꝯuertibilia vel magis cõe p̄cedit. ⁊ min9 cõe ſeq̃t̃. ⁊ tũc valz ꝯña. vt bñ ſeq̃t̃. ſortes ē aīal. ſortes ē hõ g̃ ſortes ē aīal hõ. Si v̾o ecõtra min9 cõe p̄cedat et mag̃ cõe ſeq̃tur nõ valz ꝯña īpediēte nugatõe. Si ãbo p̄dicata ſint accñtalia vel vnũ ſubiecto ineſt ꝑ reliquũ vl' nõ. Si nõ tũc nõ valet ꝯña vt nõ ſeq̃tur ſortes eſt bon9 ſortes eſt citharedus. g̃ ſortes eſt bon9 cithared9. Si ſic vel illud per qð alterũ ineſt p̄cedit ⁊ alterũ ſeq̃tur tũc bñ ſeq̃tur. Ut dicendo ſortes eſt coloratus ⁊ ſortes eſt alb9. g̃ ſortes eſt coloratu . Si vero ecõtra illud qð ineſt ꝑ alteruz p̄cedit non ſeq̃tur īpediēte nugatõe. q2 illud ꝑ qð ineſt ē de rõne eius qð ineſt ꝑ ipm. Si vero vnũ ſit ſub̄ale ⁊ reliquũ accñtale tunc a diuiſis ad ꝯiuncta bñ valet ꝯñtia. Sed ecõtra arguendo a cõiunctis ad diuiſa cauendũ eſt ne ſit repugnãtia in adiecto. ne ſcʒ accñtale in ſua rõne includat negationem ſeu corruptõem ſub̄alis. vt nõ ſeq̃tur. ceſar eſt homo mortuus. g̃ eſt hõ. Cauendũ eſt etiã ne accñtale diminuat et diſtrahat aut alienet aliq̃d de rõne ſub̄alis vt nõ ſeq̃tur chimera eſt ens opinabile. g̃ chimera eſt ens. Et hoc ē aīal pictũ. g̃ eſt aīal. Simil'r ſi duo p̄dicata ꝯiunctim dicant̃ de vno ſi velimus ea inferre diuiſim de eodē. Cauendũ eſt ſimiliter ne ſit repugnãtia in adiecto. Etiã ne additũ diminuat diſtrahat aut alienet a rõne eius cui addit̃. vt habetur in textu. Non eñ ſeq̃tur Homerus viuit vt poeta. g̃ Homerus viuit. q2 illa additio vt poeta diminuit de ratione eius quod eſt viuere. viuere enim vt poeta ē viuere ſm q̄d ſcilicet in memoria hominũ Et ita argueretur a dicto ſm quid ad dictum ſimpliciter

Concluſio. his regulis obſeruatis a diuiſis ad cõiuncta ⁊ ecõuerſo valet ꝯſequentia

Ad rõnes ante oppoſitũ dĩ. q̄ illa non differunt ꝑ ſolaz trãſpoſitõem ordinis in ꝓlatione vocis et ordinis ſcripture imo variãtur habitudines cõſtructõis ⁊ regiminis. Et ita eſt variatio ſm intellectũ

Is vero determiatis ꝑſpiciendũ ē quēadmodũ ſeſe habeãt negationes ⁊ affirmatões ad ſeinuicē hee. ſ. q̄ ſunt de poſſibili eē ⁊ nõ poſſibili eē. ⁊ de ꝯtingere ⁊ nõ contingere ⁊ de impoſſibili ⁊ nccãrio Habēt eñ aliq̄s dubitatões. nã ſi eoz q̄ ꝯplectunt̃ ille ſibi inuicē oppoſite ſunt ꝯtradcões q̄cũcꝫ ſm eē vel nõ eē diſponũt̃ vt ei9 q̄ eſt eē hoīem negatio eſt nõ eē hoīem nõ aũt ea q̄ eſt eē nõ hoīem ⁊ eius q̄ eſt eē albũ hoīem. negatio eſt ea q̄ ē nõ eē albuz hoīem. ſʒ nõ ea q̄ eſt eē nõ albũ hoīez. ſi eñ de oībus aut dcõ aut negatio vera eſt cũ lignũ falſuz ſit dicere eē albũ hoīem erit verũ de eo dicere eē nõ albũ hoīem. Qð ſi hoc mõ ⁊ in q̄ntiſcũcꝫ eſſe nõ addit̃ idē faciet qð ꝑ eē dĩ: vt eius q̄ eſt ambulat hõ. negatio eſt nõ ea q̄ eſt ambulat nõ hõ ſed ea q̄ eſt nõ ambulat hõ. nihil eñ differt dicere hoīem ambulare ⁊ hoīem ambulantē eē. q̄re ſi hoc mõ in oībus ⁊ eius q̄ eſt poſſibile eſſe. negatio ē poſſibile nõ eē nõ ea q̄ eſt nõ poſſibile eē. Videt̃ aũt idē poſſibile eē ⁊ nõ eē. oē eñ qð eſt poſſibile diuidi vel ambulare ⁊ nõ ambulare ⁊ nõ diuidi poſſibile ē. Rõ ãt eſt qm̃ oē qð ſit poſſibile ē nõ ſꝑ in actu eſt. q̄re inerit etiaz negatio. p̄t g̃ ⁊ nõ ãbulare qð eſt ambulabile et nõ videri qð ē viſibile. At uero īpoſſibile ē de eodem oppoſitas veras eē dcões. nõ igit̃ eſt iſta negatio cõtingit eñ vnuz ex his aut idē ipm dicere et negare ſimul de eodē aut nõ ſm eē vl' nõ eē q̄



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

opponunt̃ fieri affirmatões vl̃ negatiões. ſi ḡ illud impoſſibilius eſt. hoc erit magis eligendū

Eſt ergo negatio eius que eſt poſſibile eſſe ea que non eſt poſſibile eē. eadē quoqꝫ ratio eſt. et in eo quod eſt contingēs eſſe. etem̄ eius negatō eſt. non contingēs eē. ꝛ in aliis quoqꝫ ſimili modo vt in neceſſario ꝛ impoſſibili. fiũt em̄ in illis queadmodum eē ꝛ non eē oppoſitiones ſubiecte vero res hoc quidē album. illud vero homo. eodē quoqꝫ modo hoc loco eſſe ſubiectū fit. cōtingere vero ꝛ poſſe appoſitōnes determinātes queadmodum in illis eē ꝛ nō eē veritatē. Similiter autē ꝛ hoc in eo quod eſt poſſibile eē ꝛ non poſſibile. eius vero que eſt poſſibile nō eē negatio eſt. non poſſibile non eē. non em̄ contradictiones ſibiinuicē ſunt huiuſmodi poſſibile eſt eē ꝛ poſſibile eſt non eē. quare ꝛ ſequi ſeinuicem videbunt̃: Idem em̄ poſſibile eſt eſſe ꝛ nō eē. ſꝫ poſſibile eſſe ꝛ nō poſſibile eē nunq̄ꝫ ſimul ſunt opponūtur em̄. At vero poſſibile eſt non eſſe. et non poſſibile non eē nunq̄ꝫ ſimul ſunt. Similit̃ aũt ꝛ eius q̄ eſt neceſſariū eē non ea que eſt neceſſariū non eē. ſed non neceſſariū eē. eius vero q̄ eſt neceſſariū non eē. ea q̄ eſt non neccāriū nō eē. ꝛ eius q̄ eſt impoſſibile eē. nō ea q̄ eſt impoſſibile nō eē. ſed nō impoſſibile eē. eius vero que ē impoſſibile nō eē ea q̄ eſt. nō impoſſibile nō eē. Et vl̃iter queadmodū dcm̄ eſt. eē q̄dē ꝛ nō eſſe oportet ponere queadmodū ſubiecta. negationē vero ꝛ affirmatōem hoc facientē ad vnū. id eſt tm̄modo ad modū apponere ꝛ has putare oportꝫ eē oppoſitas dcōnes ꝛ negatōes. poſſibile non poſſibile ꝯtingēs nō ꝯtingēs. impoſſibile non impoſſibile. neccāriū nō neccāriū. verū nō verū

Querit̃. vtrū ꝓpō modalis ſpē differat ab illa de ineē Arguit̃ ꝙ nō. qꝛ vtraqꝫ eſt ꝓpō cathegorica. ḡ nō differūt ſpē. Scdo ſic. qꝛ vel talis drīa attēderet̃ ex pte ſubiecti vel p̄dicati vel copule. Nō ex pte ſubiecti vel p̄dicati. qꝛ nō eſt drīa ſubiecti ꝛ p̄dicati in vtraqꝫ niſi p rectū et obliquū q̄ eſt drīa accñtalis. iō nō variat ſpēm. Nec ex pte copule ſeu ꝯpōis niſi p modificatū ꝛ imodificatū. mō modificatio rei nō variat rē ipam. ḡ nec drīt ſpē. Et ꝯfirmat̃. qꝛ modificatio ꝯpōnis nō variat ſpēm enūciatōis. qꝛ ſi ita eēt ꝯpō modificata p iſtos modos opinatum ymaginatū ꝛ p negatōeꝫ ꝛ p illos modos verū ꝛ falſum ſpē differret a ꝯpōne ſimplici. ꝯñs aũt falſum eſt. ḡ ex q̄ ſeq̄tur In oppoſitū ſunt expoſitores phī in hoc paſſu

Sciendū p̄mo. ꝙ poſtq̄ꝫ phs determiauit de oppōnibꝫ ꝛ ꝯñtiis ꝓpōnū de ineē q̄ ſimpliciores ſt̃. ꝯñr detm̄iat de ꝯñtiis ꝛ oppōibꝫ modaliū q̄ additōe alicuius modi dicunt̃ modales. Et ad plenius cognoſcendū videndum eſt p̄mo q̄s modus faciat ꝓpōem modalē diſtinctam ſpē ab illa de ineē. Et cuiuſmōi ſt̃ tales modi. ſ. an ſint predicati aut ſubiecti aut ꝯpōnis. ꝛ quot ſunt ꝛ q̄d ſit p̄dicatū in enūciatōe modali. ꝛ q̄d ſit ſubiectū ꝛ talia hmōi. qꝛ ſine eis non poteſt ſciri oppoſitio ꝛ ꝯñtia modaliū.

Sciendū ſecūdo. ꝙ dupl'r dr̄ enūciatio modalis. ſ. a mō ꝯpōnis ꝛ a mō rei p̄dicate. Ut qñ dr̄ ſortes legit bñ. vel etiā a mō tp̄is aut alicuiꝰ alteriꝰ accñtis ꝓbi. Et hic modꝰ. qꝛ nō modificat totā enūciatōem. ſed tm̄ rē p̄dicati vel tp̄is vel aliud accñs. iō nō p̄t facere totā enūciationē modalē. Sꝫ modꝰ determinās ꝯpōem ponēdo ipaꝫ in ſpēali forma ſeu mō entis vt ſunt illi modi. poſſibile. contingēs neccāriū. ꝛ impoſſibile ꝯſtituit illā enūciatōeꝫ q̄ ſpēaliter modal' vocat̃. Un̄ illi q̄ttuoꝛ modi ampliāt ꝯpōem vltra pñs tp̄s. Poſſibile em̄ ꝛ ꝯtingēs ampliāt ad pñs ꝛ futurū ad eē ꝛ ad nō eē. qꝛ ꝯtingēs futuꝝ p̄t eē ꝛ nō eē. Neccāriū aũt ꝛ ipoſſibile ampliāt ad oē tp̄s. qꝛ neccāriū dr̄ qđ omi tp̄e eſt. ꝛ ipoſſibile dr̄ ꝙ nūq̄ꝫ eſt. Sic ḡ qꝛ iſti modi determināt ꝯpōem. ꝛ ꝯpō formaliter ambit extrema. ꝛ eſt p̄nꝰ ſit̃ intelligēdi ea ſm ꝙ ſtāt ſub forma ꝯpōis. iō tales modi modificāt totā enūciatōem ꝛ eam nomināt modalem

Sciendū tercio. ꝙ q̄uis verū ꝛ falſuꝫ ꝯpōeꝫ determinēt. nō tñ faciūt ꝓpōem modalē ſpē diſtinctā ab illa de ineē. Tū p̄º. qꝛ nō ampliāt ꝯpōem ſm tp̄s. Tū ſcdo qꝛ nō iformāt ꝯpōem nec determināt in aliquē ſpēalē modū. imo veꝝ cū ente ꝯuertit̃. ꝛ falſuꝫ cū nō ente. Iō ab eo ꝙ res ē vel nō eſt oīo dr̄ vera vel falſa. nō āt ꝯtingēs poſſibil' neccāria vel ipoſſibil'. ſꝫ potiꝰ ex eo ꝙ res ſic ſe hꝫ ad ſuā cāꝫ oīo formata de re dr̄ poſſibil' ꝯtingēs neccāria vl' ipoſſibilis Qꝛ etiā verū ꝛ falſum nō dicūt ſpēalem modū entis. Nec informāt ꝯpōem aliq̄ forma ſpēali. Nec etiaꝫ oppō variat̃ nec ꝯñtia ꝓpter additōem illoꝝ modoꝝ

Sciēdū q̄rto. ꝙ q̄uis negatio ferat̃ ad ꝯpōnē. nō tñ facit enūciatōeꝫ modalē. qꝛ nō āpliat ꝯpōem ſm tp̄s nec etiā determiat eā aliq̄ ſpēali determiatōe. ſꝫ eā ſimpl'r diuidit Sil'r illi modi opinatū ꝛ imaginatū q̄uis ꝯpōnē determinēt. nō tñ faciūt ꝓpōeꝫ modalē. q̄a res nō hꝫ ꝙ ſit opinata credita vl' imaginata ex pte ſui ſꝫ ex pte nr̄a. Et ob h̄ iſti nō dicūt aliquē ſpēalē modū ent̃. nec faciūt ꝓpōeꝫ modalē Et ſic ſt̃ tres ꝯditōes req̄ſite ad h̄ ꝙ aliq̄s modꝰ faciat ꝓpōem modalē diſtictā ſpē ab illa de ineē. Prima cōditio ē ꝙ determiet totaꝫ ꝯpōem. Scda ē. ꝙ āpliet eā ſm tp̄s. Tercia ē ꝙ dicat aliquē ſpēalē modū entis ꝛ determiet ꝯpōem aliq̄ ſpēali determiatōe. Et ſm h̄ diſtinguere poſſumꝰ triplicē enūciatōeꝫ modalē. vicꝫ cōiter dictā. ꝓprie dictā. ꝛ magis ꝓprie dictā. Cōiter dr̄ modal' a mō cōiter dicto ſiue determiet ꝯpōem ſiue nō ſiue rē ꝓbi vel tp̄s vl' alid accñs. Prop̄e ꝟo dr̄ modal' a mō determināte ꝯpōeꝫ. Et illi modi nō ſt̃ niſi ſex addēdo. ſ. q̄ttuoꝛ dict̃ modis veꝝ ꝛ falſuꝫ. Sꝫ mag̃ ꝓprie dr̄ modal' a mō mag̃ ꝓprie dicto cui ſcꝫ ꝯueniūt ille tres ꝯditōes. ꝛ de ſola tali h̄ intēdit̃ Et nō ſt̃ niſi q̄ttuoꝛ modi tales. ſ. poſſibile ꝯtingēs ipoſſibile et neccē. q̄ꝝ ſufficiētia ſic habet̃. Qꝛ ois modꝰ faciēs ꝓpōnem modaleꝫ determiat ꝯpōem. aut ḡ tal' ꝯpō dr̄ eē aut nō eſſe Si eē aut dr̄ eē potētia ꝑmixtū aut eē ſimpl'r. Si p̄mūꝫ ſic ſt̃ poſſibile ꝛ ꝯtingēs. q̄ duo modi ſic drñt. qꝛ q̄ꝫ poſſibile capiēdo ꝓut diſtiguit̃ ꝯtra neccāriū ꝛ ipoſſibile oē poſſibile poſſet eē ꝛ nō eē. tñ diſtiguēdo ꝯ̄ cōtingēs poſſibile dr̄ p relatōem ad eſſe. ꝛ cāꝫ ſtantē. Iō dicimꝰ aliq̄d poſſibile ꝙ p̄t eſſe. ꝛ qꝛ p̄t eſſe. Cōtingēs ꝟo ꝓprie accipiēdo vt diſtinguitur ꝯtra neceſſariū ꝛ impoſſibile ꝛ etiā poſſibile vtrūqꝫ ſcꝫ eſſe ꝛ nō eſſe recipit. Iō dr̄ cōtingēs q̄ſi ſit̃ tangens eſſe



et non eſſe. qꝛ poteſt eſſe ꝛ non eſſe. Et ob hoc dr̄ per relationem ad cauſam non ſtantē. Si vero cōpoſitio dicat eē ſimpliciter quod eſt eē in actu ꝑfecto. hoc eſt dupl'r. aut accipitur in ipo eſſe. ꝛ ſic eſt neceſſariū. aut accipit̃ in ipſo non eſſe quod ad ſimpl'r eſſe eſt oppoſitū. ꝛ ſic eſt impoſſibile. Si vero cōpoſitio dr̄ non eſſe ſm hoc propꝛie nō accipitur diuiſio iſtoꝝ modoꝝ. quia non dicitur ꝓprie non eſſe ꝑmixtum cuꝫ eſſe ſiue eſſe permixtū cum non eſſe. Iſti ergo ſunt modi facientes enunciationeꝫ modalem differre ab enūciatione de ineſſe ſpēaliter q̄ꝫtum ad oppōem equalentiā ꝛ ꝯñtiam.

Concluſio. propoſitio modalis modificata aliquo iſtoꝝ quattuoꝛ modoꝝ ſpecie differt ab illa de ineē. Probatur. quia que formaliter differunt ſpecie differunt. ſed ꝓpō de ineē ꝛ modalis formaliter diſtiguūt̃. ergo ſpecie differunt. Minoꝛ ꝓbatur. quia cōpoſitio eſt forma in enūciatione. modo differunt ex parte cōpoſitionis. qꝛ in ꝓpoſitione de ineſſe eſt cōpoſitio ſimplex predicati cum ſubiecto In propoſitione vero modali eſt cōpoſitio modificata modo aliq̄ determinante eā aliquo ſpēali mō entis. ḡ ꝓpoſitio modalis ꝛ de ineſſe formaliter differunt

